BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
22 — H
80

Digitized by Google

Digitized by Google

REGALE SACERDOTIVM,

SIVE

De { *Sacerdotis eximia dignitate.* / *Dotibus ipſi neceſſarijs.* / *Ac rebus eidem prohibitis.* }

LIBRI TRES

AVCTORE

R. D. PETRO BESSEO

S. Theologiæ D. Chriſtianiſſimo Galliarum Regi à Concionibus.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA

Superiorum permiſſu, & Priuilegijs.



Conv. S. R. [redacted] de Vrbe

VENETIIS, MDCXV.

Apud Ambroſium, & Bartholomæum Dei, Fratres,

Ad Signum Sancti Marci.

Digitized by Google

ADM. REVERENDO
ET PER ILLVSTRI
Domino ac Patri,

D. ANGELO GRILLO,

Cœnobij S. Nicolai in Littore Veneto Præſuli digniſ-ſimo, Domino ſuo obſeruandiſſimo.

Marcus Antonius Broiolus Bibliopola. S. D.

REctè ſenſit Romanæ facundiæ parens Tullius, dum ait, virtutem, ſi oculis cerni poſſet, mirabiles ſui amores in animis hominum excitaturam: Nam etſi hanc ipſam ſenſibus noſtris externis ſubtraxit Deus, tamen in plurimis præclaris pectoribus tam evidentia, tam manifeſta, tam lucul͂eta illius impreſſit veſtigia, vt vel inde ipſius pulchritudo ad ſui amorem alliciens eluceſcat. Quorum è numero eſſe te, Admodum Reuerende, & Perilluſtri Præſul, quis eſt qui neſcit? Præterquam enim quod te illuſtris, qua prognatus es, proſapia

omnibus naturæ dotibus hæreditario quodam iure inſtruxerit, adeo vt omnium virtutum harmonia quædam in te conſpiret, veræ prudentiæ abſolutum præ te fers exemplar. Iam tua morum facilitas, ſingularis animi magnitudo & conſtantia, notiora ſunt quam vt ego tenui ſtylo & filo prodã & probem. Quid? quod omnium doctorum teſtimonio ita in litteris excellis, vt iure κεφαλέωσις τῆς ἐγκυκλοπαιδείας *dici merearis. Nihil iam dicam, quod muneri tuo, licèt ampliſſimo, vitæ ornamentis plurimum ſplendoris & dignitatis addas; nam ſi quiſquam ſobrietatis, & continentiæ nomine eſt commendabilis, tu vel maximè; qui iugi rerum cæleſtium contemplatione altiſſimè diſtringeris; cui mens admirabili manſuetudine & modeſtia ſuffulta; cuius tãta eſt vitæ integritas, vt credaris ab omni fæce terrena diuini amoris igne excoctus, & verus mortali carnis mole circũdatus ANGELVS. Hinc fit, vt in tuo ſancto Collegio, cui praes, nil niſi virtutum apices inueniantur; ipſumq; tuum Monaſterium virtutum & ſcientiarum meritò audiat* φροντιστήριον*: atque adeo vt vobis illud Apoſtolorum Principis iure accõmodare queã:* Vos genus electum, REGALE SACERDOTIVM, gens ſancta, &c.

Quæ cùm ita ſint, hoc opuſculum R. D. Petri

tri

tri Beſſei, qui ſuis præclaris monumentis poſteritatem ſibi deuinxit, prælo ſubijci, et ſub fælicis tui nominis celebritate in lucem emitti curaui, firmiter perſuaſus, Opus hoc planè regium, REGALE SACERDOTIVM inſcriptum, non alij, quàm Sacerdoti planè regio, & qui inter Deo ſacratos Myſtas, vt Phœbus inter ſidera emicat, deberi, & hoc Sacerdotum ſpeculum, non niſi viuo ſacerdotij exemplari iure dicari poſſe. Inſuper huc me impulit tuæ ſingularis virtutis eminentia, & ea, qua te hactenus colo, veneror, ſuſpicio, obſeruantia. Accedit intimus quidam, quo in veſtram ſacrã Religionẽ feror, affectus, cui anſã dedit frater meus germanus P. F. Ludouicus, qui ſub ſancto hoc D. Patris Benedicti vexillo militat. Suſcipe igitur, Adm. Reuerẽde, & Perilluſtris Præſul, ſerena fronte hoc qualequale μνημόσυνον, *ab animo tui obſeruantiſsimo profectum, atque illud authoritatis tuæ ſcuto contra Theoninos inſultus tuere, meque ſolito tuo fauore & beneuolentia proſequere. Quod ſi feceris, ego me candidiore hoſtia litaſſe putabo. Deus Ter Opt. Max. tuam Perilluſtrem Paternitatem inſtaurandæ veræ pietati, & litteris bonis euehendis diu tueatur incolumem. Vale.*

Reuerendiſs. D. D.

PRAESVLIBVS.

SACERDOTIBVS ET RELIGIOSIS,

Salutem in Domino.

Homo Aeſopicus moraliter expoſitus.

FInxit olim fabularum conditor Aeſopus hominem qui biſaccum geſtaret humero, in cuius partem anteriorem, aliorum quæ notarat delicta conijciebat, quò eadem dum allubitum eſſet intueretur, ac recentem eorum haberet memoriam, in poſteriorem uerò ſua ipſius commiſſa conſtipabat, omnem ut eorum memoriam aboleret, nunquam præ oculis haberet, & obliuionis tumulo obuolueret. Ceterum morali parabolæ huius expoſitione omiſſa, quæ iam tum edocebat, ita eſſe natura comparatum, eamq. noſtram peruerſitatem, aliorum ut nęuos quamprimum detegamus & inſpiciamus, noſtros ipſorum uerò agnoſcere nequeamus, ipſe mihi perſuadeo, me cuiquam ueſtrum homini illi Aeſopico uiſum iri perſimilem, illiuſque perſonam induere, ac librum hunc meum, quēdam biſaccum eſſe: cum de Sacerdotum dignitate & maieſtate tam præclara & eximia recenſeā, ſimul & eorum defectus & imperfectiones ob oculos omnibus ponam, meas uerò agnoſcere & inſpicere nequeam, illis in anteriorem, his uerò in poſteriorem ſacci partem coniectis.

Quam

Quam meã agendi rationem oculus ſatis manifeſtat, vt qui centro ſuo nunquam egrediens, circumſecus fertur & gyratur, atque exploratoris cuiuſpiam generalis inſtar, omnia ſcrutatur, ac perueſtigat; ſeipſum autem explorare, ac perueſtigare nequaquam poteſt. Eiuſdem conditionis ego ipſe ſum, nec mentis meæ oculus, corporis oculo diſſimilis eſt. Cũ enim adeò exactè meorũ fratrum ac Collegarum defectus explorẽ, vt in eis Linceus ſim; ĩ meipſo talpa ſum, & in meis defectibus nil prorſus video. Senes nonnulli reperiuntur debilioris viſus, qui licet res ſibi proximas non videant; in remotis tamen, ac procul diſſitis videndis non impediuntur. De meipſo non ſatis ſcio, an iam canis aliquibus aſperſus, atq. ad ſenectutem vergens, eodem defectu laborẽ, quoniam tã manifeſtè video, ac tã facilè ſentio, diſcernoque Eccleſiaſticorũ aliorum defectus, atq. errores, à propria mei ipſius cognitione tã longè remotus, atque vndequaque diffluens, tã exiguo ſcilicet iudicio ac prudentia, in rebus meis prædi tus, vt ea, quæ me proximè contingunt, atque in meipſo ſedem fixerunt, non animaduertam.

Oculus hominis videt oĩa, nõ tamen ſeipſum.

Senes remora vident, propinqua nõ vident.

Demiratus hactenus ſum, pluſquã centies ac millies, Phariſæorum Euangelicorum temeritatẽ, qui in ipſis tẽpli adytis conſtituti obſeruabant fures, latrones, adulteros, alijsq. ſceleribus coopertos, qui in Republ. verſabãtur; ijdẽ tamen, faſtũ, arrogantiam, aliaſque Tyrannicas ac carnificũ more torquentes, animarum ſuarum paſſiones perturbationes peſpicere non poterant. Vereor ſanè ne quis talem me exiſtimet, & præſumptionis nimiæ me inſimulans, Phariſæũ agere me iactet, quod proprios defectus cũ cernere nõ valeã foris tamen oculos circumferam, tamq. actiosè

Phariſæorũ hiſtoria allegoricè applicata.

ſcruter aliena, & ſcandala & abuſus Prælatorũ in diœceſi, concubinatum & auaritiam Sacerdotum in parochijs, & laſciuiã ac ſacrilegia Religioſorum in ipſis perſpiciam cœnobijs. Sed quid? ipſe religionis zelus, & talenti conceſſi depromẽdi lucrandique obligatio, ipſa quoque collegarũ Eccleſiaſticorum diſſolutio in hoc me ſtadium inuitarunt, vt buccinam iuſlem & bellũ cieam. Quare ad conflictum, & ad arma conuoco, cùm video tam grauiter offendi, tantum rebuſpublicis detrimentum, & Eccleſiæ ſcandalum hinc videam comparari.

Herodot. Hiſtoria de filio muto regis Lydiæ.

Ferunt filium Crœſi regis Lydorũ mutum cũ Patrem in periculo vitæ conſtitutum, & iamiã à milite cui ignotus erat, obtruncandum cerneret, tam repentino hoc metu ita conſternatũ fuiſſe, vt vocẽ & loquendi facultatem receperit, inclimans, Rex eſt, deſine, ſceptro parce. Idem ipſum mihi accidere videtur; cum.n. æquo animo ferre nequeam, regum regẽ Deum tot tamque grauibus delictis ad iracundiam prouocari, omnem fideliũ cœtum ſcandalũ pati, & vniuerſum Chriſtianorum orbẽ ita diuexari; ſilentiũ abrumpere ſum coactus: quare voce recuperata inclamo quã maxima animi contentione poſsũ: in vitioſos deſæuio, improbos ſugillo, pios exalto, & parænefin hanc ad profeſſionẽ meam & Sacerdotij honorẽ tuendum condo, cũ ſint alij me & doctiores & ad ipſum inſtructiores qui cum id & grauius & elegantius facere poſſent, ipſum tamẽ facere detrectarunt. Quod vero mihi animũ quàm maximè addit, eſt quod ſciam minimorũ ſæpe & imperitiorum conſilia vim habere, & reipublicæ, cum ceteris doctiorum peritiorũq; neglectis, vtilitatẽ afferre. Conſiliũ Iethro Sacer-

Exod. 18.

dotis Madian, de iudicibus Hebraicis deligẽdis, probauit magnus Hebræorũ legiſlator Moſes, & qui totius vniuerſi erat oraculum, & omnibus quàm rectiſſimè conſulebat, idololatræ cõſiliũ vtile iudicauit: idololatria dempta, quemdã me Iethro iudicate, & forſan quę ſuadeo & quod ſuggero conſiliũ de Sacerdotio non erunt vt ſpero inutilia; ſed Præſulib. Religioſis & vniuerſæ Eccleſiæ emolumentum aliquod allatura.

Dico igitur, viros illos diuino cultui dedicatos, homines ſanctificatos, Angelos humanos, deos terrenos, nonniſi pietatẽ ſpirare, vni ſtudere virtuti, & ab omni ſæculari cõmercio mundique negotijs quã lõgiſſimè oportere recedere. Horum eſt vt ſoles alios irradiare; vt colũnæ & baſes onera ſuſtinere; vt duces & conductores nationes deducere; vt paſtores & doctores erudire populos; velut ductores, errantes in viã reuocare; velut naucleri & nauarchi, carchiſiũ, vela, malos & tranſtra nauis Eccleſię dirigere. Sed imprimis horũ eſt religionem in moribus præferre, honeſtã vitam agere, bonos fructus proferre, oĩbus denique bono exemplo eſſe. [Ecce ego vos poſui;] ait ſuis Chriſtus, [vt eatis & fructũ afferatis, & fructus veſter maneat.] Vos iam tũ verba illa reſpiciebant Eccleſiaſtici, & edocebãt, vos ab ipſa Dei manu poſitos eſſe, vt in virtute creſcatis, in ſanctis exercitijs proficiatis, veſtræque actiones qualeſcunque demum illæ ſint, tam paruæ quã magnæ illi gratæ exiſtant.

Prælatorũ Sacerdotũ & Religioſorum officium.

Ioan. 15.

Profitetur ſponſus [in vno oculorũ] ſponſæ, [& in uno crine colli] illius ſuũ cor eſſe vulneratũ. Nullũ porro inter exteriora corporis mẽbra oculo excellentius & crine uilius. Atq; idcirco oſtendere diuinus ſpõſus uoluit, nõ magna modò

Delectatur Deus paruis & magnis operib. Sacerdotum:

Epiſco-

Cant.4. Epiſcoporum & Religioſorũ, opera,ſed minora etiã & parui momenti ſibi grata & accepta eſſe, vultque ſibi omnigena illos & quæcũque offerre,ac diuerſos in Eccleſia proferre fructus.

Gen.1. In ipſa rerum omniũ creatione dixit Deus de arboribus & plantis, [Germinet terra herbã virentem,& facientem ſemen iuxta genus ſuum.] Sacerdotes & Religioſi ſunt præcipuæ pomiferæ magni mundi huius viridarij arbores, ſunt viuæ Eccleſiæ plantæ,quas fructũ deuotionis,vnamquãque iuxta qualitatem, dignitatẽ, ordinẽ ac merita ſua,ferre vult Deus. Omnia tintinnabula in fimbria Pontificis Moſaici ad numerũ ſonum edebant, & quodãmodo modulabatur quo *Exod. 28.* tieſcunque tabernaculũ ingrederetur. Epiſcopi, Sacerdotes,& Monachi tintinnabula ac cãpanæ Eccleſiæ ſunt, alij maiores, alij minores, omnes tamen iucundiſſimã & numeroſam operũ,deuotionum, virtutumque harmoniã in fidelium auribus edant neceſſe eſt. Deuotionum dixi,nihil enim pietate Sacerdoti neceſſariũ magis & vtile;illa omne illius decus, fulgor, ornamenũ, maieſtas & anima Sacerdotij, & potiſſimum illius tropheum ac triumphus.

Deuotio mel eſt. Gemmarij tradunt, gẽmas omnes melle illitas, vnãquamq. in ſpecie ſua illuſtriorẽ ac ſplendidiorẽ fieri. Sacerdotes gemmæ ſunt Eccleſiæ, Prælati rubini & adamãtes; pietas verò & deuotio mellis quoddam genus, quà Smaragdi ſemel perfuſi & obliti, ſplendeſcunt magis: vnaquæq; in genere ſuo; Prælati ſcilicet in dignitate,Sacerdotes cõmunes in qualitate, Religioſi verò in ordine ſuo digniores & maioris meriti fiunt.

Sacerdotes tam in Cum verò Sacerdotes viua quædam populorum & nationum ſpecula ſint, horum eſt, virtu-

tes, & deuotionem imprimis, quæ & virtutum anima, & virtus animæ eſt, præcipuum in ſpirituali ſupellectili membrum, publicè præferre. Hanc habeatis neceſſe eſt Sacerdotes, aut ordinẽ hunc deſeratis, neque enim valebit excuſatio illa friuola, quod mundi negotijs implicati ſitis, dicentes, gemmã hanc in mundi huius inſulis non reperiri, & non niſi difficulter admodum in vrbibus, familijs, in aula, locisq; bello, turbinib. inſidijs expoſitis theſaurum hunc ſeruari poſſe, in monaſteria illã relegando, & religioſis à mundo penitus ſequeſtratis magis propriã eſſe. Certum eſt enim florem hunc omni in agro poſſe creſcere, tã in ſæcularis quam Religioſi horto, omnis eum fert terra, modò excolatur; adeo vt Sacerdos aulam frequentans tantã præferre pietatem poſſit, quantã qui in intima ſolitudine obſcurus & ignotus deliteſcit.

mundo, q̃ religioſi i monaſterijs pij eſſe poſſunt.

Dicuntur gẽmæ in mari viuere, ſine vlla tamen ęquæ gutta, rore tantũmodo cæleſti paſtæ, ita Sacerdos, qui inter ceteros homines veluti gẽma quædam eſt, in medio mundi huius oceano viuere poteſt, nullũ tamen illius humorẽ obbibens. Ferunt iuxta inſulas Calidonias fontes ac ſcaturigines aquæ dulcis, in medio mari reperiri. Naturale hoc quoddã prodigium; quod propoſito meo adaptans dico, Sacerdotes & Religioſos, veræ pietatis ſcaturigines in medio mari & ſalſis ſæculi huius fluctibus poſſe reperire.

Gẽmæ in mari rore viuunt.

Sunt in rerum natura papiliones, quos pyrauſtas dicunt, qui per ignem ac flãmam volitant nullam tamen inde lęſionem, ne alas quidem adustulando accipiũt. Ita probus Sacerdos, quamuis in vrbibus degat & familiã alat, vel in aula,

Papiliones igne volitantes non tamen am buſti.

inter

inter flãmas concupiſcentiæ mundi huius volitare poteſt, honoris tamen piorum deſideriorum ſanctorumq. affectuũ erga vitam religioſam alas non adurere. An non Abrahamũ in Chaldęa, Ioſephũ in Aegypto, Loth in Sodomis, Iob in regione barbara, & impia Hus, florentes & pietate egregios vidimus? An non Dauid regum & principũ gemma duorum regnorum negotiorũ mole preſſus, gloriatur adeo ſepium fuiſſe, ſepties vt in die, non obſtantibus negotijs & occupationibus, laudem Deo dixerit? Eſt ſcilicet roſa, quæ in ſenticetis, ericetis, dumetis, ſpiniſq. mundi creſcere poteſt: quin difficile ſit non nego, impoſſibile verò eſſe ac fieri non poſſe, minimè.

Dauid rex pius.

Quidquid ſit, pietatem ſectemini oportet Sacerdotes, inq; hanc vnã incumbatis, quam ſi deſeratis ac negligatis, à iuſtitiæ via deflectitis, iuri ac priuilegijs dignitatis veſtræ plurimũ derogantes: ſine hac enim omnis profeſſio veſtra nonniſi abuſus, miniſteriũ nonniſi abominatio, ac vitæ merũ ſacrilegium. Occaſione abominationum, huc affero quod Ezechiel propheta ſe vidiſſe cõmemorat, vidit. n. ſenes & canis conſperſos tergũ altari obuertere, & ad tẽpli ianuam reſpicere. Quod myſterium innuere volebat, nullam maiorem haberi in mundo abominationem poſſe, quã Sacerdotes, quos ſcriptura presbyteros nuncupat, tergum deuotioni, cuius altare eſt ſymbolũ, obuertere, & oculos foras emittere, vt terrena procurent, & in mundo occupentur. Ingens ſcilicet abominatio, Sacerdos pietate deſtitutus.

Sine pietate nihil eſt Sacerdos.

Ezech. 8.

Quantopere Chriſtus ſuccenſuit, quam iram induit, quem furorem prætulit, cùm templũ ſuũ vidit profanatum; pietatem exulantem, ſacra violata, menſas numulariorũ erectas, & negotia-

tionis

tionis exercitium, & domum orationis in latronū ſpeluncam conuerſam? Nihil enim eſt quod Deum magis irritet, quã Eccleſiæ honor peſſum datus, Sacerdotes negotiationi aſſueti, & Religioſi improbi, virtus proſtrata, pietas extincta, & domus ſancta in latronum latibulum cõuerſa. Hęc ſunt ob quæ meritò Deus in homines deſæuiat, & in Sacerdotes fulmina indignationis eiaculetur. Vt.n. magna eorum dignitas, ita caſus illorũ ingens etiã eſt, atque vt ſanctus Hieronymus ait, magna quidẽ Sacerdotũ eſt excellentia, ruina, quoque illorũ minor non eſt; atque vti ipſa placet aſcenſio, ita deſcenſum etiã metuamus oportet. Cui accedens Sanctus Bernardus, ait, nugas in ore ſæcularis nonniſi nugas eſſe, ſed in Sacerdotis & religioſi blaſphemias. Ego verò vt sãctis hiſce Doctoribus etiam ſuffragator accedã, meãque ſymbolam conferam, dico quod in alijs nonniſi exiguum peccatum eſt ac leue delictum, in Sacerdotibus enorme crimen ac ſacrilegium videri. Atque vt dignitas virtuti pondus & authoritatem addit, ita etiam peccatum adauget, & põdus illi addit.

In cap. 42. Ezech.

Ipſe pietatis contemptus omnium malorum eſt origo & ſeminarium, & cunctorum quæ hodie (proh dolor) in Eccleſia noſtra Gallicana videmus, ſcandalorum, diſſolutionum, atque vitiorum in Sacerdotibus cauſa. Quod pietas deſit & negligatur, nonniſi ſuperbia, libido, auaritia hodie laxatis habenis per orbem feruntur, quæ tria omnium iniquitatum orbis cauſa ſunt & initium: Diuus Ioannes in Epiſtola breuem mundi malorum tenẽs catalogun ait, [Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitę.]

Sacerdotũ delicta grauiora quã aliorum.

Quod Sacerdotes pij nõ ſint oĩa vitijs plena,

1. Ioan. 2.

Quod

Quod magnus Apoſtolus de vniuerſo hominum genere ſcripſit, ipſe Eccleſiæ adapto, & dico, quidquid hodie in ſtatu Eccleſiaſtico reperitur, vel eſſe vanitatem & ſuperbiam, vel laſciuiam carnalem, vel auaritiam, quæ tria generalia quędam omnis impietatis & criminum principia ſunt.

2. *Reg.* 13. 2. *Reg.* 12. Tribus namque haſtis Ioab efferus Dauidis filium Abſalomum traiecit, capillitio ex arbore ſuſpenſum. Sathan crudelis ille animarū obtruncator & homicida eadē crudelitate vtitur, & tribus vitijs, velut triplici lancea, filios regis cæleſtis, Sacerdotes inquam, Eccleſiæ Principes, è vanarum cogitationū capillitio ad feralē & funeſtam mundi huius arborē ſuſpenſos traijcit. *Dan.* 7. Daniel mihi portentoſum & terribile animal deſcribit vrſi inſtar, triplici dentiū ordine minax, quodque nonniſi ſanguine & cadauerib. humanis paſceretur. Omniū antiquorum expoſitionē, & experientiā ipſam conſulens, crediderim peccati figurā monſtrum hoc fuiſſe, quod hodierna die per orbem deſæuiens, quidquid in Eccleſia eſt deuaſtat, & triplici dentium ordine, ſuperbiā nimirum, luxuria, & auaritia deſtruit.

Luxuria hodie inter Sacerdotes communis. Deplorandum eſt, & nouo quodam lacrymarum genere deplorandum, hodie tot vitia per orbem inualeſcere, ſed luxuriā imprimis adeo vulgatam eſſe: tot Prælatos effeminatos, tot Sacerdotes concubinarios, Religioſos ſine regula, ſine voto, ſine omni prorſus vita, ſed non ſine luxuria, reperiri. Triſte profecto & infelix augurium, tēpeſtas terribilis, ſæculum anti Chriſti, & religionis exitium. Quare non immeritò cum Iſaia gemens exclamare potero, *Iſai.* 5. [A planta pedis vſque ad verticem,] Id eſt, à Præſulum primis vſq. ad mini-

minimos Capellanos. [non eſt in eo ſanitas] nulla in vniuerſo Eccleſiæ corpore honeſtas, pudor nullus. O ſcelus intolerabile! O ſacrilegia acriter vindicanda! ò crimina tanto indigna ſtatu! ò vitam à Sacerdotum primitiuæ Eccleſiæ, imo & à ſacrificulorum Ethnicorum vita nimis ab diſcrepantem!

Scripſit in Academicis Tullius, Sacerdotes ſuos ſoli deorum cultui, rebuſq. ſacris deditos fuiſſe: quin & Auguſtinus refert Sacerdotes Græcos magno apud ſuos in honore fuiſſe, quod diis ſuis gratas eos offerre victimas iudicarēt. De Aethiopū ſacrificulis ēt ſcriptum eſt, quod, quãuis ſemper in deſerta ſolitudine agerent, ab omni hominū conſortio & contubernio ſequeſtrati, ea tamē hebdomade, qua Deo offerre victimas & libamina ex ordine oportebat, ab oĩ ſe voluptate, & vxorio pſertim cõcubitu & amplexu, tēperarent, vt grata & accepta eorū ſacrificia ac victima forēt. *Lib. 5. Academ.* *Lib. 2. de ciu. ca. 11.*

Adhæc ipſe Hieronymus in Monaſtica regula, è Cheremone Stoico, tradit Aegyptiorum Sacerdotes, ab omni ſæculari negotio ac turbis liberos, in tēplis ac fanis ſemper eſſe cõmoratos, cælorum & aſtrorum motui contēplando ſēper intentos, ab omni mulierum conſortio remotos dum vero cultui diuino vacarent, diiſque miniſtrarent, à carne & vino abſtinuiſſe, pudicitiam vnà cum ſobrietate inuiolatè ſeruando. Ipſe etiā ſacrificulus Dianę Epheſiæ, cui nomē Megalobyzus ſemper Eunuchus erat, nefas.n credebant, Deæ pudoris præſidi, laſciuū ac ſalacē deſeruire. *In reg. Monachor.* *Alexand. ab Alex. lib. 2.*

Hinc ēt ſoli Sacerdotes Athenis albatos gerebant calceos, vt omnib. oſtenderent, ac ſimul ſeipſos commonefacerent, honeſtatem, & candorē morū ſibi eſſe imprimis neceſſariū. Vt vero hanc

Ethnico-

Ethnicorum conſuetudinẽ ſacro teſtimonio illu-
Leuit. 14. ſtrem, lego in Leuitico, Sacerdotibus veteris Teſtamenti, cùm ſacris operã dare eos oportebat, munditiem mandatam fuiſſe, & ab vxore continentiam, quin etiã religiosè ac piè viuerent, & vita ab omni prorſus eſſet libera peccati cõtagio.

Deus uult Sacerdotes ſanctiores quam alios.

Omnia hęc antiqua iam antiquata, & egregię conſuetudines iam abrogatæ denotabant, quãuis Deus omnes oĩno homines ab omni peccato liberos velit, & caſtitatẽ ſectari, Sacerdotes tamen imprimis caſtos, eoſq; ſanctiores ac mundiores alijs velle. Vt enim eorum munus ac functio ceterorum hominum dignitati præcellit ac præſtat, ita eorum vitam & mores præ alijs eminere & excellere oportet.

Epiſt. 4. ad Stephan. Pont.

Quod S. Cyprianus ſancto cuidã Põtifici hũc in modũ præſcripſit, oportet eos qui ad altare noſtrum accedunt, Deoq. ſacrificia offerũt, ſanctos penitus & ſine macula eſſe, cũ in Leuitico vetet Dominus, nullum ſibi offerre ſacrificium, aliquã qui maculam prætulerit; & in Exodo omnes Sacerdotes, qui ad Deum accedunt, ſanctificari, & ab omni vitio liberos eſſe velit, ne fortè diuinam indignationem incurrant. Adhæc, Quotieſcũq; Sacerdotes miniſtraturi ad altare acceſſerint, omni culpa careant neceſſe eſt, ne fortè emoriantur, & vltionẽ de ijs Deus ſumat. Si autẽ in Aaronicis Sacerdotibus tãtam munditiẽ requirebat, quanto maiorẽ veri Euangelici, præferãt neceſſe eſt, qui non iã ſanguinem taurorum & hircorũ, aliorumq. animaliũ, ſed pretioſum Ieſu Chriſti ſanguinẽ in illius Eccleſiæ altaribus Deo offerũt.

Leuit. 21.

Exod. 19.

Quanta porrò eorũ eſt calamitas, ab hac qui declinant puritate nec conſiderant, miniſterium quod exercent, penitus ſpirituale & diuinũ eſſe,

& ſe

& ſe à Spiritus ſancti manu vocatos eſſe, cui ſicut nihil eſt inimicum & aduerſarium magis quàm peccatum carnis, ita etiam nihil haberi poteſt, quod Sacerdotis honorẽ polluat aut inficiat magis. Huc facit quod de Gentilium Sacerdotibus tradit Ambroſius, illos ſcilicet infames & ſceleſtos habitos, qui caſtitatem violarent, & muneris ſui obliti laſciuiam conſectarentur. Quin & Hieronymus tradidit filios Heli adeò lubricos & ſalaces fuiſſe, vt in ipſo templi veſtibulo rem veneream exercerent, & quidquid in ſacrificijs potiſſimum eſſet, & optimum ſibi reſeruarent.

Nihil adeo Spiritui S. aduerſatur quã peccatum carnis

Lib. 8. cõt. gentes.

Ad Oceanum.

At maior veſtra infamia ac dedecus eſt Paſtores, qui omnem honeſtatis limitem egreſſi, in perpetuo viuitis concubinatu, vt ſacrilegi ac meræ pecudes: Quid! ita ne vos veſtri obliuiſci, huiuſmodi vt delicta cõmittere non veremini? Quid! vos cibo incorruptibili paſtos adeò internè corruptos eſſe, tantamq; in anima fouere peſtẽ? Tradunt herbarij, herbam eſſe, cui nomen Agnus caſtus, quam quicunque tetigerit, caſtus & pudicus redditur; Chriſtus Agnus quidam caſtus eſt, quem cùm quotidie in anima veſtra cõdatis, quis fieri poteſt, vos caſtos non eſſe?

Agnus caſtus homines reddit caſtos.

Ferunt circa Orientem aues eſſe, quarũ caro incorruptionem neſcit, ꝙ aromatibus, cinnamomo & carypophyllis paſcãtur, Chriſtus vitę eſt arbor at arbor adeo odorifera, illius vt odor oẽs in admirationẽ pertraxerit; cum vero Sacerdotes, aues illæ paradiſiacæ, toties ex eadem guſtẽt, imo quotidie paſcantur & victitẽt, qui fit in hoc vitio illos putreſcere?

Auium quarundã caro incorruptibilis.

Ponti rex Mithridates ita Mithridatico & veneno aſſueuit, vt cum vitam pertæſus, ne in Romanorum veniret manus & in triumpho ma

Mithridates veneno aſſueuit.

gna cum infamia deduceretur, veneno vitam vellet abrumpere, vires ipſum amiſerit, nullumque illi toxica detrimentum afferre potuerint. Quam admirabile porro mithridaticum eſt Sacramentum Euchariſtię, quod Regum rex Chriſtus admuenit! Qui fieri igitur poteſt, Sacerdotes, qui toties ipſum ſumunt, alicuius vitij ac præſertim libidinis veneno intoxicari? ſed vt video, vnica horum malorum cauſa eſt, nimia libertas, colloquia, commercia ac frequentationes mulierum; illa ignem hunc ſuccedunt, tentationes armant, & concupiſcentiam inflammant.

Familiaritates mulicbres Sacerdotem deſtruunt.

Vitrea vaſa ſimul conſtipata geſtari nequeunt quin inter ſe collidantur. Hominum corpora vitro etiam fragiliora ſunt, ideo dum ſe alijs adfricant, & imparium perſonarum colloquia ſectantur, ne frangantur periculum eſt; cõmercia ſiquidem noxia ſunt, & conſortia metuenda, ac præſertim Sacerdotibus. An non videmus quotidie, fructus, etiã integerrimos, dum inter ſe conferti colliduntur, deſtrui ac detrimentum accipere? Sacerdotes egregiæ quædam arbores ſunt, quarum opera fructus ſunt qui dum alijs affricantur & colliduntur, periculum eſt, ne omnia corrumpantur ac deſtruantur. Ioſeph adoleſcens cũ ab impura pellice ad impurum concubitum pelliceretur, fuga ſibi conſuluit. Quo exẽplo docemur, nullum ad libidinis fomitem extinguendum, animãq. ab omni illicito amore defendendam medium eſſe ſalutarius ac melius, quàm ſocietates & commercia mulierum relinquere, neu eaſdẽ inuiſere, ſed ſolitudinem ſectari.

Corpora noſtra vitri fragiliora.

Gen. 39.

Fuga optimum libidinis remedium.

Hoc modo vita inſtituite venerabiles Prælati, hoc præ oculis habetote religioſi: item commonitionem illa Apoſtoli, Fornicatio & omnis immundit

Epheſ. 5.

munditia aut auaritia nec nominetur in vobis. Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus aut auarus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. *Item*, Hæc eſt enim voluntas, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quæ ignorant Deum.

Secundũ quod hodie in Eccleſia regnat peccatum, eſt auaritia.

Secundum quod omnia in Eccleſiæ regno deſtruit & euertit peccatum, & vobis, ò Sacerdotes & Præſules infamiam adfert, eſt auri illa immēſa ſitis, & auaritia. Eſt infandum illud idolum, abominationum Iudaicarum magiſtra, quod Ezechiel propheta in templi veſtibulo vidit: idolum inquam quod hodie à Prælatis, Sacerdotibus, Religioſis, & ab omnibus omnino hominibus adoratur, quodque hodie velut funeſtum abominationum noſtrarum trophæum in medio Eccleſiæ erectũ eſt. Ipſa totius religionis euerſio, pietatis deſtructio, omniumq. rerum ſanctarum aduerſaria; virtutum tempeſtas, calamitatum origo, bonorum grando morum, paſſionum fomes, & Eccleſiæ vniuerſalis Pandora. Ipſa exitium veſtrum eſt, Sacerdotes, ac vobis perſuadeatis velim, vos, dum huic vitio incumbitis, Dei inimicos conſtituere, honorem & nomen veſtrum perſſundare, ac ſexcentis exponere animam periculis. *Ezech.8.*

Giezi Eliſæi puer, ſed auaritiæ æſtuans ſiti, in delicti vindictam lepra percuſſus fuit. Quotnam hodie Giezios reperire eſt, vt nimirum ſit Deũ, de cupiditate noſtra vindictam ſumendo, ijſdē in nos nõ animaduertere ſupplicijs. Inter reliquos Chriſti diſcipulos ſolus ille proditor ac perfidus *4.Reg.5.* *Matt.27.*

fuit, atque à magiſtro reiectus, qui loculos ſeruabat. Vos nefandi Sacerdotes qui auaritiæ loculos ſeruatis, videte ne eamdem cum Iudâ ſortem ſubeatis, ne, inquam hic vitam infelici exitu concludatis, & in altero ſæculo ſempiternis pœnis inuoluamini. Primus quoque qui in mari Galilææ piſcis captus fuit, ſtaterem ore præferrebat; quo denotatur in mundi huius mari, in quo ſatan piſcatur & retia explicat, illos primò Monachos & Sacerdotes concludi & capi, qui aurum & argentum ore præferunt, nonniſi de facultatibus loquentes, & diuitias nullo non loco ambientes.

Matt. 17.

Sacerdotũ cupiditas & auaritia lunæ deliquio ſimilis.

Inter cæteros Planetas, ſola Luna Eclipſin & deliquium patitur, atque hæc illius dari ratio ſolet, quòd omnium ſit infima, & terræ quã proxima. Epiſcopi & Sacerdotes aſtra ſunt, ſidera ac planetæ Eccleſiæ, atque ſi præ cæteris mortalium nominis ſui & famæ ſplendorem amittũt, & apertius in Dei ſui mandatis deliquium patiuntur, cum nimis ad terram accedunt, & auaritiæ ſtudent. Statua illa Nabuchodonoſor, quæ oculos habebat aureos & brachia argentea, primò à lapillo è monte deſcendente euerſa fuit & in cineres redacta. Quod myſterium docebat, Sacerdotes auaros & auaritiæ æſtu flagrãtes, illas Eccleſiæ ſtatuas, quæ oculos auro, & manus argento plenas habent, id eſt, ſolo pecuniæ vſu & pertractatione diuitiarũ gaudẽt, ſimili in diſcrimine verſari, ne inter primos à fortunæ lapidibus impetantur ac deſtruantur.

Dan. 21.

Iud. 17.

Michas Sacerdos Ephratæus, cuius domus idolis, & arca facultatibus referta erat, direptionem à Danitis paſſus eſt, omniaque ſua violenter auferri & expilari vidit. Vos Sacerdotes Euangelici,

gelici, qui tot redditus & cenſus annuos habetis & domos diuitiarum idolis refertas, videte, ne aduerſus quidam fortunæ turbo, occulta furum inuaſio, diuturnus morbus, iactura inſignis, aut alius quidam ſiniſter caſus, qui cæli milites ſunt, & Deo permittente immittuntur, omnia diripiant, & nihil vobis tandem reliquum fiat, quā deſperatio, querelæ inanes, & perpetua infortunij ac calamitatis veſtræ deploratio. In Euāgelio videmus, ut emptor ille boum, qui terram arare ac proſcindere ſolent, inuitantem regem contēſerit, & ad regias nuptias venire detrectarit: allegoria hęc Sacerdotes ſpectat, eoſque auaros, qui velut boues ſemper in terra laborant, & negotijs ſuis intenti, diuinas inſpirationes & inuitationes negligunt, & ad cæleſtis beatitudinis nuptias ingredi ſubterfugiunt. *Luc.* 14.

At non ita viuendum eſt Sacerdotes, ſyrtes hæ fugiendæ & charybdes: & cum facultates afflu ant, cogitandum & uiuendum quaſi non haberetis; & cum diuites & opulenti, quaſi pauperes eſſetis. Quod exprimere uolentes ethnici, Iunonis diuitiarum præſidis Sacerdotem Milonem ex ære effinxere, ferream in fronte laminam geſtantem, & pedes ferrea uinctum catena. Quod deſignat, eum qui Diuitiarum deæ ſeruit atque obſequitur, nonniſi æneum eſſe debere, non vero aureum, argenteum ac gemmeum. Simulque myſticè denotat, Summi Dei Sacerdotes, Dei, inquam, diuitiarum largitoris non argēteos, non aureos, ſed æneos eſſe oportere; id eſt dare operam, vita magis ut medioctitate ſonet, quàm diuitiarum & opum affluentia & fama. Quod ut fiat cerebrum ualidum habeant oportet, & caput firmiter obſtrictum, & affectuū ſuorum pe-

Sacerdotes nullo ī terrena ferantur affectu.

des ſanctæ cuiuſdã modeſtiæ catena colligatus.

Ethnicorum hoc emblema ſacræ ſcripturæ teſtimonijs confirmari videtur poſſe. Volebat ſiquidē Deus Aaronem & ſummos ſacerdotes orbem terrarũ in veſte ſua expreſſum geſtare, & nudis pedib. incedere. Ritus ſane nouus myſticus tamē vt hinc Sacerdotes diſcant, ſe quamuis oēs ſæculi diuitias habeant, deſideriorum ſuorum tñ pedes nudos habere debere, & quamuis facultatibus abundet, affectu tamen inordinato ijs non adhærere. Eandem fortè ob cauſam Sacerdotes oraculi Dodonæi nudipedes incedebant, vt hinc fideles diſcant, nudis ſe incedere pedibus debere, omnes affectus exuere, & ab omni cupiditate nimiũ quantum recedere.

Exod. 28.

Alex. ab. Alex. li. 2.

Alcyonũ ꝓprietas.

Alcyones nidum dum conſtruunt, rotundũ in littore eundē conſtruere dicuntur, eumque ita obſeratum vnicus vt ſupernè aditus pateat, & quidē ita firmũ, vt aqua penetrare nequeat, ſed omnes fluctus eludat & irrideat. Hiſce nidis corda veſtra ſimilia ſint, Sacerdotes: ſupernè ſemper pateant, cæleſtibuſq. cogitionibus, at diuitijs ſint impenetrabilia, ſemper iiſdē præualeãt, inq; illarum medio eis dominentur. Eſau venit corã patre hiſpidus & manibus piloſis, idē fecit & Iacob; ſed hoc diſcrimine, quòd pili Eſau cuti illius adhæreſcerent, quos qui euulſiſſet, magnum illi haud dubiè cruciatum attuliſſet: ſed Iacob nonniſi adſcititij eſſent, quos ſine vllo poterat tollere diſcrimine & dũ alluberet. mundani & ſęculares Eſau ſunt, ita facultatib. ſuis & mundi adhærentes, vt ſi eaſdē amittere contingat, inſaniant & efferẽſcant: At Eccleſiaſtici Iacobo eſſe ſimiles debent, adeò vt cordi facultates non adhęreſcant, ſed crumenæ dũtaxat, adeò vt ſi qñ eiſdē deſtituuntur,

Gen. 27.

untur, animum non contrahant aut deijciant.

Abundant pharmacopolæ venenis, nō idcirco tamen intoxicantur: diuitiæ virus ſunt, quas qui arca duntaxat concludunt, intra affectus tamen non admittunt, nullū idcirco diſcrimen adeunt, & in nullo dānationis periculo uerſatur anima. Puella bello capta, ſicut Iſraelitarū placuiſſet, ab eodē vt in vxorem duceretur, cæſariē radere, vngues circumcidere, & ueſtem in qua capta erat, deponere debebat. Quæ cerimonia egregia mihi reuelat myſteria, dicens, animas religioſas, quæ filij Dei ſpōſæ eſſe voluerint, veteris hominis veſtes exuere debere, & nouis induere oportere, peccati in quā ſagulū deponere, affectuū vngues reſecare, & oīum impedimentorū mundanarūq. inſidiarum pilos tondere. Beatus qui hunc in modum uixerit, & libidinem & auaritiam fugiēdo, ſuperbiam & arrogantiam etiam fugerit.

Diuitiæ virus ſūt.

Deut. 21.

Tertium Eccleſiæ flagellum ſuperbia eſt: ipſa quippe horribile hoc peccatum eſt quod ex Angelis dæmones conſtituit, & iā inde à mundi incunabulis ex hoībus immortalibus miſeras creaturas reddidit. Ipſa virtutū peſtis, rerū ſanctarū interitus & exitium bonorū operum extinctio calamitatum noſtrarum exordium, quodq; Deus maximè in hoc mundo deteſtatur. Succinum feſtuccas & minima queq. attrahit, vnico excepto baſilico herba, quę capitalis eſt, & noxijs caput replere ſolet vaporib. hanc.n. fugit & deteſtatur. oſtendere conceptus vult, Deū, qui lapis ille ſuccinneus eſt, lapis inquā angularis, nos cōplecti, & omne hominum genus ad ſe attrahere, qui humiles ſunt & nonniſi atomi & feſtucæ, nō uerò ſuperbos & arrogantes, qui caput fumis, & inanibus, uentoſiſq. conceptib. habent oppletum, &

Eccleſiæ flagellum ſuperbia eſt.

cerebrũ ambitione & honorũ inania tumens.

Ghabriæ dictum. Ghabrias Athenienſiũ dux dicere ſolebat, exercitũ ceruorum duce leone, longè eſſe fortiorẽ & terribiliorẽ, quã leonum duce ceruo. Equidẽ ſententiam vſurpans eandem, dico agmen flagitiorum & delictorum ab humilitate ductum, in mundi huius exercitu maioris eſſe efficaciæ, virtutis ac meriti, quã virtutes plurimas, quæ ſuperbiam ducẽ nacti ſunt. Teſtabitur hoc Phariſæus il-

Luc. 18. le in tẽplo orans, virtutes ſuas longo ordine gloriabundus, & ſuperbia ductrice recenſens: & publicanus peccatorũ ſuorũ agmẽ explicans, ſed humilitate duce; ſed ille in p̃cib. exauditus nõ fuit, hic verò iuſtificatus in domũ ſuam deſcendit.

Caiphas Pontifex ſuperbia inflatus & ambi-

Matt. 28. tione tumens, dicebat ceteros neſcire quidquã, ſe verò ſolũ ſapere, ſed inanis fuit, & ipſe aliud non ſciuit, quã innocuos morti adiudicare, filios Dei neci iniuſtè tradere, & ad crucẽ rapere. Quotnã hodie Caiphas reperire eſt, qui ſe oracula quædã diuina eſſe credentes, ceteros nonniſi vt bruta habent, aliud tñ cum non ſciant quã probos condẽnare, & in perſecutionũ cruce veros Dei filios, iuſtos & innocentes torquere & affligere, Põtifex Aaronicus laminã aureã ĩ fronte geſtabat: quę de

Exod. 28. notabat, nõuos noſtros Pontifices caput firmũ & humilitatis lamina cõfirmatũ, non verò præſumptione & arrogantia euanidum habere debere.

Inter cetera immunditiæ ſigna erant gibbi & tumores, & gibboſos omnes ab altari ſuo arce-

Leuit. 21. bat Deus. Superbia gibbus quidã eſt animæ, & quædam cordis inflatio, tantopere Deo diſplicẽs, vt Sacerdotes illos execretur & myſterijs ſuis arceat, qui eadem prætulerint.

Ceterum, ò Eccleſiæ Principes, ſuperbia inter

vos

vos capitale quoddam crimen eſt, quā nemo in anima ſuccreſcere patiatur, ſed ſi quā eius in ſe radicē & ſurculum viderit, quamprimum excedat & auferat. Obſtetricibus Aegypti imperauit Pharao oēs vt maſculos recēs natos ſuffocarent quotquot ex Iſraelitis naſcerētur: maſculi, & primogeniti cordis noſtri, ſunt ſuperbia, & vanitas. Vult verò Deus obſtetrices nos Aegyptias imitari, & quamprimū vt enaſci volunt, eoſdē opprimere vita nāq; eorū noxia eſt, mors verò & interitus glorioſus & laudabilis. Dicebat in Cāticis ſponſus: [Flores apparuerūt in terra noſtra, tēpus putationis aduenit;] primi qui initiæ terra apparent flores, vanitates ſunt & ſuperbia; mox uerò vt conſpecti fuerint, ſectione & putatione opus omneſq. emortuos ramos reſcindere, & agrum à bruchoo & rubigine emundare neceſſe eſt.

Superbi à Deo reprobati.

Exod. 1. 2.

Cant. 2.

Fuere, teſte ſcriptura, gentes quædā, quæ Deū verum ſimul & patriū, id eſt, idola adorarent. Patrius Deus ipſa eſt ſuperbia & arrogantia quod vitiū naturale nobis eſt & innatū; ſunt quippe Sacerdotes, Religioſi & Prælati, qui Deū verum adorantes, huic item idolo ſupplicare volunt, ſe alijs præferre ſimul & poſtponere volunt. Demō Athenienſi, pictor hominū ſimul iratum & placatum, timidū & audacem, humilē & arrogantē & ex eadem fronte diuerſas producere perſonas ſe poſſe iactabat: quot verò Prælatos, imo & Sacerdotes cōmunes cernere eſt, qui in vno eodēq. ſtatu, Sanctos ſimul & mundanos, aulicos & religioſos, humiles & iactabūdos, Eccleſiaſticos iuxta ac ſæculares oſtēdere ſe ſtudēt! In quo ſtatuæ Babylonicę perſimiles sūt, quæ è diuerſa cōſtat à materia, frōtē pferebat aureā, pedes verò luteos.

Deus patrius eſt ſuperbiā.

Dan. 2.

Eia igitur, Sacerdotes, mūdi ſoles, populi ſpecula,

cula, ignorãtium doctores, cæcorũ ductores, grẽgis paſtores, aïarum duces Dei vicarij, magni Ieſu Chriſti locũ tenẽtes, vitã veſtram reformate, Zizania euellite, vitia auerrũcate, ſcãdala tollite, libidinẽ fugite, auaritiã deteſtemini, ſuperbiã pedibus peſſumdate, & bonorũ Sacerdotum inſtar vos gerite. Cogitate, inquam, vitia veſtra & ſcandala in cauſa eſſe, quod religio peſſum eat, Eccleſia fluctibus agitetur, fides periclitetur, tot mala per orbem inualeſcant, tot animæ damnationem incurrant, tot hæreſes inualeſcant, tantaq. vbiq; locorũ diſſolutio & ſcandala dominentur. O dãna lacrymis deploranda, ruinæ nullo precio æſtimãdæ, & calamitates nimis ah funeſtæ! Nolite cõmittere, amici Dei, cæli deliciæ, paradiſi ianitores, ac ſemidei in terra agentes, veſtra ut culpa damnemini, quiq; ad cælum deſtinati eſtis, infernali vos abyſſo nolite immergere.

Sacerdotũ peccata in cã ſunt cur tot aïę peſſum eant.

Nolite aũt faces imitari, quæ dum aljs lucent, ſeipſas conſumunt, nolite ſimiles effici naupegis Arcę Noe, qui dum alijs ſaluandi ſunt occaſio & cauſa, ſeipſos à diluuio immunes pręſtare nõ potuere. Ne ſitis inquam uelut aquæ baptiſmales. quæ animas ad cœlũ tranſmittentes, in terra permanent, ſi rebus ueſtris non proſpicitis, Sacerdotes, ueſtro in ſinu litteras condemnationis & decretum ferale geſtatis, in quo Vriæ Hethęo eſtis perſimiles, qui dũ in bellũ proficiſcitur, in perniciẽ ſuam profectus eſt. Cogitate quæſo, quales ſitis, ad quã uos dignitatem Deus euexerit, quo officio perfungamini. An non.n. vos Chriſti miniſtri, myſteriorũ illius œconomi, domus illius præfecti, Eccleſiæ præſides, ac regni illius uicarij generales? An non igitur uetere uos hominẽ exuere par eſt, peccato ualedicere, uirtutum exercitio in cum-

Sacerdotes improbi facibus ſimiles.

2. Reg. 12.

incumbere, & vitã ſanctam penitus & pura amplecti? Ad hanc uos unicè exhortor, huius uobis imaginem deſcribo, ueri Sacerdotis uobis maieſtatẽ, dignitatem, honorẽ & perfectionem, ſimul & nefarij; ſcandaloſi improbeq; uiuentis uitia imperfectionemq. ob oculos ponendo.

Scio nouum uobis & inſolens uiſum iri, quòd Aethiops cũ ſim aliorum næuos ſugillare, & talpa cũ cæcior, viã alijs oſtendere contendam, ſed quid? Paradoxon eſt, & inanis conceptus, in quo me oĩum iudicio expono, & cunctis de me loquẽdi occaſionem ſuppedito. Sed in defenſionẽ purgationemq. meam vnicã, hanc magni Gregorij ſñiam attuliſſe ſufficiat: Ipſe imperitus cũ ſim pictor & ſordidus, egregiã perſonã depinxi; & qui adhuc in peccatorum ac delictorũ vagor fluctib. uiam alijs commõſtro, & facis uice fungor, ad portum perfectionis omnes ut deducam. *P.4.Paſt.*

Achitophel ſibi ipſi cum conſulere non poſſet alijs conſulebat quã optimè, adeò ut conſilia illius uelut oracula haberentur. Idẽ mihi fortaſſe continget, & quãuis meipſum cõducere nequeã, alijs forſitan ductor & director futurus ſum. Panis & cibus, quẽ coruus Eliç in deſerto afferebat, non minus erat ſapidus, quã quem Angelus Danieli in lacu Babylonio. Cogitate me coruũ eſſe, ſed quæ documenta & præcepta do, & cibus Spiritualis quem Sacerdotibus offero, tam vtilia forſan futura ſunt, quàm ſi à uiro & vitç ſanctioris ac notæ melioris proficiſcerentur. *2. Reg.16.* *3. Reg.17. 18.19.*

Celebris & egregius ille pictor Apelles liberali & deformi erat uultu, egregias tñ & uenuſtas efformabat imagines. Ipſe licet turpis & deformis ſim, de aliorũ tñ pulchritudine loqui poſsũ, & lineamenta, tractus & figuras effingere. Sculptores

ptores Crucifixorum, (qui crucifixi aliorum animos ad pietatẽ extimulare ſolent) ſæpe improbi & ſcelerati ſunt; idẽ de meipſo cogito, & ſcio (q̃ non parum me macerat) me dum alios ad pietatem adhortor, parũ pium eſſe ac frigidũ: feruorẽ tamen opto, atque ad pietatem aſpiro; quiq; inſignita ſua benignitate ad hunc me honorẽ vocare nullo meo merito, indignum dignatus eſt, & vnũ de Sacerdotũ ſuorum numero cõſtituere, gratiã, ſpero, etiam conferet, eum vt & vita exprimam, cuius hic imaginem & pingo & exhibeo.

Rudi inquã Minerua depingo & craſſiori ſpeniculo, nullo colore, foco, adſcititioq. artificioſo emẽdicatos. Indignũ quippe & parum conſentaneum videtur, imò & abſurdũ, Lemouicẽ dum ſimplicis Sacerdotis perfectiones & dotes deſcribit, auliciſſimos ſectari, rhetoricos colores in ſimplici hac materia conſectari. Scriptionis anima & medulla ipſe zelus, verba nõniſi fucus & adſcititiũ quid ſunt. Illum vnicum adhibui, & cetera neglexi. Si igitur omnia ad rei naturã ſpectant æqui boniq. conſulite, & oculos in hanc tabulam conijcite, ad illius vos ideã conformate, benigno in auctorẽ illius aĩo eſtote, qui ſe erga uos tã bene uolũ & benignum oſtendit, & quamdiu vita ſuppetet, pro incolumitate ueſtra Deũ deprecaturus, fidelis quoq. vobis cliens futurus eſt, vti iã humillimus & obſequentiſſimus veſter confrater.

Petrus de Beſſe Lemouix S. T.
Doctor in alma Vniuerſitate
Pariſienſi.

Pariſiis. 22. Decembris, Anno M.D.C.IX.

A P-

APPROBATIO.

NOs infraſcripti SS. Theol. Doctores in alma Vniuerſitate Pariſienſi atteſtamur vidiſſe & legiſſe Librum, cui titulus SACERDOTIVM REGALE, Auctore R. D. PETRO BESSEO Limoſino. S. Theol. Doct. in quo nihil quod S. R. Apoſtolicæ fidei, aut SS. Patribus ſit cōtrarium, inuenimus, imò luce digniſſimum iudicauimus. Data Pariſijs 12. Decemb. Anno M. DC. IX.

P. Piquelin.

F. Dauid.

TRactatus de SACERDOTIVM DIGNITATE, nihil Catholicæ fidei, aut bonis moribus repugnans, complectitur; ideo in lucem prodire poteſt. Datum Coloniæ Agripp. die 7. Nouembr. Anno 1614.

HENR. FRANCKEN Sierſtorpſſius SS. Theol. D. Regens Gymn. Laurent. Librorum Cenſor.

APPROBATIO.

PRæſens Opus R. D. Petri Beſſei *Regale Sacerdotium* inſcriptum, meo iuſſu hic Venetijs examinatum approbaui.

Ego Fr. Io. Dom. Vignutijs S. Theol. Magiſter, & Generalis Inq. Venetiarum.

INDEX
CAPITVM
LIBRI PRIMI.

Cap. 1. *De prima Sacerdotum inſtitutione.* 1
2 *Epitheta et encomia Sacerdotum tū è ſacris litteris, tum è SS. Patribus deprōpta.* 6
2 *De Sacerdotum eminentia & dignitate.* 12
4. *De Sacerdotum officio.* 19
5. *De Sacerdotum poteſtate.* 20
6. *De honore Sacerdotibus debito.* 39
7. *De priuilegijs, & immunitatibus Sacerdotalibus.* 59
8. *De Sacerdotum ſacrificijs.* 66
9. *Quæ diſpoſitio ſit Sacerdotibus neceſſaria.* 76
10. *De Sacerdotum orationibus ac precibus.* 95
11. *De Sacerdotum lacrymis.* 111
12. *De Horis Canonicis Sacerdotum.* 121

Libri Secundi.

Cap. 1. *Sacerdotes eſſe debent integri & ſancti.* 132
2. *Sacerdotes ſint ſapientes ac prudentes.* 147
3. *Sacerdotes eſſe oportet conſtantes & immobiles.* 159
4. *Sacerdotes caſtitatem ſectari debent.* 168
5. *Sacerdotes ſint hoſpitales, & caritatem in proximos exerceant.* 179
6. *Sacerdotes Eleemoſinis erogandis incumbant & liberalitati ſtudeant.pag.* 187
7. *Sacerdotes docti ſint oportet & eruditi.* 199
8. *Sacerdotes concionatores & præcones verbi Dei eſſe debent.* 212
9. *Sacerdotes ſapientes ſint.* 227
10. *Sacerdotes ſint humiles.* 235
11. *Sacerdotes aīo pacato & trāquillo ſint.* 241

12. *Sa-*

2. *Sæcularia contemnant Sacerdotes.* 249
13. *Sacerdotes animarũ ſaluti magno Zelo incũbãt.* 260
14. *Sacerdotes ſobrij ſint.* 267
15. *Sacerdotes ieiunent, & cilicium geſtent.* 278
16. *Sacerdotes vigilent, quotidieq; conſcientiam examinent.* 288
17. *Sacerdotes in cultu nitidi & honeſti ſint.* 299
18. *Sacerdotes in moribus grauitatem præferant.* 308
19. *Sacerdotes placidi ſint & benigni.* 318
20. *Sacerdotes ſint omnibus in rebus modeſti.* 331
21. *Silentium ſeruent Sacerdotes.* 334
22. *Sacerdotes ſecretum ſeruent.* 352
23. *Sacerdotes tribulationes perferant.* 357
24. *Sacerdotes bono alijs exemplo ſint.* 364

Libri Tertij.

*Cap.*1. S*Acerdotes ebrietatem & ingluuiem vitent. pag.* 371
2. *Sacerdotes non ſint percuſſores, nec arma geſtent aut tractent.* 378
3. *Sacerdotes ne ſint detractores aut maledici.* 384
4. *Sacerdotes lites & contentiones fugiant.* 389
5. *Sacerdotes negotijs ſecularibus ſe non implicent.* 394
6. *Sacerdotes ne ſint ambitioſi.* 399
7. *Auaritiam fugiant Sacerdotes.* 404
8. *Sacerdotes ſuperbiam fugiant & arrogantiam.* 409
9. *Sacerdotes iracundi non ſint.* 412
10. *Sacerdotes ne ſint lubrici aut carnales.* 419
11. *Sacerdotes à iuramento abſtineant.* 432
12. *Sacerdotes non ſint errones & vagabundi.* 439
13. *Sacerdotes ne ſint in habitu diſſoluti.* 444
14. *Sacerdotes alijs ne ſint ſcandalo.* 452
15. *Sacerdotes ne ſint prauaricatores.* 460
16. *De proborum & improborum Sacerdotum morte.* 465

Finis Indicis.

OPERA
R. D. PETRI BESSEI

Quæ Venetijs ſub ſigno S. Marci impreſſa habentur.

Conceptus
- Per Quadrageſſimam.
- De quatuor nouiſſimis per Aduentum.
- De Dominicis totius anni tom.2.
- De præcipuis feſtiuitatib. anni t.2.&

Regale Sacerdotium.

Expectãtur adhuc alia eiuſdẽ Auctoris, opera, partim Gallico idiomate partim in Latinum traducta, quæ ſi ad manus noſtras peruenerint, vt mox lucem aſpiciant curabimus. Extant autem, quæ ſciamus traducta, videlicet

Conceptus
- De Venerabili Sacramento.
- In Sacra Biblia.

His omnibus accedet

Epitome ſeu Nucleus Operum Beſſeanorum.

LIBER

LIBER PRIMVS DE SACERDOTVM DIGNITATE.

CAPVT I.

De prima Sacerdotum inſtitutione.

SAcrum Sacerdotium nobilitate ipſa nobilius, & regno regalius, a Deo ipſo immediate originem trahit, omnemq. humanam inſtitutionem longe tranſcendens, auctorem aliū nō habet, quā Ieſum Chriſtum, inſtitutorem alium nō agnoſcit præter Spiritum ſanctum; ne vero me quis exotica & paradoxa aſſerere credat, Euangeliſtæ verbis ea, quæ dixi confirmabo.

Ieſus Xp̃s Sacerdotium inſtituit.

Dominus Ieſus [accepto pane gratias egit, fregit, & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meū quod pro vobis datur. Hoc facite in meā commemorationē.] Hoc loco, vt ſemper hactenus credidit Eccleſia, noui teſtamenti Sacerdotes Dominus inſtituit; atque ita id aſſerit ſacrum Concilium Tridentinum.

Luc.22.et 1.Cor.11.
Chriſtus ſanctorū ordinum auctor.
Seſſ.2.c.1.

Idem Chriſtus apud Ioannē ſummi Pont. vices agens, ac primos Ordines perficiens, hiſce verbis vſus eſt [ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixiſſet, inſuflauit, & dixit eis

Cap.20.
Xp̃s Sacerdotij auct.

Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c.] Miſsio hæc inſtitutionẽ requirit & denotat, atque ipſa remittendorum peccatorum poteſtas, Sacerdotali ordini annexa eſt.

Seſſ. 24. *c.* 1. [Sacrificium] ait Generale Tridentinũ Concilium, [& Sacerdotiũ ita Dei ordinatione coniuncta ſunt, vt vtrumq. in omni lege extiterit, &c.] Cum igitur in nouo Teſtamento diuina inſtitutione Catholica Eccleſia, ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacrificium, ſacrificium inquam viſibile, receperit, fateri etiam neceſſario oportet, in eadem nouum, viſibile & externum quodã ſacerdotium contineri. Eundem porro Ieſum Chriſtum eius inſtitutorem, auctoremquè extitiſſe, & in ſacerdotio Apoſtolis omnibuſq. eorum ſucceſſoribus conſecrandi, offerendi, & adminiſtrandi ſui pretioſi corporis ac ſanguinis poteſtatem, ſimul etiam peccatorum remittendorum, aut retinendorum auctoritatem dediſſe, & ſancta ſcripturarum teſtimonia docent, atque indeficiens continuaq. Catholicæ Eccleſiæ traditio, hactenus inuiolatè tradidit. Innuere igitur ſacrum Concilium Trident. voluit, Sacerdotium, & ſacrificium relatiua eſſe, quæ difficulter admodum a ſe inuicem ſeparari queant, & Ieſum Redemptorem cum alterum in Euangelio inſtituerit, alterius pariter auctorem, & fundatorem eſſe.

Regia, & Sacerdotalis. dignitas collocata cũ duobus luminarib. magnis. *Gen.* 1. Cum omnipotens ille omnium architectus, mundi machinam conderet, omniaq. a non eſſe ad eſſe deduceret [fecit duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt pręeſſet nocti.] Idẽ omnino fecit cũ Eccleſiã ſuã reformaret, ac tum duo alia magna

lumi

luminaria creauit, vnum maius & minus alterum, regiam, ſ. dignitatem & Sacerdotalē; illam vt tenebricoſis & obſcurioribus terræ rebus dominaretur, hanc verò vt rerum ſpiritualium diei præeſſet, atque a duorum horum luminarium maiorum ſplendore claritateq. quidquid in inferiori hoc orbe reperire eſt, dependet, atq. vt ſole carere mundo difficile eſt, ita Eccleſiæ, ſacerdotio difficillimum.

In nouo Teſtamēto, vt trium doctiſſimorum virorum teſtimonio conſtat Sacerdotium poſt redemptorem Chriſtum à Petro ſuam duxit originem; primus enim ipſe fuit, cui ſupremus Eccleſiæ Pontificatus fuit collatus, cum diceret ei Chriſtus [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum.] Adeo vt prius ipſe fuerit, qui ligandorum ſoluendorumq. aliorum a Domino poteſtatē acceperit. [In nouo] inquiūt [teſtamento poſt Chriſtum Dominum noſtrum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt.] Vnde inferre ſācti hi Patres volūt, Chriſtū, eo quod Petrum primum Sacerdotem inſtituerit, vniuerſi etiam in genere ſacerdotij, ordinumq. ſacrorum inſtitutorem, & originem eſſe.

Primus poſt Xp̄m Sacerdos Petrus Apoſtolus. *S. Anacl. epiſt. 2. ad Epiſcop. Ital. diſt. 21 c. 10. S. Iſidor. de Eccl. offic. lib. 1. c. 5. & Burchard. lib. 1. c. 1.*

Porrò Sacerdotium Moſaicū in nouū & Euangelicum commutatum eſt, quique per Prophetas dixerat, ſe veniente omnia renouanda figuris in veritatem, vmbris in realitatem, cæremonijs in myſteria vera tranſeuntibus; è rubiginoſa & exeſa quadam lamina, nouum omnino opus produxit, nouum, inquam ſacerdotium inſtituit: cumq nouum conderet teſtamentum, noua etiam munia condi par erat, & veteri ſa-

Apoc. 21. Sacerdotiū vetus in nouum mutatū. *Matt. 25.*

cerdotio ſepulto,& abolito, nouum longeq. excellentius, & dignius procudi.

Heli Sacerdotiũ expoſitũ allegoricè.

Heli Sacerdos, cuius oculi lippientes caligabant, quiq. videre vix poterat, è ſella retrorſum cecidit, ipſoq. fractis ceruicibus extincto, ſacerdotium quoque illius extinctum eſt, & illo finiente dignitas finita ſucceſſori locum conceſſit; [Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerant, & videre non poterat.] Infaſtum & triſte præſagium, quo veteribus ſacrificijs & ſacerdoti Aaronico, cuius oculi ita caligabant, vt nihil omnino in myſterijs ipſis perſpiceret, mortem inſtare & tandem aliquando exſtinctum iri prænuntiabatur, ipſũquè è Pontificia cathedra prolapſum, alterius ſuum, & dignitatem conceſſurum.

1. Reg. 4.

Ezech. 8.

Aman purpuratus, quod inſolentius ſeſe in Aſſueri aula geſsiſſet, & coniurationem in caput regium machinatus eſſet, regia beneuolentia excidit, aulaq. pulſus in crucem actus eſt, & dignitatis honorumq. ſuorum Mardochæum, quẽ immortali odio proſequebatur, ſucceſſorẽ vidit: [Tulitq. rex annulum quem ab Aman recipi iuſſerat, & tradidit Mardochæo.] Ita cum ſummus veteris legis ſacerdos ſuperbiret, & ad uerſus Ieſu Chriſti veri regis maieſtatem conſpiraſſet, eius beneuolentiam amiſit, omnibuſq. honoribus, & ſacerdotio imprimis ſpoliatus eſt, eiuſq. in locum humilis Petrus ſucceſſit, dignitatiſq. ſummæ hæres factus eſt.

Sacerdotium vetus abolitum per nouum.

Lex noua veterem ſepeliuit.

Exod. 18.

Manna cibus ille Angelicis manibus efformatus, igni quidẽ, & flãmis nõ cedebat, ſed ad exortum ſolis liqueſcebat: [Colligebant autem mane ſinguli quantũ ſufficere poterat ad veſcendũ: cũq. incaluiſſet ſol, liquefiebat.] Mirũ pro-

fectò & ſtupendum radijs id ſolaribus cedere, quod ignis tamē ardorē ſuperabat: ſed occultū hic latebat myſteriū, & veteris ſacerdotij in nouū cōmutatio ita inſinuabatur, ſ. myſteria, quæ ſub flamma & Moſaicæ legis rigore inuiolata & integra permanſerant, ad primum ſolis iuſtitiæ exortum conſumenda perituraq.

Fax illa cœlica, & mundi iubar ſol, omnes ignes minores, quas ſtellas nūcupamus, ortu ſuo offuſcat, ipſam etiam lunam lumine ſpoliat ſuo. Ieſus Chriſtus ingens ille mundi ſol, quam primū vt Eccleſiæ ſuæ horizontem ortu cæpit ſuo illuſtrare, vniuerſa antiquæ legis Sacramenta, ipſum quin etiam ſacerdotium, ſplendore ſuo obſcurauit; & quis ſcit an hanc forſitan ob cauſam, ipſo in crucem ſublato ſol, luna, & ſtellæ furuo velatæ amictu lumen ſuum retraxere? *Matt. 27.*

Euangelium legē Moſaicā offuſcauit

[Lucernā] inquit Ven. Beda, [per ſignificationē recte ſacerdotiū vetus accipimus, in nocte quidē ſub vmbra ſeruientis populi per neceſſariū ſed aſpirāte die nouæ gratiæ remouendum, &c.] Lucerna .n. noctu accēdi ſolita, non niſi eos qui in domo ſunt, illuminat ad eos qui foris verſātur lumē extēdere neſciat; ſol vero igniū omnium radiorumq. princeps cum exortus eſt, ita omnia circumquaque illuſtrat, vt tā ea quæ patula, quam quæ domeſticos inter parietes cōcluſa ſunt, radiis lumineq. ſuo irradiet, adeo vt lucernæ lumen offuſcet, eamq. penitus reddat inutilem. Dicere igitur Beda vult, ſacerdotium Euāgelicum rutilantiſſimi ſolis inſtar eſſe & veteris nonniſi lucernam, atque vt ſole ſplendente nemo lucernam accendit, ita Euangelico ſacerdotio inſtituto Moſaicum euanidum prorſus fuit, & inutile.

in l. 1. Reg. cap. 8.

Sacerdotium vetus lucernæ, nouū ſoli comparatur.

CAPVT II.

Epitheta & Encomia Sacerdotum tum è Sacris Litteris, tum è ſanct. Patribus deprompta.

INſigniores nemini mortalium vnquam ab hominum memoria titulos datos, aut nomina cuiquam præclariora impoſita legimus, quam Sacerdotibus in ſacra ſcriptura data repé riuntur: adeo vt nō immerito de illis dici queat quod de ſummo Sacerdote Ieſu Chriſto ſcriptū
Philip. 2. eſt [Et dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.] Et ſane factum Sacerdotum nomen verè ſuper omne eſt nomen, vtpote cui nullum in vniuerſo terrarum orbe ſimile reperiatur.

Sacerdotū nomen eſt magnum. Deus cū Dauidi per Prophetā Natā, ſua in illū collata beneficia, ac quā viciſſim præſtare viciſſitudinē ipſe tenebatur, in mentē reuocaret, inter cetera, & præ ceteris, primos & ſuperbos titulos ac præclarū regis nomen, quod illi hac in
2. *Reg.* 7. terra contulerat, illi exprobrauit dicēs: [Feciq. tibi nomē grande, iuxta nomē magnorū qui sūt in terra.] Idem ipſum vobis occino Sacerdotes, agnoſcite inquam, quanta veſtra ſit erga Deum obligatio, qui tam magnificum vobis nomē impoſuit, nomen, inquam, quod omnia Regum ac principum terræ nomina longe antecellit.

Magnifica Sacerdotū nomina. *Gen.* 12. In fœdere quod cum Abrahamo Patriarcha priuſquam patria egrederetur, iniјt Deus, inter ceteros articulos, quibus illum ad iter ſuſcipiendum induxit, nominis illi ſplendorē, & magnificam famæ dignitatem eſt pollicitus, [faciamq. te in gentem magnā, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum.] Quod veteri illi Patriarchæ a Deo promiſſum fuit, in Sacerdotibus

reipſa

reipſa completum eſt,nomen.n.illorum magnificatum eſt,eorumq. qualitates, & tituli ſuper omnia nomina & titulos mundi eminent.

In exodo namque Sacerdotes Dij appellantur.[Dijs nō detrahes]apud Malachiam magni Angeli,[Quia Angelus Domini exercituū eſt;] apud Ieremiam Reges [Ecce conſtitui te hodie ſuper gētes,& ſuper regna.] Principes eos nuncupat Pſalmiſta [Conſtitues eos principes ſuper omnē terrā.] Michæas eos duces nominare non dubitauit [Duces domus Iſrael.] Ecquæ dignitas Ducali, Principali, Regali, angelica, diuina denique amplior aut maior reperiri queat? *Exod.22.* *Mal. 2.* *Ierem. 1.* *Pſal. 44.* *Mich. 3.*

Alius quidam Propheta vno in loco uigiles eos,& murorū custodes nūcupauit,[Super muros tuos Ieruſalē conſtitui cuſtodes.] Alio verò canes latratu horribili allatrantes,[Canes muti, nō valētes latrare:]alio itē tubas bellicas,[Quaſi tuba exalta vocem tuam.] Alius autem paſtores populi vigilantiſsimos, alius verò medicos, vnde Ieremias: [Aut medicus nō eſt tibi?] Ioel miniſtros Dei vocat, [Luxerūt Sacerdotes miniſtri Dei.] Dauid verò amicos & chariſsimos Dei, [Nimis honorati ſunt amici tui *D*eus.] Prò quāta dignitas veſtra, Sacerdotes, quā magni & ſublimes eſtis, cum & murorum cuſtodes, excubitores vrbium, caularum canes, gregum paſtores, Dei miniſtri, diuinæ denique maieſtatis amici Prophetarum oraculis appellamini. Tituli Sacerdotū varij à Prophetis collati. *Iſai. 62.* *Iſaia 56.* *Iſaia 52.* *Ierem. 8.* *Ioel. 1.* *Pſal.138.*

Euangelij præcones eos nominat nouum teſtamentum,ut Marcus,[Prędicate Euangelium omni creaturæ] Oniū paſtores, ut Matthæus, [Percutiā paſtorē,& diſpergētur oues.] Vineæ cultores et Sacramētorum adminiſtratores, idē Matth. Et locauit eā agricolis:] & ſalem terræ, Sacerdot. ſoles mundi. *Marc.16* *Matt. 26* *Matt. 21*

Matth.5. Matth.5.[Vos eſtis ſal terræ.] Miraculorũ pa-
Marc.16 tratores, dæmonum eiectores, cæcorum ducto-
Matth. 5 res, vt Marcus c. 16. [In nomine meo dæmonia eijcient] Denique lucẽ mundi, Matt.5.[Vos eſtis lux mundi.] Hæc nomina obſtupeſcite ſacerdotes; diuini enim verbi precones eſſe, Chriſtianorum tutores, Eccleſię vinitores, myſteriorum diſpenſatores, mirabilium organa, dæmonum flagellum, ſoles mundi, ómnem prorſus dignitatem, & miraculum ſuperat.

Apoſtolus etiam Paulus aperte profitetur, illos eſſe ciues cęleſtes, & domeſticos Dei, vt Eph.
Epheſ. 2. 2. [Sed eſtis ciues ſáctorum, & domeſtici Dei:] alibi eos dicit miniſtros Chriſti eiuſq. myſterio-
1. Cor. 4. rum diſpenſatores, vt 1. Cor. 4. [Sic nos exiſti-
Sacerdotes dæmonum iudices. met homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei] & Angelorum etiã, ideſt, dæmonum, iudices, vt 2. Cor. 6. [Neſcitis quia Angelōs iudicabimus.] Quid hoc ò ſacerdos?
2. Cor. 6. tu ne ciuis cæleſtis, diuinorum tu myſteriorum agens, tu dæmonum iudex? an non hi tituli honoris & dignitatis pleni?

Addit Apoſtolus Petrus, Sacerdotes omnes
1. Pet. 2. Reges eſſe, in cuius rei ſignum coronam in uer-
Sacerdotes oẽs reges ſunt. ticem detonſam geſtant, & ſanctos quoſdam in terra viuentes [Regale Sacerdotium gens ſancta.] Ioannes addit ſocios & conſeruos eſſe An-
Apoc. 19. gelorum, quique ab hominibus adorari conſueuerãt, Sacerdotum ſe genibus prouoluunt, [Caue ne feceris conſeruus tuus ſum:] Sanctum Regem, & Angelorum ſocium eſſe, an non Sacerdotibus honorificum eſt, & laudabile?

Sacerd. Angelor. ſuperiores ſunt. Quin & apud ſanctos Patres Sacerdotes ciues cęleſtes, Angelorum ſuperiores, Apoſtolorũ ſucceſſores, athletæ validi, afflictionũ omnium

parti-

participes, homines Angelici, auctores bene viuendi, animarum cuſtodes appellantur; his eos nominibus compellant S. Clemens, S. Gregorius Nanzianzenus, & S. Auguſtinus. [ſerm. 37. ad fratres in eremo.]

Hos ipſos Concilium Oecumenicum Tridentinum, Chriſti vicarios, miniſtros, Chriſtianæ fidei columnas, ciuitates in monte, claudorum baculos, cõſiliarios Epiſcoporum, templi baſes, ignorantium, & cæcorum duces nuncupat. O beatos ſacerdotes, & vere fælices, vt qui filij Dei Vicarij, religionis fulcra, claudorum ſuſtentacula, Præſulum oracula, & cæcorum ductores & ſint, & nominentur! Encomia Sacerdotum.

Theodoretus vero ſacerdotes Dei coadiutores, eius voluntatis interpretes, vocis eius organa, illius potentiæ inſtrumenta, eius regni miniſtros, iudiciorum eius nuntios, regiæ domus diſpenſatores, Eccleſiæ petras, pietatis doctores, rudimenta virtutum, populorum gubernatores appellare non dubitauit. Nihil profecto altius, nihil excellentius, nihil denique mirabilius dici aut concipi poteſt. Sacerdotes Dei ſunt Coadiutores.

Anſelmus, Hieronymus, & ex ijs Catechiſmus Romanus, Sacerdotes Eccleſiæ Apoſtolos, patris familiæ vinitores, ſpeculatores Ieruſalem, apes per agros volitantes, clypeos pendentes à turri Dauid, vineæ ſepimentum, oculos ſponſæ, lectuli Salomonis cuſtodes, paræciarum rectores, Chriſtianiſmi nobilitatem, Eccleſiæ Senatum, Præſulum oculos, bonorum operum denique exempla nuncupant. Quænam illa Sacerdotum magnitudo, ecquæ nobilitas, ecquæ excellentia, quod ſint virtutum exempla & prototypa, Eccleſiarum propugnacula, populorum guber- Sunt Eccleſiæ Apoſtoli.

gubernatores, Chriſtianorum Principes, animarum duces?

Mundi Philoſophi.

Sacerdotes, inquam, ſunt perfectionis ſpecula, mundi Philoſophi, Angelorum condiſcipuli, populorum ductores, animarum pædagogi, religionis fulcra, operarij in meſſem vocati & patroni fidelium. Noua epitheta, ſed egregia & luculenta, quæ ſuper & vltra regiam dignitatem Sacerdotum magnificentiam exaltant, & extollunt.

Cæſarius Sacerdotes cœlorum filios, Dei ſuper terram vicarios, ciuitatis æternæ ianuas, imitatores regni cæleſtis, arbores ſcientiæ, populi præcones, lampades accenſas, ſoles mundi vitæ deniq. immortalis doctores appellat: Quis obſecro rex, quis princeps, quis Monarcha talibus vnquam nominibus & titulis fuit inſignitus? ò Sacerdotes verè magnificos.

Aduocati ſunt peccantium.

Quin etiam teſtibus S. Dionyſio & S. Proſpero, ſunt Magiſtri ſcientiæ Dei, medici morborum, improborum terror, peccantium apud Deum patroni, homines inter & Deum mediatores, milites ſpirituales, myſteriorũ latentium Præſules, & certiſſima mundi fundamenta. An non itaque ſummi honoris eſt, doctorem eſſe ſcientiarum omnipotentis, eiuſque ſecretis præſidere, eius conceptus & voluntatem interpretari, in ſpirituali militia imperare & ordines diſponere, latentia myſteria eruere, eaque in lucem proferre, atque Atlantum inſtar ſuperincumbentis orbis pondus ac molem ſuſtinere? quæ tamen omnia in ſacerdotalem dignitatem vnanimi omnium iudicio quadrant.

Sunt Spiritus S. oracula.

S. Auguſtinus autẽ ſerm. 36. ad Presbyteros, & Gregorius Magnus Sacerdotes eſſe aiunt ſpiritus

ritus ſancti oracula, os Dei, animarum parentes, Eccleſiæ paſtores, Prophetarum filios, populi flagitiorum ſpongias, hæreſum flagella prauæ doctrinæ inimicos, controuerſiarum incidentium diremptores ac iudices, rerum cæleſtium præcones, agminis Ieſu Chriſti pugiles & pugnatores, & primas inuiſibilium præliorum Phalanges. O mira ac verè ſtupēda! Nunquam Cæſar, Hercules, Alexander, atq. omnes totius vniuerſi Monarchæ tot tantiſque encomiorum titulis exornati fuere, imo ne Angeli quidem.

Aureum verò eloquētię os Chryſoſtomus dicere non erubuit, Sacerdotes eſſe receptacula ſapiētię ſpiritualis, regni cæleſtis clauicularios, veritatis tubicines, vitæ lumina, confeſſionum auditores, conſcientiæ à ſecretis, cœlorum commiſſarios, omnia vt vitia dijudicent ac diſcernant. Quis non igitur Sacerdotum dignitatem, cum cælorum ianitores ſint, veritatis oracula, in conſcientiæ foro rationum diſquiſitores, admiretur, & prout par eſt ſuſpiciat? Sunt Cōmiſſarij cæleſtes.

Denique vt paucis complectar, omne Eccleſiæ ornamētum & ſplēdor ipſi ſunt Sacerdotes; lapides precioſi ſunt in Eccleſiæ fundamento collocati; ſunt columnę primates & antiſtites in Chriſto fundatæ, quibus vniuerſa credentium multitudo innititur; nuntij ſunt in Euangelio vndequaque emiſſi, vt omnes mundi incolas ad cæleſtis principis nuptias inuitent, ipſi ſunt qui claues cæleſtes manibus geſtant, vt animabus paradiſi ianuas referent; ipſi ſunt magni domus regiæ œconomi, ad quorum directionem diſpoſitionemque in principis aula debitum quiſque locum occupat, & munus. *Proſp. lib. 2. de vit. contemp. cap. 1.* Sūt œconomi domus regiæ.

CAP.

CAPVT III.

De Sacerdotium eminentia, & dignitate.

OrdoSacerdotal. DEVM quemdã ex homine facit.

IPſum ordinis Sacramentum à ſe ipſo ita emi nens & præclarum eſt, hominemq. adeò nobilitat,vt nomen ipſum quodammodo ac naturam mutare cogens, ex homine velut Deum quemdam, aut ſemideum ſaltem conſtituat, & magnum illi apud omnes honorem ac nomen honorabile pariat, vnde Propheta regius, [Nimis honorati ſunt amici tui Deus:]quo loco haud dubie de Sacerdotibus ſermo eſt.

*Pſal.*138.

Angeli Sacerdotum ſocij. *Apoc.*19.

In Apocalypſeos libro Ioannes Euangeliſta, ipſæ Ieſu Chriſti deliciæ, vidēs olim Angelum, eumq. adorare contendens, ab Angelo inhibitus eſt,& quam primum audiuit, [Caue ne feceris,conſeruus enim tuus ſum] & æqualium omnino meritorum. Agnoſcebat haud dubiè cæleſtis ille ſpiritus Sacerdotum dignitatem, eum qui ab hominibus coli adorariq. conſueuerat, Sacerdotum ſe ſocium conſeruumq. confiteri non erubeſcat.

Sacerdotes dicuntur Ang. *Mal.*2.

Magnus Propheta Malachias de Iſraeliticis Sacerdotibus ſermonem inſtituens, eorumq. merita dignitatemq. conſiderans, vltra quidquid humanum eſt,eos ſuſtollit,& Angelis eoſdem aſſimilare non veretur.[Labia Sacerdotis, inquit, cuſtodiunt ſcientiã, & legem requirent, ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt.] Non ſine ratione Spiritus ſanctus hocce Prophetæ oraculum extulit, vt hinc manifeſtò colligeretur, quanta ſit Sacerdotum dignitas, cum in Scriptura Angeli appellentur.

Dei filius cum domum ſuam diſponeret & ordina-

ordinaret, Eccleſiæque ſuæ munia diſtribueret, Sacerdotes ipſuipſius vicarios conſtituit, eoſque ſuum in omnibus occupare locum voluit, [Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit.] Si magni ac primi Præſulum Vicarij, & regum terræ vice reges, magni faciunt hacce dignitate inſigniri; quanti ſuam ſacerdotes faciant neceſſe eſt, cum Ieſu Chriſti ſummi Pontificis & totius orbis Monarchę vicarij ſint conſtituti?

Sacerdotes Ieſu Chriſti vicarij. *Luc. 10.*

Tanta porrò tamque eminens ſanctorum Sacerdotum dignitas eſt, vt ſanctiſſimi quique viri eamdem attingere non ſint auſi, ſed remis velisque ſubterfugerint, vt S. Antonius, S. Benedictus, S. Franciſcus, alijque plurimi, qui hanc amplitudinem veriti, nunquam ſacerdotio initiari voluerint. Quin & S. Marcus pollices ſibi dicitur præcidiſſe, ne ad Sacerdotium etiam inuitus raperetur; S. quoq. Ammonius aures ſibi auulſit, ne Epiſcopatum ſuſcipere cogeretur. Quibus omnibus exemplis manifeſtum redditur, quàm ampla, quamque alta ſit Sacerdotum dignitas.

Plurimi Sanctorũ ad Sacerdotium promoueri ſubterfugere.

Magno Ioſue Hebręorum ductori honos fuit rapidum ſolis curſum inhibuiſſe, atque inter medios cœli axes ſtitiſſe; [Obediente,] inquit Scriptura [Domino voci hominis] At maior Sacerdotibus collata gratia & honor eſt, dum conſecrationis miraculum peragunt. Ioſue enim ſolem ſtitit eo loco quo fuerat antea; at hi Dominum Ieſum in cœlo commorantem in medium altaris, in quo non fuerat, deuocant. Illi obediuit creatura, his creator: Illi ſol, hiſce Deus, idque quotieſcumq. ſacroſancta conſectationis verba pronuntiant.

Sacerdotes Ioſuæ collati. *Ioſua. 10.*

Ipſa porrò peccatorum remiſſio iuriſdictio-

Eadē propemodū Sacerdotum poteſtas quæ Dei.

Matth. 16. & 18.

nis quidam diuinæ actus eſt, omnipotentiam ſpectat,& omnem humanam capacitatem viresque longè tranſcendit. Hæc tamen poteſtas Sacerdotibus ipſis communicata eſt & à Domino vltro collata, [Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quæcunque ligaueritis ſuper terram, &c.] Euidens argumentum, ſacerdotium ac diuinitatem neſcio quid inter ſe cōmunitatis habere, & eiuſdem ambo amplitudinis eſſe, cùm eamdem amborum ſit vis ac potentia.

Exod. 22.

[Dominus in veteri lege præcepit] (ait Innocent. III. De hæret.c. Cū ex iniuncto) [Dijs non detrahes; Sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis,& officij dignitatē Deorū nomine nūcupantur.] E quo inferre volo, quātum ad ſtatus excellentiā ſpectat, hoc ipſū quod diuinū numē in cœlis eſt, in terris eſſe Sacerdotē.

in epiſt. 1. ad Cor. c. 1

Adnectit Hieronymus, tanto ſacerdotes honore donatos eſſe & ita communem hominum ſtatum excedere, vt dum ſuo loco funguntur, Apoſtolorum fungātur, [propter quod,] inquit [etiam Eccleſiarum Apoſtoli nominantur.] O paradoxa inaudita! Cum, quos mundus tam parui facit, Apoſtolorum inſtar honorandi ſint.

Exiguum inter Sacerdotes & Epiſcopos diſcrimen.

Exiguum eſſe diſcrimen Sacerdotum & Epiſcoporū, plurimi ſcripſere viri magni; Hi enim Apoſtolorum ſunt ſucceſſores, illi verò ſeptuaginta diſcipulorum: ſcriptis tamen Apoſtolicis certum eſt, in primitiua Eccleſią qualitatem eorum & dignitatem cōmunem fuiſſe, atque Sacerdotes omnes Epiſcopos, & Epiſcopos viciſſim Sacerdotes pari nomine appellatos; horum enim nomen induſtriam paſtoralem, illorum verò naturam & ſenilem ſapientiam indicat. [Sicut duodecim Apoſtolos formam Epiſcoporum

porum exhibere ſimul & præmõſtrare nemo eſt qui dubitet; ſic & hos ſeptuaginta duos figuram presbyterorum, id eſt ſecundi ordinis Sacerdotum geſſiſſe ſciendũ eſt.] Quibus è verbis infertur, ſi Epiſcoporum maieſtas & excellentia magna eſt, Sacerdotũ inferiorem haudquaquã eſſe: nemo enim Epiſcopus aut Præſul eſſe nequit, niſi prius ſit Sacerdos, & Epiſcopalẽ dignitatem nonniſi augmentum & ordinis ampliatio eſt.

D. Tho. 22. q. 184. A. 6. Beda in Luc. l. c. 10. Anacletus ad omnes Italiæ Epiſc. c. 2. Innoc. 3. lib. 1. de myſt. altar. c. 6.

Cum igitur ſacerdotium diuinitati quã proximè accedat, atque Sacerdotes omnes reges ſint, regiam igitur maieſtatem antecedit, & ſacerdotes Regibus, Principib. ac Monarchis ſuperiores ſunt. Vnde Prophetæ ſuo, & Sacerdoti ait Deus, [Ecce conſtitui te hodie ſuper gẽtes & regna, vt euellas & deſtruas, & diſperdas & diſſipes, ædifices & plantes, &c.] O gratiam ſingularem & priuilegium vere diuinum cum Sacerdotes à regibus timeri & honorari debeant.

Sacerdotes regibus præſerendi.

Ierem. 1 1.

[In nouo teſtamento,] ait D. Thomas [ſacerdotium præeminet regno, ſicut ſpiritus corpori: in veteri verò regnũ pręeminebat ſacerdotio.] Idcirco olim regnũ, & hodie ſacerdotium ſubſtantiuum eſt, tunc enim per regni potentiam, nunc verò per Sacerdotium ipſa ſubſtat & conſiſtit religio. vult igitur Angelicus doctor in Sacerdotij encomium dicere, ſi Regum olim fuit Sacerdotibus imperare, hodie Sacerdotum eſſe leges & ſtatuta regibus præſcribere.

Olim Regia dignitas Sacerdotali pręlata, hodie è contra.

In epiſt. 1. Pet. 2.

[Quanto] ait Clemens conſt. Apoſt. lib. 2. cap. 34. [anima corpore præſtantior eſt, tanto eſt Sacerdotium regno excellentius: ſoluit enim aut ligat ſupplicio vel remiſſione dignos.] Vnde in ſeto, eandem quæ animæ in corpus eſt ſuperioritatem & imperium Sacerdotibus in reges & monarchas mundi huius competere.

Sacerdotium regno excellentius.

Dicere

Lib. 3. de Sacerd. & hom. 4 & 5. de verbis Iſai.

Dicere non erubuit Chryſoſtomus, tanto Sacerdotium regno, & ordinem ſacrum coronis, ſceptriſque præſtare, & excellentius eſſe, quantum Spiritus carni & corpori; & quantum inter duas illas partes naturales eſſe ſolet interuallum, tantum, imo maius, inter ambas illas dignitates inueniri. [Sacerdotium,] inquir [tanto regno eſt excellentius, quantum Spiritus & carnis interuallum eſſe poteſt.] Audax profectò ſententia, at verax, & certiſſima, quòd, quemadmodum Spiritus carne nobilior & dignior, ita regnum Sacerdotio inferius & minus ſit.

Sacerdotium ſimile auro.

Metallorum omnium rex eſt aurum, & Sacramentorum omnium primarium eſt Ordo, nec tantũ eſt auri pretium plumbo collati, quantum Sacerdotij cùm regno comparati, regnum reſpectu aurei Sacerdotij nõniſi plumbum eſt,

De dignit. Sacerd. c. 2. diſt. 36.

[aurum,] inquit Ambroſius, [nõ tam pretioſius eſt plũbo, quàm regia poteſtate altior eſt dignitas Sacerdotalis.] O Sacerdotes verè beati & verè magni! cum vos id inter homines mundi, quod aurũ obryzũ inter cetera terrę metalla eſt.

De dignit. Sacerd. c. 2. §. 7. diſt. 96. c. eod.

[Quis dubitet,] inquiunt Ambroſius & Gregor. [Sacerdotes Chriſti, regnum & principum, omniumq. fideliũ patres & magiſtros cenſeri?] An non euidens ſtoliditatis argumentũ foret, & ſtultum penitus, ſi Patri pręeſſe vellet filius, magiſtrum ſugillaret diſcipulus, eumque per leges iniquas ſibi ſubijceret, quem credit habere poteſtatem ligandi, diſſoluendique non in terra ſolùm, ſed etiam in cœlis. Hinc, ò Sacerdotes vocationis veſtræ magnitudinem colligite, cùm Regũ patres, Principum magiſtri, fidelium domini, poteſtatemq. omnes tam in cœlo quàm in terra ligandi, vinciendique habere dicamini.

Sacerdotes regum patres.

[Tan-

[Tantum] inquit Iſidorus Peluſiota, [inter Sacerdotem & quemlibet probum virum intereſse debet, quantum inter cœlum & terram diſcriminis eſt.] Quicũque igitur videre voluerit, quantum vtriuſque terminus & extremum à ſe inuicem diſtet, ſtatim videbit, quantopere ſacer à prophano diſiunctus ſit.

Lib. 2. Epiſt. 205.

Diſcrimẽ inter Sacerdotes et ceteros homines.

[Sicut,] ait magnus Auguſtinus, [ſuſcepit Matthathias principatũ, & ſurrexit loco Iudæ, ſic & nos ſuſcepimus principatũ in Eccleſia Dei, & per gratiã ſuam ſuos miniſtros facere voluit, & in palatio ſuo nos conſtituit, vt eſsemus gens ſancta, populus Dei, ſal terræ, lux mũdi, & angelici homines.] Vide, quò non euehat Sacerdotes Auguſtinus? quibus non honorũ titulis exornet? vocat eos Eccleſiæ principes, Chriſti miniſtros, palatij illius œconomos, homines ſanctos in terra, mundi aſtra & ob vitæ puritatem, angelos.

Serm. 37. ad fratres erem.

Communis loquẽdi modus minor eſt, quàm vt ſacerdotij dignitatem exprimat; exclamationibus opus eſt. Exclamat igitur Sanctus Ephrem dicens, [O poteſtas ineffabilis, quæ in nobis dignata eſt habitare per impoſitionem manuum ſacrorum Sacerdotum! O quàm magnam in ſe continet profunditatem formidabile admirabile Sacerdotium, &c.] Exclamandi hæ formulæ deſignant, Sacerdotum dignitatem non verbis exprimi, eorumque poteſtatem nullo ſermone dignè exponi poſse.

Sacerdotis poteſtas ineffabilis.

De Sacerdotio.

Quin & Gregorius Nazianzenus, hãc amplitudinem cõprehendere neſcius etiam exclamat, [O Sacerdotes Dei incruẽta ſacrificia mittẽtes! ô iluſtres animarũ cuſtodes! ô magni Dei figmẽtum in manibus veſtris geſtantes! ô Deum hominibus cõciliantes! ô mundi fundamẽta, &c.]

Epiſt. ad Epiſcop. in princ.

Sacerdotum illuſtria epitheta.

Tot tantæque ſancti Pontificis exclamationes, an non Sacerdotum admiranda vos cogunt admirari? quod animarũ cuſtodes & tutores, verbi æterni thronos, hominum apud Deum conciliatores, mundi fulcra, rerum immortalium rectores eos dici videatis? an non hæc encomia animos ſimul & aures rapiant?

Sacerdos ſoli Deo inferior, toti mũdo ſuperior.

[O Sacerdos Dei,] ait Caſſianus in Catal. gloriæ mundi, p.4. [ſi altitudinem cœli contẽpleris, altior es; ſi pulchritudinem ſolis & lunæ & ſtellarum, pulchrior es, ſi diſcretionem Angelorũ, diſcretior es, ſi omnium Dominorum ſublimitatẽ, ſublimior es; ſolo creatore tuo inferior es.] Oſtendere vult, nihil eſſe quod Sacerdoti cõparetur; & quidquid altum, pulchrum, ſublime ſub cœlo eſt ad Sacerdotum magnitudinem non accedere: ſolus Deus ſupereminet, cetera omnia meritis illorum cedunt & dignitati.

Hom. 2. in Pſal. 37.

In Sacerdotum manibus Deus incarnatus

[Verè veneranda,] ait Auguſtinus, Sacerdotũ dignitas in quorũ manibus Dei filius velut in vtero virginis incarnatur.] Quãtũ datur colligere, magnus ille doctor Sacerdotes Deiparæ virgini pares efficere conatur, cũ in eorũ manibus, vti olim illius in vtero, verbũ ęternũ mirabiliter incarnetur. [Sacerdotium quidẽ,] ſcribit magnus Chryſoſt. [in terra exercetur, ſed tamẽ inter cęlica officia referendũ eſt, quippe nõ mortalis quiſ qua, nõ Angelus, nõ Archãgelus, nõ alia quævis creata potentia, ſed ipſe paracletus ordinẽ eius modi dipoſuit, qui mortalibus hominibus etiam nũ in carne manẽtibus auctor fuit, vt Angelorũ miniſteriũ animo cõciperẽt, &c.] Oſtẽdere conatur Sacerdotes immediatè à Spiritu S. deſcẽdere, cũq. natura homines ſint, Angelos eſſe exercitio officioq;. [Sacerdotum,] ait Auguſtinus,

de Sacerd. lib. 3.

Sacerdotes Angelico funguntur officio.

[magna

[magna eſt dignitas; quia propter eorũ vnctionem & dignitatem multi ex ipſis virtutes & mirabilia operati ſunt & vſum prophetãdi habuerunt.] Quod exẽplo Caiphæ,ſũmi apud Iudæos Põtificis probari poteſt,qui cũ ea dignitate fungeretur, non quidem à ſemetipſo, ſed ratione Sacerdotij & vnctionis magna voce pronuntiauit, [Neceſſe eſt vobis vt vnus homo moriatur pro populo, vt non tota gens pereat.] Ait igitur Auguſtinus,ordinẽ ſacrũ adeò excellentem eſſe, & Sacerdotum dignitatẽ adeò regalem, vt eius ſæpe reſpectu cœlum ſæpe miracula producat, eorumque ore oracula eliciat prophetica.

ad Marcellin.

Sacerdotiũ dono miraculorum illuſtratur.

Cum certum ſit,vt ait Chryſoſtomus & Iſidorus,neminem ſine baptiſmo & aqua regenerationis ſaluari poſſe, & niſi manducet carnem filij hominis & biberit eius ſanguinem, cæli compotem fieri, hæcque omnia ſacratis Sacerdotum manibus peragi conſtet; credendum etiam eſt ſine illis non poſſe quemquam pænas euitare ſempiternas aut cœleſtem gloriam promereri. Hinc meritò deferre honorem Sacerdotibus & reuerentiam exhibere par eſt; non modo maiorem quam regibus ac principibus, verum etiam quàm parentibus. Incredibile profectò, verum tamen, tantam Sacerdotum poteſtatem eſſe,eorumq. dignitatem adeò eximiam, vt ab ijs æterna ſalus dependeat, atque ideo principum inſtar honorandi ſint.

Lib. 3. de Sacerd. lib. 2. de offic. c. 3. de Sacerd.

Sacerdotes magis honorandi quam reges.

[Omnium quidẽ bonorũ] (ò ſententiã Chryſoſtomo dignã!) [magna eſt gratia: inter omnes autem maxima eſt Sacerdotalis dignitas; ſi quis eam immaculatè cuſtodiat, &c.] ſi enim inter cetera opera ſua Deus animas hominum magnificat: quanto magis credendum eſt, cum

Hom. 15. in Mat.

Sacerdotalis dignitas magna eſt gratia.

ſuper omnia opera ſua ſtabiliturum eum, qui Deo animarum lucrum adfert, id eſt Sacerdotem? Attendite, obſecro, Sacerdotes & contemplemini honorem, quem vobis exhibet Chryſoſtomus, cum ait gratiam, quam vobis Deus præſtat dum Sacerdotio initiat, omnium illius gratiarum eſſe primam ac maximam.

Orat. 4. cont. Iud. Melchiſedech Abrahamo Benedicit.

[Conſidera,] inquit idem qui ſuprà Chryſoſtomus quanta ſit excellentia noſtri ſacerdotij, quando quidem Abraham, Patriarcha Iudæorum, progenitor Leuitarum, comperitur benedictionem accipere à Melchiſedech, illiq. dare decimas.] Optimum illius eſt argumentum; nam magnam Sacerdotum eſſe dignitatem neceſſe eſt, cum per illos reges benedictionem accipiant, tributarios ſe illorum eſſe fateantur.

De Sacerd. dignis. c. 3.

[Cũ igitur,] inquit Ambroſius, [nihil excellẽtius in hoc ſæculo Sacerdotibus, & cũ dignitatẽ eorũ oculis demonſtramus, vt dignè noſcamus quid ſumus, & quid ſumus profeſſione, actione potius quàm nomine demõſtremus, vt actio reſpõdeat nomini, & nomen cum operibus coincidat:] ne fortè nomẽ vanũ ſit & peccatũ enorme; ne fortè honor magnus ſit, & vita infamis; ne habitus ſit religioſus, & conuerſatio profana; ne in templo ſedes ſublimis, & Sacerdotis cõſcientia humilis & terrena. Concludere, mea quidem ſententia, vult, cum nihil in mundo ſit excellentia Sacerdotali excellentius, eam non tam nomine quàm virtutum ſplendore & bonorum operum exercitio demonſtrandam; & ad hoc ipſe vos tota animi contentione adhortor.

CAPVT IV.

De Sacerdotum officio.

CVm ſummus Dei Sacerdos Aaron initiaretur

ſtuit inter ceteras cæremonias, quas adhiberi volebat Deus, erat hæc in primis obſeruanda. Immolari volebat arietem, illiuſque ſanguine extremum auriculę Sacerdotis eiuſque filiorũ tingi, manus quoque & pedes, [Cum immolaueris arietem ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremũ auriculę dextrę Aaron, & filiorũ eius.]

Ceremonia in Sacerdotis Aaronici initiatione.

Exod. 29.

Hacce ceremonia deſignare voluiſſe videtur Deus, quodnam munus & officium eſſet Sacerdotis, vtpote cuius eſſet, eius præcepta exequi, de eius myſterijs diſponere; quod facere ſi negligerẽt aut etiam oſcitanter agerent, grauiter puniẽdos & proprio luituros sãguine. ſic Oleaſter.

Secundo Paralipomenon libro ſcriptum eſt ſummum Pontificem Azariam in templum introijſſe octoginta alijs Sacerdotibus comitatum, viris fortiſſimis & generoſis, vnanimi conſtantia regi Oziæ reſtitere dicentes, [Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino; ſed Sacerdotum hoc eſt filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſcemodi miniſterium: Egredere de ſanctuario, ne contempſeris, quia non reputabitur tibi in gloriã hoc à Domino Deo.] At cum hiſce minis attentatis nondum à propoſito reſiliret, ſed vlterius temerè progrederetur, Deus tam audacis propoſiti vindex fœdiſſima eum lepra percuſſit. Factum illud certiſſimum denotat, Sacerdotum munus eſſe, templo præſidere, incenſum adolere, Thymiama facere, & omnipotenti Deo ſacrificia immolare.

Sacerdotum eſt offerre Thymiamata & victimas.

2. Par. 26.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Apud Ezechielem Prophetam Sacerdotibus & Leuitis filijs Sadoc, qui sãctuarij cæremonias ſanctè obſeruarant interea dum filij Iſrael inſoleſcerent & idolis immolarent, iniunctum fuit ad Deum vt accederent, ſuum vt illis offerrent

Deo ſeruire & ſacrificare.

Ezech. 44.

miniſterium & victimas, & lino mundo veſtiti populum ſanctificarent, eumq; edocerent quid ſanctum, quid pollutum eſſet, quid diuinū, quid profanum: [Sacerdotes autē & Leuitæ filij Sadoc, ipſi accedētad me vt miniſtrēt mihi, & ſtabūt in conſpectu meo vt offerāt mihi adipem & ſanguinem, ait Dominus Deus. Ipſi ingredientur ſanctuariū meū, & ipſi accedēt ad menſam meā vt miniſtrent mihi. Cumq. ingredientur portas atrij interioris, veſtibus lineis induentur, &c.] Diuinū hoc præceptum tria inſinuat opera quæ Sacerdotibus incumbunt, primò Deo magna animi pietate obſequi, deinde populum magna doctrinæ æſtimatione docere, denique victimas Deo magno ſanctimoniæ teſtimonio offerre.

Epheſ. 44

Sacerdotes ſint prædicatores, Cōfeſſores, & ſacrifici.

[Sacerdotes veteris legis,] inquit Hieronymus in cap. 2. Malach. [accipiebant ex victimis pectuſculū, linguam & ventriculū.] Quod myſticè exponēs Hieronymus ait tribus hiſce animalis partibus omnes Sacerdotis partes & munia denotari, linguaq. deſignari illos eſſe debere concionatores, pectuſculo, confeſſores, ventriculo, in Eccleſia ſacrificia offerre.

Sacerdotes sūt aurū, gemmæ & principes Eccleſiæ.

In veſte Pontificis Aaronici tria notāda ſunt, aurū rutilans, Hyacinthus fulgens, & regia purpura. S. Gregorius & Ven.† Beda hoc myſteriū exponentes aiunt, auro denotari, Sacerdotis eſſe vniuerſum orbem terrarum virtutib. inaurare. Hyacintho Eccleſiam gemmarum inſtar pretioſarum inſignire & illuſtrare, purpura denique plebem dirigere, & principum ritu præeſſe.

1. *Reg. c.* 24. †. ſup. *Exod. c.* 56.

Sacerdos inſtitutus vt alios dirigat.

Summus Iudęorum Pontifex inter cetera veſtium ornamenta, laminā in fronte geſtabat auream, cui inſcriptum erat sāctum Domino, [facies

cies & laminā de auro puriſſimo: in quo ſculpes opere cælatoris sāctū Domino.] Cyrillus Alexā- drinus lib. VI. in Leuiticū aut potius Origenes, qui illius libri auctor eſt, hocce myſteriū moraliter explicans, ait denotari hic, Sacerdotem, qui populi caput eſt ac dux, totum eſſe debere aureum, habere caput bene ſciteque factum, cerebrum benè compoſitum, mentem ſemper intentam, intellectum ſapientia plenū, quę omnia neceſſaria ſunt illi, qui alijs præeſſe & gubernare deſiderat, vti Sacerdotibus incumbit. *Exod. 28.*

In Deuteronom. legimus, [accedent Sacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus, vt miniſtrent, & Benedicant in nomine eius & ad verbum eorum omne negotium pendet, &c.] Quibus verbis iam inde demonſtrare Deus voluit, Sacerdotum noui Teſtamenti officium futurum, tum Deo obſequi, tum benedictiones conferre, ac de peccatis, quæ rerum omnium immundiſſima ſunt iudicium ferre. *Deut. 21.* Sacerdotū eſt de rebus immundis iudicare.

Formoſa Iudith cum Sacerdotibus Bethulienſibus olim agens, his eos verbis eſt allocuta: [Et nunc fratres, quoniam vos eſtis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium veſtrum corda eorū erigite.] Sciebat prudens illa mulier, nobiſque inſinuare voluit, bonorum Sacerdotum eſſe afflictos conſolari, abiectos erigere, deſperantibus animum addere, atque omnes omnino homines ad virtutem exſtimulare. *Iudit. 9.* Sacerdotis eſt cōſolari afflictos.

In Moſaicorum Sacerdotum conſecratione imprimis oleū adhibebatur, [Et oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, atq. hoc ritu conſecrabitur.] Quod exponens myſticè Greg. oleum hoc ideo adhiberi ſolitum ait, vt oſtenderetur, *Exod. 29.* *L. 9. ſup. 1. Reg.*

Sacerdotem eſſe debere miſericordem, & honeſtæ vitæ exemplo alijs præluceре, oleoque medicinæ inſtructum eſſe ad peccati infectiones emundandas; & animabus febrientibus ægrotiſque ſalutem procurandam.

Aliorum ſaluti inuigilare.

[Proprium Sacerdotis,] vt ait D. Thomas, [officium eſt, eſſe mediatorem inter Deum & populum, in quantum ſcilicet diuina populo tradit; vnde dicitur Sacerdos, quaſi Sacra dans;] idque iuxta verba illa Malachiæ, [Legem requirent ex ore eius.] tum etiam quòd populi preces ſupplicationeſque Deo offerat, pro eoque ratione delictorum Deo ſatisfaciat. Vnde Apoſtolus ad Hebræos ait, [Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad Deum; vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.] Sacerdotis igitur partes ſunt arbitrum agere ac diremptorem negotiorum controuerſorum quæ habent homines apud Deum, vt ambos inter ſe concilient.

3.p.q. 22. a. 1.

Mal. 2.

Heb. 5.

[Sacerdos,] inquit idem doctor, [habet duos actus, vnũ principalẽ circa corpus Chriſti verũ, & vnũ ſecũdariũ circa corpus Chriſti myſticũ.] Secundus dependet à primo; non verò e contra: & propterea veteres ad eos ſolum ordines promoti ſunt, quibus primus dumtaxat actus quadrat, quales ſunt religioſi, quibus nulla animarum cura demandata eſt, atque ex illorum ore lex non requiritur; at ſatis eſt, ſi Sacramenta adminiſtrent: atque ideò non maior illi ſcientia neceſſaria eſt, quàm quanta ad Sacramentorum functionem & Sacrarum cæremoniarum obſeruationem requiritur. Alij verò ad ſecundum actum euecti & promoti ſunt, qui myſticum Chriſti corpus reſpicit, atque illorum ex ore

in 4. diſt. 34. q. 1. a. 1.

Duo Sacerdotis officia.

Religioſi animarũ curã non habent.

ore populus legem doctrinamq. exequirent: ideo legis Scientia illis pernecesſaria eſt: non tamen quod difficillimas &obſcuriſsimas quaſque legis controuerſias ſcire illis neceſſe ſit. Illis enim ſeſe offerentibus ad ſuperiores quibus ex officio eaſdem dirimere incumbit, confugiendum eſt, ſcire nihilominus debent, quæ populo circa legem credenda ſunt. Verum Sacerdotes ſuperiores, quales ſunt Epiſcopi & Præſules, omnes quæ incidere circa legis examen ſolent, controuerſias accuratè pernoſſe oportet, eoque melius atque accuratius eaſdem intelligere, quo in altiori dignitatis faſtigio collocati ſunt. Itaq. iuxta D. Thom. omnes Sacerdotum functiones ad duo capita referuntur: primo vt Ieſu Chriſti corpus in Sacrificio miſſæ offerãt ac ſacrificent, ſecundo Sacramenta in Eccleſiæ Hierarchia adminiſtrent.

Sacerdot. & Epiſc. legis noſſe debent obſcũrita tes.

Sacerdotale verò Romanum hiſce verbis ſacerdotũ munia deſcribit. [Fratres cariſſimi, con ſacerdotes, &cooperatores noſtri, nouit fraterni tas veſtra, nos licet indignos, locũ tenere Aarõ? vos autem Eleazari & Ithamari; nos fungi vice duodecim Apoſtolorũ, vos autẽ ſeptuaginta duo rũ diſcipulorũ, etc. [Nos ſumus paſtores veſtrũ, vos animarum vobis concreditarum, nos rationem de vobis coram Deo in die iudicij reddere oportet, vos de populo vobis commiſſo; ideoq. diſcrimen in quo verſamini, diſpicite, & ſolliciti eſtote ac vigiles. O egregiam & verè dignã ſententiam! atque Sacerdotibus, & Præſulib. ad oculum demonſtret, hos eſſe ſelectos ac coſti tutos, vt ſuperiorum inſtar imperent, illos vero, vt velut inferiores obediant, atque ambos animarum ſibi creditarum rationem reddere oportere.

Lib 1 *c*.13 Epiſcopi Apoſtolorum Sacerdotes LXXII. diſcipulorum locũ occupãt.

Legem

Sacerdos legem ſcire debet. *Agg.* 2.

Legem Sacerdos calleat, eamq. alios edoceat, vnde ait Proph. Aggæus [Interroga Sacerdotes legẽ.] Si enim hi legẽ ignorẽt, Dei ſe nõ eſſe Sacerdotes declarãt: Vnde Cõc. Pariſ. c. 12. ex S. Hieron. ait: [Cõſidera ſacerdotũ eſſe officij, de lege interrogatos reſpõdere; ſi ſacerdos eſt, ſciat legẽ Domini ſacerdotis n. eſt legẽ ſcire.] Hinc diſcite ſacerdotes, doctos vos eſſe debere, ſcripturas intelligere, plebẽ edocere, difficultates exponere, myſteria interpretari, alioquin ſacerdotis nomine penitus vos eſſe indignos.

Diſtinct. 25. *ca. perlectis.* Sacerdotis munus triplex.

[Ad Presbyteros] inquit [s. Iſidor. pertinet ſacrificiũ Corporis & ſanguinis Domini, in altari Dei conficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei.] Dicere profecto vult boni ſacerdotis officiũ tribus in functionibus conſiſtere, in orando, ſ. pro populo, in benedictionibus peragendis, & ſancto Miſsæ Sacrificio celebrando.

De. ' *Sacrã. Ord.* Prædicare, orare, & ſacrificare officium Sacerdotũ.

Idẽ etiam ſenſit Concil. Colonienſe, dixitq. ſacerdotis functionem & munus triplex eſſe, primo concionari, ſecundo, corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti conſecrare, ceteraq. ſacramenta debite adminiſtrare, excepto tamen Confirmationis, & Ordinis Sacramento, quod ſolis Epiſcopis competit, vt ita Eccleſiæ ſeruetur vnitas, tertio denique Deum pro ſalute ac proſperitate Chriſtianorum totiuſq. Eccleſiæ bono deprecari. Decernit Concilium tria a Sacerdote requiri, verbum ſ. Dei prædicare, Sacramenta adminiſtrare, & pro totius populi ſalute Deum orare.

Sacerdotes doceant, & faciant.

Boni Sacerdotis officium, ait D. Gregorius Nazianz. in Apologetico, circa duplicem verſatur cardinem, ideoq. vitam planè cæleſtẽ exigit. Primo enim in anima ſua purgari debet dein-

deinde purgare alios: ſibi ſapere, & alios ſapientiores efficere, lumen eſſe & ceteros illuſtrare, ad Deum accedere, & alios eodem inuitare, denique ſanctus eſse ſibi, & alios ad veram ſanctitatem pertrahere. illius igitur ſententia, illi ſacerdotum nomine indigni ſunt, qui ſancti eſſe, vel alios ſactifacere, eſſe ſoles aut ceteros illuſtrare nequeũt; vitaq. eorũ penitꝰ cæleſtis ſit oportet.

Graue pondus ſacerdotij eſt, inquit, S. Papa Gregorius, imprimis enim neceſſe eſt, ſacerdotem ita viuere vt exemplo ceteris eſſe queat, deinde, vt concionetur, ſemper ſibi cum timore ob oculos ponẽdo, Dominũ noſtrũ ex hoc mundo ad regni poſſeſſionem capeſſendã abeuntem & talenta ſeruis ſuis diſtribuentẽ dixiſſe. [Negotiamini vſq. dũ venio.] Quam negotiationem hauddubie tunc facimus, cum viuendo docendoq. animas lucrifacimus: ſi de gaudijs cæleſtib. concionando, bonos amore Dei ſuccendamus, ſi de ſupplicijs infernalibus, impios tormentorum grauitate ob oculos poſita conuertamus, ſi nemini, veritate propoſita, parcamus: denique ſi cæleſti amicitiæ dediti, inimicitias humanas contemnamus. E quibus verbis colligere poteſtis, ſacerdotes, primum vocationis veſtræ munus conſiſtere in bono exemplo, alterum in uerbo Dei promulgandum, alijſq. edocendis.

in Reg. lib. 2. c. 39.

Sacerdotum onus magnum eſt.

[Sacerdotis eſt] ait Ambroſius [nulli nocere, prodeſſe velle omnib. poſſe autẽ ſolius eſt Dei.] Sacerdos igitur ſuæ profeſſionis regulã ſecutus omnibus vtilis eſſe ſtudeat, nemini noceat, imò ne læſus quidem aut uiolatus iniuria. Quænam enim gloria eſt non offendere, a quo iniuriam non accepimus? at honorificum eſt, & virtutis argumentum, offenſa accepta non offendere.

Li. 3. offic. c. 9. de poſtulando fin. 14. q. 5 denique.

Sacerdos nemini obſit, oĩbꝰ proſſit.

Quàm

Quam præclarum eſt in Eccleſiaſtico, hoc modo vitam inſtituere, nemini conquerendi, ſed omnibus laudandi occaſiones dare? quod qui facit næ ille boni Sacerdotis partes impleuit.

In farag. inſtit. Boni Sacerdotes, ait Ludouicus Bloſius, ſunt vaſa ſancta, donis & gratiis cœleſtibus repleta. Hi ſunt, qui Chriſtum Ieſum cordibus inſculptum geſtant, qui eius paſſionem, mortem, dilectionem, fidelitatemq. ſemper in mente, & ob oculos habent, qui velut meditatores inter Deum, & peccatores conſtituti, pro nobis patrocinantur. Sunt homines benigni, comes, affabiles, ſuaues erga omnes, qui eorum opera indigent. Sunt adhæc caſti, puri tum in anima, tum in corpore, ſobrij & temperati in omnibus quæ ad vitam moderandam ſpectant. Hi ſunt qui cruentum Sacrificium crucis repræſentantes, Ieſum Chriſtum ex amore mortuum, & tã pro uiuis, quam mortuis crucifixum Patri cæleſti offerunt. Hi ſunt, qui aſſiduo pro Eccleſiæ neceſſitatibus Deum deprecantur: Ipſi ſunt denique, qui nemini placere cupientes, ac nullo rerum temporalium amore abrepti, vnanimi conſenſu Dei honorem ſpirant, & in communem hominum ſalutem incumbunt. Ecce officium & partes veſtras, ò Sacerdotes, ecce quid dignitas veſtra poſtulet, videre ad quid vos Deus vocauerit: atque in illis vniuerſa ſacerdotij eſſentia, & nucleus conſiſtit.

Diuerſa ſacerdotũ officia.

Sacerdot. Sacramẽtorum diſpenſatores ſunt. Proprij vero Sacramentorum diſpenſatores œconomiq. ſcribit S. Thomas, ſunt Eccleſiæ miniſtri, per Sacramentum Ordinis conſecrati, vt homines inter ac Deum mediatores ſint, diuinaq. populo depromant; hinc etiam ad illos ſolos, excluſis aliis, ex officio ſpectat, Sacramenta ad-

ta adminiſtrare, quæ ab aliis omnino conferri nefas, vnico baptiſmi Sacramento excepto, idque in ſummo neceſſitatis caſu. Diuus Thomas igitur hiſce verbis omnem ſacerdotij eſſentiam includit, eamq. ad tria reducit capita, ſancta, ſcilicet, populo diſtribuere, homines Deo reconciliare, & Eccleſiæ ſacramenta diſpenſare. *in. 4. diſt. 7. q. 3. art. 1. de Diac.*

Denique verum ſacerdotum officium eſt, publicos eſſe Dei miniſtros eiuſq. myſteriorum diſpenſatores, vt ait Apoſtolus: [Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorũ eius.] O vera regia officia! ò dignitatẽ honorabilem! ò ſtatum nimis magnificum! Sacerdot. Miniſtri Chriſti. *1. Cor. 2.*

CAPVT V.

De Sacerdotum poteſtate.

CVm Sacerdotes in Exodo dij appellentur, Angeli apud Malachiam, Reges à Ieremia principes à Pſalmographo: cum ſint vicarii Ieſu Chriſti, regnorum ſuperintendentes, ab Angelis colantur, dæmonibus ſint terribiles, & ab vniuerſo orbe ſummo in honore ac veneratione habeantur; vobiſcum diſpicite, quanta eorum ſit poteſtas oporteat, ac dicite cum Propheta, [Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum.] Omnia hęc encomia elogiaq. a Prophetis petita, ſummam quãdam poteſtatem & abſolutam auctoritatem deſignant. *Cap. 22. Cap. 2. Pſal. 138.*

Sunt conſiliarij, priuati Concilij Dei, Secretarij ſtatuum in religione, Præſides in tribunali conſcientiæ, ſummi Regum & Principum Iu-

dices

dices, ante quos ſummi Monarchæ genufleċtũt, abdita conſcientiarum excutiunt, veniam, & miſericordiam poſtulant, eorum iudicia ſubeunt, eorum ſententiam ſupplices expectare non grauantur, a quorum pronuntiato nemini appellare fas eſt: quidquid enim in terra pronuntiant, in cœlo confirmatum eſt, [Quodcumque] ait Dominus [ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cælis.] O virtutem infinitam? ò poteſtatẽ admirabilem? ò mira priuileggia presbyterorũ? quod, ſcil. cælum eorum ſententiam ratam habeat, ſimulq. cum ijs conſpirans quodammodo, coram Deo religet, quidquid ante hic in terra ab his ligatum eſt.

Matth. 8 & 16.

Sacrdotes regibus poteſtate æquales. *Exoe. 28.*

Sacerdotem Aaronicum triplici colore veſtiri voluit Deus, hiacintho, purpura, & cocco, inferne vero ex tunica tintinnabula malo granatis intermixta dependere: [*D*eorſum vero ad pedes eiuſdem tunicæ per circuitum quaſi mala punica facies ex hiacintho & purpura, & cocco, mixtis in medio tintinnabulis.] Quo myſterio expreſſe demonſtratur, ſacerdotem in poteſtate Angelis, & hominibus æqualem eſſe, eo quod hiacinthus colorem referat cæleſtem, purpura vero & coccus regum fuerit indumentum, quibus nulla in terra dignitas maior aut potentior.

Sacerdot. ſunt quaſi Atlantes. *Sap. 18.*

In podere ſacerdotis Iudaici omnes omninò creaturæ efformatæ erant, adeo vt totum, quodammodo orbem terrarum ſecum circumferret, ipſoq. ingrediente totus ſimul terrarum orbis ingrederetur. [In veſte enim poderis quã habeat totus erat orbis terrarum.] Quo innuitur ſacerdotem Atlantem quemdam eſſe, eo quod omnia ſuſtineret, mundumq. vniuerſum poteſtatis ſuæ humeris geſtaret.

Deus

Deus Ieremiam Prophetam deſtinans ſua vt myſteria enuntiaret, hanc ei commiſſionem iniunxit dicens [Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna, vt euellas & deſtruas, & diſperdas, & diſsipes, & ædifices, & plantes.] Vnde patet, ſacerdotes omni in hoc mundo poteſtate pollere, eademq. qua cælum gaudet, ædificandi, ſ. & deſtruendi, plantandi, & eradicandi, gubernandi denique, & regnis præſidendi.

Sacerdotes poteſtatem habent in regna. *Ierem. 1.*

Ioſeph ſeruus cum in Putifaris domo ad ſummos honores euectus eſſet, ſorte ſua gaudens ait [Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habet in domo ſua, nec quidquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate.] Quanto potiori iure ſacerdos poteſtate ſua gaudeat eaquè glorietur, cum Deus illum ad omnium myſteriorum diſpenſationem vocauerit, omnemq. illi poteſtatem in domo Eccleſiæ ſit elargitus. Dicat igitur audacter. Omnia in manus meas Domine reſignaſti, vniuerſaq. a manu, & a poteſtate mea dependent.

Sacerdotes omnē in Eccleſia nactus eſt poteſtatem. *Gen. 39.*

Propheta Iob de terræ olim poteſtatibus ac magnatibus diſſerens, in medio calamitatum ſuarum æſtu dicebat, nullam in mundo reperiri quæ cum dæmonum potentia compareтur, [Nō eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei, qui factus eſt, vt nullum timeret etc.] Errabat hauddubie hic Propheta ipſiuſq. Philoſophia non vſque adeo hic certa erat, nam ipſa ſacerdotum poteſtas dæmonum potentia antecellit, illiuſq. data eſt dæmonum expellendorum furiarumq. infernalium exagitandarum auctoritas ac robur.

Sacerdotum poteſtas dæmonum poteſtatē ātecedit. *Iob. 41.*

Tres Purpurati Perſæ diſceptarunt olim in aula regia ecquid rerum omnium eſſet fortiſſimum:

Mar. 3. 6 *Luc 9.*

3. Eſd. 3. mum : quorum vnus dicebat eſſe regem, eiuſq. poteſtatem alijs præſtare. Qui haud dubiè dignitatem poteſtatemq. Sacerdotalem reſpexit, quæ ad regiam ſpectans, fortiſsima eſt omnium, ac parem nullam habet.

Eccleſ. 8. In Eccleſiaſte dicitur Sapiens omnia quæ voluerit facere, & ſermo illius poteſtatem ſpirare. [Omnia quæcumque voluerit faciet, & ſermo illius poteſtate plenus.] Recte hoc in ſacerdotes quadrat qui ſpeculum ſunt ſapientiæ; facere enim poſſunt quodcumque libuerit, eorumq. verba poteſtatem plenam ſpirant, vtpote qui loquendo peccata remittere, demones fugere, tartara exagitare, cælos aperire, corpus, & ſanguinem Ieſu Chriſti conſecrare, miraculaq. patrare queant.

Sapiens diuinas perfectiones enumerans hac ſententia vſus eſt. [Tu es n. Domine, qui vitæ, et mortis habes poteſtatẽ, & deducis ad portas mortis, & reducis.] Idẽ ipſũ in ſacerdotij encomium dici poteſt, Sacerdotes enim ſunt, qui vitæ mortiſq. poteſtatem habent, qui peccata delere, & retinere poſſunt, veniam iiſdem impetrare, aut denegare, in cælum tranſmittere, aut ad infernales abyſſos è contra detrudere.

Sap. 16. Sacerdot. mortis & vitæ poteſtatem habent.

Poſtquam Redemptor in Capharnaum Paralyticum ſanitati reſtituiſſet, populus tantoperè eum admiratus eſt, tantiq. miraculi ſplendor ita animos eorum perculit, vt vnanimiter omnes Deum laudare cæperint, quod talem hominib. eſſet poteſtatẽ elargitus: [Videntes autẽ turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit talem poteſtatem hominibus.] Cum mirabilia quæ quotidie in medio Eccleſiæ, idq. Sacerdotum adminiculo peraguntur, qualia ſunt peccan-

Matt. 9. Mirabiles effectũ potentiæ ſacerdotalis.

peccantium medela, ſcelerum remiſſio, gratiarum elargitio, cælorum reſeratio, inferorum clauſio, dæmonum exorciſmus, excommunicationum fulmina, corporis Dominici diuina conſecratio, incomprehenſibilis illa tranſubſtantiatio videmus; admirari profectò deberemus perculſi & attoniti, admirantesque omnipotentem dilaudare, qui talem virtutem, talem inquam potentiam dedit hominibus, hominibus inquam qui Sacerdotes ſunt.

Ieſus Chriſtus Sacerdotum poteſtatem confirmans aiebat primis Epiſcopis, [Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit:] Ecquæ poteſtas, ecquæ virtus, ſimilis ſacerdotali! vtpote quę calcare draconum poſſit capita, venena diſpellere, dæmonibus frenum ac iugum imponere, nihilque omnino in mundo pertimeſcere.

Luc. 10. poteſtas Sacerdotibus data vt nihil timeant.

Dei filius in mundum veniens ſuamque poteſtatem declarans coram inimicis ſuis dicebat: [Ecce data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.] Et idem Sacerdotes ordinans, eoſque per orbem diſſeminans, ait ita ſe illos mittere, ſicut ipſe à Patre miſſus erat, [ſicut miſit me viuens Pater, & ego mitto vos.] E quo loco colligere licet, & firmiter concludere, Sacerdotibus eandem poteſtatem collatam eſſe, quam habuit in hoc mundo Ieſus Chriſtus, poteſtatem ſcilicet in cœlo, ad quod animas tranſmittant, & poteſtatem in terra, in qua peccata remittant & conſcientias gubernent.

Mat. 28. Sacerdotes eadẽ poteſtate miſſi qua Chriſtus.

[Dominus noſter Ieſus Chriſtus aſcẽſurus ad cœlos è terris, Sacerdotes ſui vicarios reliquit tamquam præſides & iudices, ad quos mortalia

Sacerdotes iudices dati fidelibus.

C crimina

crimina deferuntur, in quæ Chriſtiani impin- gunt,] ait Concil. Trident. vt ſcilicet ex clauium poteſtate ſententiam de ijs ferant vel retentionis, vel abſolutæ remiſſionis. Quænam quantaque vobis, ò Sacerdotes, data poteſtas, quæ virtus: cùm vicarij filij Dei, ac hominum iudices ſitis, cumque à vobis animarum vita ſaluſque dependeat!

Seſſ.14.c. 5.

[Licet beatiſſima virgo Maria dignior & excellentior fuerit Apoſtolis vniuerſis, non tamen illi, ſed iſtis, Dominus claues regni cœlorum cómiſit,] ſcribit Innocentius Papa III. Illa illius erat Mater, hi verò Apoſtoli. Quid hoc eſt, Sacerdos? ſanè iuxta Papam hunc, tum Angelos honore, tum Deiparam poteſtate antecellitis.

De pænit, & rem. c. noua quadam.

Chriſtus cœli claues Sacerdotibus dedit, nō matri.

Dicerene audebo quod sãctus ait Ambroſius, Sacerdotes ſcilicet eſſe velut Deo in poteſtate æquales, & quod ſpiritus ſanctus poteſt, idem & Sacerdotes poſſe: Omnis autem ſpiritus ſancti effectus & vis in ſoluendis, ligandiſque criminibus conſiſtit: hoc autem facere Sacerdotis eſt, hocque eorum poteſtatem concernit. Dicite igitur an non magna ſit Sacerdotum poteſtas.

De pænit. c.2.

Sacerdotes Deo in poteſtate pene æquales.

Hoc ſaltem audacter dixero, eandem quam Chriſtus habuit poteſtatem, Sacerdotes etiamnum habere: ipſe enim olim ijs dixit, [ſicut miſit me viuens Pater & ego mitto vos:] ideſt eadem miſſione, eadem commiſſione, eadem auctoritate, poteſtateque. Cum igitur Chriſtus omnem potentiam habuerit tum in cœlo, tum in terra, ſequitur, Sacerdotes parem propemodum habere.

Chriſto ſunt in poteſtate æquales.

Ioan. 20.

O paradoxa, exclamat magnus Chryſoſtomus, [Qui terram incolunt atque in ea verſantur, ijs commiſſum eſt, vt ea quæ in cœlis ſunt, diſpen-

diſpenſent:ijs datum eſt,vt poteſtatem habeant quam Deus optimus maximus, neq. Angelis neq. Archangelis,datam eſſe voluit.] Nunquam enim dictum illis, [quodcunque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq. ſolueritis ſuper terram,erit ſolutum & in cœlis.] O paradoxa! ò mira! Angelorum magna poteſtas eſt, archangeli adeò admirabiles, maior tamen Sacerdotum poteſtas eſt.

Sacerdotes poteſtatẽ habent quã nũquam habuere Angeli.

Sacerdotum poteſtas longe alia eſt, quam ipſa regum,addit idem doctor.[Habent quidem] inquit, [& terreſtres principes vinculi poteſtatem, ſed corporum ſolum; id autem quod dico Sacerdotum vinculum, ipſam etiam animam cõtingit, atque ad cœlos vſque peruadit:] adeò vt quidquid Sacerdotes hic in terra agunt,apud Chriſti thronum ratum & firmum habeatur; ſeruorumque ſuorum ſententiam Dominus cõfirmet. Semper igitur Sacerdotes nimis potẽtes exiſtimabo, cum regum & principum poteſtatem longè antecellant, eorumq. poteſtas tam ſuper corpora quam animas extendatur.

Ibid.

Sacerdotum poteſtas maior quã regia

Quæ maior in mundo haberi poteſtas poteſt, addit idem qui ſupra Chryſoſtomus, quam Sacerdotum? [Quidnam hoc aliud eſſe dicas, niſi omnium rerum cœleſtium poteſtatẽ illis à Deo cõceſſam,quorũcunq. enim,ait peccata retinueritis,retenta ſunt:quænam obſecro,poteſtas hac vna maior eſſe queat?] Pater omnẽ poteſtatem dedit filio,& filius illam Sacerdotibus.Gratiam autem concedere reis,vitam maleficis,omnium delictorum dare veniam & generalem cunctorum flagitiorum abolitionẽ expedire; magnam hauddubiè virtutem demonſtrat, & extraordinariam quamdam poteſtatem Sacerdotum.

Ibid.

Generalis Sacerdotibus poteſtas conceſſa.

R egenerati ſumus per Sacerdotes in baptiſmo.

O admirabilem Sacerdotum poteſtatem, reſerare cœlos, infernũ obſerare, excommunicare animas, de Angelis diſponere, dæmones perterrefacere! per Sacerdotes regenerati ſumus in baptiſmo, per eoſdem cœli nobis ianuæ patefcunt: quicũque Chriſtum diligit, diliget & Sacerdotes, cum per eos factum ſit vt veneranda Sacramẽta ſuſceperit. [Per eos,] inquit Chryſoſtomus, [regenerati eſtis æterna regeneratione, per ipſos vobis portæ cœlorũ aperiũtur.] Por ro cœlos adaperire, claues paradiſi geſtare, de Sacramẽtis diſponere, & animas gubernare, oſtendit Sacerdotes nullos ſibi in mũdo habere pares.

Homil. 10. in Epiſt. ad Theſſal.

Iudith vidua Sacerdotibus metu perculſis aiebat, [vos eſtis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium veſtrum corda eorum erigite,] ſciebat ſcilicet cordata illa virago Sacerdotum poteſtatem adeò magnam lateque patentem eſſe, vt ab eadem ſalus & vita omnium hominum dependeat.

Iudith. 9.

Vita hominum à Sacerdotibus dependet.

Superbus rex Ozias quod Sacerdotibus minatus eſſet iiſque inuitis reluctãtibuſque ignem in altari adoleuiſſet, vindicem Dei dextram quamprimum ſenſit, cœlumque magni Pontificis Azarię, quadringentorumque Sacerdotum illi aſſiſtentium auctoritatem confirmans ac poteſtatem, lepra eum fœdiſſima percuſſit. [Iratuſque Ozias & tenens in manu thuribulum, vt adoleret incẽſum, minabatur Sacerdotibus ſtatimq. orta eſt lepra in fronte eius coram Sacerdotibus, in domo Domini.] Cum igitur Deus Sacerdotum poteſtatem regum ipſorum præiudicio ſtabiliat, vtque eorum auctoritatem tueatur, regalem maieſtatem eludat, euidens ſignum eſt auctoritatem illorum amplam eſſe.

Ozias punitus quod Sacerdotibus inſultaret.

2. Par. 26

Ego]

[Ego te poſui] ait Iſaię Deus, [quaſi plauſtrũ triturans nouum, habẽs roſtra ſerrantia, tritura- bis montes, & cõminues, & colles quaſi puluerẽ pones, vẽtilabis eos & ventus tollet, & turbo diſperget eos.] Per elata hæc montium cacumina ſuperbos & inſolentes reges mundi huius intelligit, quos Sacerdotum poteſtati ædere oportet. *Iſai.* 41.

[Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt,] ait Apoſtolus, [ſed potẽtia Deo ad deſtructionẽ munitionũ, conſilia deſtruentes, & omnẽ altitudinẽ extollentẽ ſe aduerſus ſciẽtiam Dei, & in captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectũ in obſequium Christi, & in promptu habentes vlciſci omnẽ inobediẽtiam.] Magnus ille Theologus, Sacerdotali dignitate gloriatus, abſolutè hinc inferre vult, nihil in mundo eſſe, quod non ſub Sacerdotum legibus & poteſtate ſileat & ſubijciatur. Regũ inſolentia Sacerdotũ cedat poteſtati *2.Cor.*10. Magna Sacerdotum poteſtas.

Quamprimum vt tubæ Sacerdotales in obſidio Ierichũtis, quæ vrbs in finibus regni Chanaan ſita erat, circum muros clangere deſiere, omnes mox muri & turrita propugnacula ad terram cõciderunt. [Igitur omni populo vociferante & clangentibus tubis poſtquam in aures multitudinis vox ſonituſq. increpuit, muri illico corruerunt, &c.] Quo etiam tum deſignabatur Sacerdotum poteſtati nihil omnino poſſe reſiſtere, ſolique eorum voci ceſſurum, quod armis cedere violentiaque flecti detrectaret. Ad ſonitum tubarũ Sacerdotalium corruit Iericho. *Ioſue* 6. Mirabiles effectus poteſtatis Sacerdotalis.

Sacerdos conuertit virgas in ſerpentes, flumina decurrere facit ſanguinolenta, tempeſtates ciet, milleque in Aegypto prodigia cauſatur. Sacerdos mortuum filium Sareptanæ viduæ, & alius Sunanimitidis ad vitam reuocat. Sacerdos ignem cœlo facit deſcendere quadringentoſque Pſeudo prophetas eodem abſumi. Sacerdos ſoli *Exod.*4.5 6.7.8.9. 10. 3.*Reg.* 19. 4. *Reg.* 4.

imperat, decemque eumdem gradibus cogit re-
4. Reg. 20 trocedere. Denique Sacerdotibus collata pote-
ſtas eſt peccatorum dimittendorum, ægrotum
perſanandorum, mortuorum ad vitam reuocã-
dorum, dæmonum fugandorum, montium loco
dimouendorum, omnigenorumque miraculo-
rum patrandorum, [In nomine meo dæmonia
Luc. 24. ejcient, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid
Mat. 16. biberint nõ eis nocebit.] O effectus admirabiles,
ò euidentia poteſtatis Sacerdotalis argumenta.

De cõſec. diſt. 2. c. Quid ſit ſanguis. Cœli ad Sacerdotis vocem reſerãtur.

[Quis fidelium,] inquit Pontifex Gregorius, [habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora cœlos aperiri ad Sacerdotis vocẽ? in illo Ieſu Chriſti myſterio Angelorũ choros adeſſe? ſumma & ima ſociari, viſibilia ſimul & inuiſibilia? eodemq. momẽto illũ qui intra cœlos deliteſcit, in altari ante Sacerdotis oculos videri.] Innuere vult, Angelos cœlo facere deſcendere, Deũ præſentem in altari ſiſtere, auguſtum hoc ſacrificium Deo offerre, aliaque his ſimilia prodigia facere, ſolis Sacerdotibus conceſſum eſſe.

Con. 2. ſuper. Pſal. 37.

Exclamat igitur meritò Auguſtinus dicens, [Mira poteſtas, felix exercitiũ, vbi tractat Sacerdos Chriſtũ Dei filium, &c.] myſterium penitus cæleſte, cuius adminiculo Pater, Filius, & Spiritus S. tam admirabiliter operantur; & miniſterium adeò ineffabile, cũ in eodem momento, idem omninò Deus, qui in cœlis præſidet, inter Sacerdotis manus in ſacrificio verſatur, quodq. Angelis donatum eſt, hominibus etiã donatur. [Sacerdos hoc admirabile ſacramẽtũ cõficit, Angelus cõficiẽti quaſi famulus aſſiſtit & obſequitur. Verè igitur veneranda eſt Sacerdotũ dignitas,] & ampla eorũ poteſtas, [in quorũ manibus Dei Filius, velut in virginis vtero incarnatur.]

[Cum

[Cum conſpicis Dominum,] ait Chryſoſtomus, [immolatum, Sacerdotem ſacrificio incumbentem ac preces effundentem, tum verò turbam circumfuſam, pretioſo illo ſanguine intingi ac rubefieri, etiamne te inter mortales verſari, atque in terra conſiſtere cenſes? an non potiùs e veſtigio in cœlos transferris? Annon carnis cogitationem omnẽ abijciens, nudo animo, mente pura circumſpicis quæ in cœlo ſunt? O miraculum! ò Dei benignitatem qui cũ Patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo Sacerdotum manibus pertractatur.] Docet magnus ille Doctor & nos cum illo, tantam Sacerdotum eſſe poteſtatem, vt quidquid faciant, miracula ſint, prodigia, portentaque.

Inſignis D.Chryſoſtomi cõtẽplatio.

lib. 3. de Sacerd.

CAPVT VI.

De honore Sacerdotibus debito.

SAnctus Clemens in Conſtitutionibus ſuis Apoſtolicis, agens de honore Sacerdotibus exhibendo, ait, [Honorate Sacerdotes vt Patres, & dominos, vt beneficos & beneuiuendi auctores.] Nullus autẽ maior eſt honor eo quem debemus parentibus, qui eſſe nobis dederunt, qui nobis imperant, noſq. beneficijs, gratijſq. deuinciunt: ſimilem porro exhiberi Sacerdotibus magnus ille Pontifex vult.

lib.7.c.32 Sacerdotes honorandi vt patres ac domini.

Lex vetus morte damnabat eos, qui Sacerdoti morem gerere, eumq. reuereri detrectarent: Legis verba hæc ſunt, [Qui ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto Iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, &c.] Magna itaq. pernicies regno impendet, in quo Sacerdotes honore non afficiuntur.

Antiquitus qui Sacerdotes honorare nollentes, necabãtur.

Deut. 17.

Quin & ipſe Dei filius, vt hunc honorem con firmaret, per Prophetam ſuum dixit, [Nolite tãgere Chriſtos meos & in prophetis meis nolite malignari.] Id eſt, Tali Sacerdotes meos honore proſequamini, vt eos ne tangatis quidem, tum manu ad verberandum, tum lingua ad maledicendum aut detrahendum.

Pſal. 104. Sacerdotes vel tãgi prohibet Deus.

[Presbytero humilia animam tuam,] ait Sapiens, vt edoceret, poſt Deum Sacerdotes imprimis honorandos, iiſque obedientiam proximam toto vitæ tempore præſtandam. Nec ſufficere genu ac poplitem ante eos flectere, ſed & animam humiliandam eſſe.

Eccleſ. 4. Corã Sacerdote humiliter ſe gerendum.

Non ſatis eſt eo honore Sacerdotes affici, quo homines, ſed eo afficiendi ſunt, quo ſancti. Vnde ſapiens, [in anima tua time Dominum, & Sacerdotes illius ſanctifica, in omni virtute dilige eum qui fecit te, & miniſtros illius ne derelinquas; da illis partem ſicut mandatum eſt tibi, primitiarum & purgationis.] Ecce præceptum honorandi Sacerdotes immediatè poſt Deum, eumque honorem donis, muneribus, oblationibuſque teſtandi.

Sacerdotes ſãctorum inſtar honorandi. *Eccleſ.* 7.

Quicumque Domini oculos offenderet, magnum hauddubie ſacrilegium committeret, magnique ſe criminis reum c[illegible]ueret; non minus ſanè is crimen admittit; qui Sacerdotibus non honorem, ſed contumeliam irrogat, eoſque violat; dictum enim eſt, [Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei;] non ait, Tetigerit pedes meos, brachia, manus, aliudue corporis membrum, ſed pupillam oculi, qua nihil in homine delicatius aut mollius haberi poteſt.

Sacerdotẽ offendere eſt Deũ offendere. *Zach.* 2.

[Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit,] ait apud Euangeliſtam Dominus.

Luc. 10.

minus. Qui vero Deum ſpernit, peccat mortaliter, atheus eſt, religionis omnis expers, infernalia ſupplicia promeretur, ac ſempiterna tormenta: atque hæc omnia de contemptu Sacerdotum etiam dicenda ſunt.

Sacerdot. ſpernere Deū ſpernere eſt.

Apoſtolus Gentium Paulus olim accuſatus quod Sacerdotem debito honore non affeciſſet, protinus crimen hoc a ſe propulſauit dicẽs [Neſciebam] inquit [fratres, quia princeps eſt Sacerdotum.] Quo loco diſcendum, Sacerdotes etiam improbos eſſe honorandos.

Act. 23. Sacerdot. etiam improbi honorandi.

[Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeãtur, maxime qui laborant in verbo & doctrina.] Dicere vult, Sacerdotes vt Sacerdotes eſſe honorandos, at quando paſtores ſunt aut Prælati maiori honore afficiendos eſſe, adeo vt Epiſcopi duplici honore digni ſint, primo quod Sacerdotes, deinde quod Præſules.

1. *Tim.* 5. Prælati duplici honore digni.

S. Martialis Aquitaniæ Apoſtolus, Burdigalenſibus ſcribens honorem Sacerdotum ijs imprimis cõmedauit dicẽs, [Honorabatis, inquit, Sacerdotes, qui decipiebant vos ſacrificijs ſuis, qui muris & ſurdis ſtatuis offerebant, quæ nec vos nec ſe iuuare poterant. Nunc autem multo magis Sacerdotes Dei omnipotentis, qui vobis vitam elargiuntur per calicem & verum panem vitæ.] Aequum, inquit, eſt quod, ſi gentiles ſacrificulos ſuos ita honorarint, Sacerdotes Euangelicos etiam maiori honore afficiamus.

Cap. 3.

Quin & idololatriæ & veri Dei ignorantes ſumma ſemper reuerentia ſacerdotes ſunt proſecuti, imo eoſdem quodammodo adorarunt: imo ipſe rex Pharao, cum omni regni terras tributo ſubieciſſet, Sacerdotalem ab eodem immunem eſſe voluit, [Subiecitq. eam Pharaoni, &

Ethnici Sacerdot. honorarunt.

Gen. 47.

cun-

cunctos populos eius à nouiſſimis terminis Aegypti, vſque ad extremos fines eius, per terram Sacerdotalē, quę a rege tradita fuerat eis.] Agnoſcebat, ſ. Pharao honorem Sacerdotibus debitum, ideoq. a tributis aliiſq. honeribus publicis immunes eſſe voluit, atque inter ceteros regni ſubditos ſingulari eos prerogatiua donauit.

Hom. 65. in Gen. Chriſoſtomus honores hos & priuilegia ab Ethnicis, & idololatris in Aegypto Sacerdotib. conceſſa conſiderās, hunc in modum exclamat, [Audiant, qui nunc viuunt, quantum olim Sacerdotum idolorum curam habuerint:& diſcāt, vt vel ſaltem parē habeant honorem ijs, quibus omne Dei miniſterium creditum.] Et ſane æquū eſt, nos, qui Chriſtiani ſumus & dicimur, cum Ethnici, & Barbari idolorum ſuorū ſacrificulis tantum cultum, tantaq. priuilegia detulerint, maiorem noſtris Sacerdotibus, qui vero Deo deſeruiunt, eiuſq. myſteria diſpenſant, cultum deferre ac reuerentiam.

Diſt. 96. c. eod. Boni Principis eſt honorare Sacerdot. Dixit olim S. Marcellus Papa, [Boni Principis eſt, ac religioſi Regis Eccleſias contritas, atq. conſciſſas reſtaurare, nouas ędificare, & Dei Sacerdotes honorare, atque tueri,] monebatq. ſanctis Apoſtolorum conſtitutionibus inſiſtendo, non eſſe exagitandos, excruciandoſq. qui in uinea Domini laborarent, multo vero minus fugandos diſpēſatores & œconomos Regis æterni. Hinc diſcant omnes, magni Dei Sacerdotes venerari, cum æquum ſit, actuſq. quidem religionis, qui ad Reges & principes ſpectat. Et quemadmodum veræ regiæ dignitatis eſt Sacerdotes honore proſequi, ita eoſdem contemnere, aut conculcare tyrannidem ſapit.

S. Gregorius Papa, Imperatori Mauritio ſcribens

bens his apud eum verbis vſus eſt, [Sacerdotib. non ex terrena poteſtate Dominus noſter citius indignetur: ſed excellenti conſideratione, propter eum cuius ſerui ſunt, ita dominetur, vt etiã debitam reuerentiam impendant, &c.] eò quod modo in ſacris litteris Dij, modo Angeli nuncupentur. Quem igitur honorem Sacerdotibus impendere debent inferiores, cum ſummi Imperatores ab Eccleſiæ doctoribus eoſdem vt honorent, viua demonſtratione incitentur.

Sacerdot. in ſcriptura Angeli & Dei appellãtur. S. Greg. ad Maurit. Imp. 11. q. 1. c. eod. Euſeb. lib. 2. de vita Cõſtantia.

Imperator autem Iuſtinianus in authenticis tanto honore clericos proſequitur, vt illos reuerendiſsimos appellare non dubitet; neque id mirandum eſt: id enim & S. Gregorius præſtitit; nam cum ſimplici Sacerdote ſermonem inſtituens, hoc eum modo compellat, [Nouit ſanctitas tua.] Vti, dum regem alloquimur, dicere conſueuimus, [Veſtra maieſtas.] O Sacerdotes verè honorandos, cum Põtifices, & Imperatores, ſuo etiã cõtẽptu eos honorent, & complectantur!

Epiſt. 66. Sacerdot. reuerendiſſimos vocat Imper. Iuſtinianus.

S. Ignatius è primis primigeniæ Eccleſiæ Epiſcopis Smyrnenſibus ſcribens, ſacerdotes imprimis illis honorandos præcepit, vtpote quibus nihil in hoc orbe aut maius aut dignius, [Honorate ſacerdotium, ſecundum Chriſtum, & poſt honorare oportet etiam regem. Sacerdotium enim ſumma eſt omnium bonorum quæ in hominib. conſiſtunt. Audite, iam a mille quingentis annis Sacerdotes regibus prælati ſunt; quare quicumque Chriſtianus ſacerdotes contemnere non veretur, ſibi perſuadeat, vnicum ſe Dei filium, Sacerdotij auctorem, inſtitutoremq. contẽnere.

Epiſt. ii. 2 Epiſt. 52. & li. 4. ep. 50. Epiſt. ad ſmyrnenſes.

Regibus prçferendi.

Quod autem S. Ignatius verbis, S. Martinus reipſa demonſtrauit, cum enim ab Imperatore Maximo ad prandium inuitatus eſſet, magnaq. eodem

S. Martinus Imperatori Sacerdotem prætulit.

eodem Principum, ac Magnatum multitudo conueniſſet, ad bibendum inuitatus, arreptam pateram prius Sacerdoti, quem ſecum duxerat, quam Imperatori veluti minus digno præbibit. Quod factum Imperator, & omnes adſtantes ita admirati ſunt, vt hoc ipſum ijs in quo negle-cti & contempti eidem poſſent, placuerit. Ita quoque S. Auguſtinus Sacerdotes regibus præ-ferendos, & Imperatoribus mundi huius antepo nendos cenſebat.

Seuerus in vita li. 1.

Sacerdotes] inquit Chryſoſtomus [merito nō modo plus vereri debemus, quam vel principes, vel reges, verum etiam maiore honore quam parentes proprios honeſtare.] Si ergo parentum inſtar & regum honorandi ſunt; quam illi pænam, quę ſupplicia promerentur, qui non pluris quam animalia coſdem faciunt?

Lib. 3. de Sacerd. et hom. 4. & 5. de verb. Iſaiæ.

Sacerdot. plus honorandi quam parentes.

Si de parentib. carnalib. ait ſcriptura Honora patrem tuum, & matrem tuā, vt bene tibi ſit; quiq. maledixerit patri, aut matri, morte moria tur, quanto magis de patribus ſpiritualib.] Infert hinc Clem. [verbis Dei monemur honore & charitate eos proſequi vt beneficos, & ad Deum legatos,] qui nos per baptiſmum, regenerarunt, Spiritu ſancto replerunt, verbi Dei lacte nos pauerūt, doctrina nutriuere, inſtructionib⁹ erudierunt, peccata remiſerunt, ſacręq. Eucariſtiæ reddidere participes, & hæredes Ieſu Chriſti conſtituerunt. Validum eſt hoc argumentum, ſi enim naturali lege tenemus parentes car nales, a quib. eſſe recepimus, diligere honoreq. afficere; quanto maiori iure patres ſpirituales honorandi ſunt qui nos regenerarunt, & ad baptiſmum vocarunt.

Conſtit. Apoſt. lib. 2. c. 33.

[Omni eos genere honoris afficite] ait S. Auguſtinus,

Sermo 5.

guſtinus, [ſi quidem ſi poteſtatem vitæ, ac mortis a Deo acceperunt, in iudicandis ijs qui deliquerunt, & in damnandis ad mortem ignis ſempiterni, & in abſoluendo vitaq. donanda ijs, qui vitam emendare conſtituunt.] Hoc attendite, vos, o Sacerdotum contemptores, ac vobiſcum diſpicite, quanta veſtra dementia ſit, eos dũ deſpicitis, qui claues cæli & inferorum geſtant, eos inquam a quibus ſalus, & vita dependet.

ad fratr. in erem. de obed. ad Sacerdot.

Sacerdot. vitæ, ac mortis poteſtatem habent.

Fertur S. Antonius Abbas ſingulari quodam honore Sacerdotes affeciſſe, caput enim ijs aperiebat, eorundem benedictionem ſupplex poſtulabat, eamq. tanti faciebat, vt ſingulari ſe honore crederet affectum, ſi quando eamdem obtinuiſſet: vnde S. Athanaſius in vita [B. Antonius ipſos presbyteros ac Sacerdotes in ſumma veneratione dicitur habuiſſe, ſolituſq. eiſdẽ caput ſubmittere, benedictionem captare, & pro magno beneficio ducere, ſi accepiſſet.] A Sacerdotibus benedici volebat Antonius, vt ita benedici mereretur a Deo, & vitæ ſuæ integritati non confiſus, aliunde ope ſpiritualem exigebat.

S. Anton. Sacerdotalem benedictionem magni faciebat.

Porro S. Franciſcus magno ſemper honore ac veneratione Sacerdotes eſt proſecutus; vnde dicere ſolitum tradunt, vt magnus Bonauentura in vitæ hiſtoria ſcripto mandauit, ſi cui Sanctorum è cælo in terram lapſo, & cum illo ſimul fortè Sacerdoti occurriſſet, prius ſe Sacerdotis manibus oſculum daturum, deinde reuerentiam facturum ſancto. Oſtendens ita, magis ſe obligaturn eſſe illi qui Chriſti occuparet locum, Apoſtolorumq. in terra ſucceſſor erat, quam alteri, quem iam cum Chriſto regnare, æternaq. ſciret beatitudine perfrui.

S. Franciſcus Sacerdotum honorem angelico præferebat. *Cap. 4.*

Quin & ipſe Dei filius cum carnem inditus

Ipſe Chri

ſtus Sacerdotes honore afficit.

in hunc mundum veniſſet, tantum honorem & venerationem bonis Sacerdotibus exhibuit, vt primus, quem a natiuitate inuiſerit, fuerit ſummus Sacerdos Simeon, illius vlnas ſubiens & magni argumentum amoris ei exhibens: quiq. ſe à Regibus viſitari in præſepio collocatum & adorari permiſerat, vltro Sacerdotes in templo adire & honore afficere voluit. [Et ipſe accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum.] Cum igitur Dei Verbum, quod cum ab hominibus, tum ab Angelis adoratur, tantum Sacerdotibus honorem ac cultum deferat, cuius tanta futura eſt impudentia, hunc vt ordinem contemnat & negligat?

Luc. 2.

Chriſtus colaphizatus quod Sacerdotes nō ſit reueritus.

Adhæc in cruenta Paſsionis tragedia, cum Chriſtus innocens in domo Annæ Pontificis eſſet, & de doctrina interrogatus ſcitè ad ſingula reſponderet; nefarius quidam ſatelles, inferni pabulum, & ſacrilegus, quam qui maximè, hoc reſponſo irritatus, ſibiq. perſuadens, non ſatis honoris ac reuerentiæ Sacerdoti exhibitum eſſe, acriter eum corripuit, ac velut in temeritatis ſupplicium, alapam illi inflixit dicens, [Sic loqueris Pontifici,] & nota rēobſeruatu dignam, Chriſtus, qui in reliqua paſſionis ſerie numquam verbum aſperius dixerat, aut conqueſtus fuerat, imò ne in maximis quidem cruciatibus, ac tormentis; hic cum percuſſore expoſtulauit, ſeq. ab impoſito iniuſte crimine purgans omni mundo manifeſtare voluit, tantum abeſſe Sacerdotem vt contempſerit, vt è cōtra toto vitæ tempore honorare, ac veneratione ſit proſecutus; [Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſi autem bene, quid me cædis?] Hæc criminis falſo impoſiti à ſe depulſio in Chriſto, ꝙ ſcili-

Luc. 18.

ſcilicet Sacerdotes contempſerit, exemplo nobis ſit Sacerdotes & Epiſcopos præ omnibus eſſe honorandos, & colendos. Qui vero hunc eis honorem denegant, manu quidem hominum in hac vita, & diuina in altera percuti merentur.

In Actibus Apoſtolorum Paulus cum captiuus eſſet coram iudice cauſam ſuam ageret, inter cetera illi imponebatur, quod impudens & temerarius Prelatis malediceret, ſummumquè Sacerdotem debito honore nõ affeciſſet. Quod crimen a ſe diluẽs, ait, [Neſciebam fratres quia princeps eſt Sacerdotum.] Apoſtolus igitur ſuã teſtatus innocentiam omnibus inſinuatum voluit mori ſe millies malle, quàm debitum Sacerdotibus honorem, ac venerationem denegare.

Excuſat ſe Paulus accuſatus quod Sacerdotes nõ ſit reueritus. *Act.* 23.

Aman Perſa tanti faciebat, quod Regina Eſther ſolum illum inter ceteros Principes & Magnates vna cum Rege Aſſuero inuitaſſet dicebatquè ſortem ſuam magnificans & extollens, [Regina Eſther nullum alium præter me vocauit ad conuiuium cum Rege.] Si ſuperbus ille verè ſuperbire potuerit, & mundus eum honore afficere, quod ad regias eſſet epulas inuitatus; maiori profectò iure ſortem ſuam extollat Sacerdos, & ſubditi eum honorent, cum quotidie ad conuiuium Principis & Dei ſui in Epulo Euchariſtico appelletur.

Sacerdos ſemper intereſt conuiuio regis ſui, & Dei.

Eſthr. 5.

Honorandi igitur ſunt Sacerdotes, non quidẽ meritorum reſpectu, ſed officij, quod exercent. Vnde Ambroſius, [Non merita nobis perſonarum conſideres, ſed officia Sacerdotum.] Si autem eorum reſpicere vis merita, reſpice,

Honorandi Sacerdotes ratione officij.

De ijs, qui myſt er. initiant.

obſe-

obſecro Eliam, intuere Petri, & Pauli merita? Hi quippe ſunt qui hoc nobis miniſterium reliquere, quod a Chriſto acceptum nobis tradidere, & ſane vt quis Sacerdotem honoret, perſonarum non ſunt merita, ſed officij magnitudo ſpectanda.

Non eſt ſpectãda vita Sacerdotũ.

Non quales Sacerdotes Domini ſint, ſed quid de Domino loquantur, eſt vobis magnopere prævidendum ait Nicolaus Papa ad Michaelem Imp. I. 9. 1. c. eod. Neue etiam neceſſe eſt, vt inter S. Petri vicarios diſquiras cuius vitæ eſſe queant, ſed ſcias ſatis eſt, quam curam reformandæ gerant Eccleſiæ, quomodo veſtræ ſaluti ſtudeant, credoq. non minore te eos honore affecturum, quàm ſi ſcribæ, aut Phariſæi eſſent in Moſis cathedra ſedentes; de quibus tamen Dominus ait: [Quæcumque dixerint vobis, ſeruate & facite, ſecundum opera illorum nolite facere.] Oſtendit non eſſe curioſè Sacerdotum defectus diſquirendos, ſed eos honorandos, quamuis impuram alioquin vitam agant.

Matt.23

Inſignis ratiocinatio Nicolai Papæ, quæ oſtendit honorandos Sacerdotes.

[Ergo Imperator conſidera] infert idem Pontifex eodem loco. [Si illos dixit audiendos, qui ſuper cathedram Moiſis ſedebãt: quanto potius qui ſuper cathedram Petri reſident, eſſe exiſtimes obediendos.] Validum argumentum; ſi enim Rex a Iudæis honorari ſcribas & Phariſæos volebat, multo magis Euangelium honore affici vult Sacerdotes noſtros & Prælatos.

Sacerdot. honorandi licet inſcij.

Denique honorãdi ſunt, quamuis ignari ſint & rudes. [Licet n.] ait Papa Innocentius tertius [ſcientia ſit valde neceſſaria Sacerdotib. ad doctrinã, quia iuxta verbũ dominicũ, Labia Sacerdotũ cuſtodiunt ſcientiam, non eſt tamen ſimplicibus Sacerdotibus etiam ſcholaſticis detrahen-

De hæret. c. Cum ex iniunčto.

Malac.2

hędum, cùm in eis ſacerdotale officium debeat honorari.] Vnde in veteri lege prohibuit Deus, [Dijs nō detrahes:] quo loco ſacerdotes haud-dubiè reſpexit, qui ob præſtantiam ordinum & officij dignitatem dij appellati ſunt. Hinc diſcant ſacerdotum contemptores, ijs honorem deberi, etiam rudibus & ignaris, idque propter diuinum characterem, qui ita eoſdem extollit & deprædicat, vt in ſacra ſcriptura dij nominentur. *Exod. 22.*

Depingit in emblematis ſuis Alciatus aſinū, myſteria portantem: & ſacra deæ Iſidis vectantem: hic cùm videret omnes flexo poplite ſupplices ſacra venerantes, inſoleſcere cœpit, ſeſeq; omnium animalium principem cēſuit: at vt Agaſo illius ſuperbiam retunderet, & magnus animos coerceret, auribus eius inſuſurrauit: [Nō tibi ſed religioni] tantus hic honos exhibetur, quod deinde & Symboli loco fuit vſurpatum. Indicare emblemate ſuo Poeta voluit, ſacerdotes & Epiſcopos, eoſq. qui myſteris præſunt, eſſe obſeruandos: non tam ſui illorum intuitu & meritorum contemplatione, quàm rerum ſacrarum quas tractant, Sacramentorum quæ adminiſtrant, & Domini cui ſeruiunt, etiamſi aſini & bruto ſtupidiores eſſent. Egregium Alciati. Emblema. *Emblel. 7.*

Quin & improbi & ſcelerati honorandi: vnde Cyprianus, [Dominus noſter Ieſus Chriſtus rex & Iudex & Deus noſter, vſque ad paſſionis diem ſeruauit honorem Pontificibus & ſacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Chriſti ſeruaſſent.] Chriſti igitur exemplo honor ſacerdotibus deferendus, quamuis improbi, nefarij, & malæ vitæ ſint. Etiā mali honorādi. *Cipr. lib. 3. ep. 9. di. 93. c. eod.*

Col.8.c.14 Puerum Samuelem,] ait Caſſianus, [iudicio prælectum ſuo, noluit per ſemetipſum diuini colloquij diſciplina Dominus erudire, ſed recur rere ſemel & iterum paſſus eſt ad Sacerdotem ſenem,] cupiens reſpectu Sacerdotum, vt is etiam, quem verbo ſuo vocabat, in improbi Sacerdotis ſchola erudiretur. O arcana iudicia! Deus ipſe vult, vt ſancti ſui & maximi Prophetæ, quò honore debito Sacerdotium afficeretur, diſciplina & præceptis inſtituantur ſeſeque humilient coram Sacerdotibus etiam ſceleſtis, qualis erat haud dubiè Heli Moſaicæ legis Pontifex.

Deus etiā malos Sacerdotes honorauit *1.Reg.3.*

Per Sacerdotes,] inquit Cardinalis Damianus, [malos Deus virtutum ſigna frequenter exhibet, non ob religioſæ vitę meritum, ſed propter Sacerdotalis myſterij Sacramentum.] Quanta igitur mundanorum inſipientia! Sacerdotes illi deſpiciant, Deus autem eoſdem miraculis honorat, operibuſque prodigioſis eorumdem ſtatum exornat.

Deus miraculaētfacit per malos Sacerdotes. *De cōtem. ſæcul.c.18. Ho.85.in Ioan, & ho mili. 4. de verb. Iſa.*

Si aſinum,] ait Chryſoſtomus, [fecit loqui Deus, & per vatem ſpirituales benedictiones largitus eſt, &c. multo magis propter vos fideles, etiamſi praui ſint Sacerdotes, Deus omnia per eos perficiet.] Optima profecto ratio, vt eadem euidenter demonſtretur, quod, ſi Deus animalia bruta ſelegerit, & pſeudo prophetis vſus fuerit, vt populo ſuo benediceret, maiori Sacerdotes ſit honore affecturus, eoſque ad animarum gubernacula ſuſcipienda, etiamſi aſinis & brutis ſtupidiores forent, adhibiturus.

Num. 21. Deus vſus eſt beſtijs & pſeudo prophetis, vt daretbe nedictiones.

Ipſis etiam Epiſcopis incumbit debito Sacerdotes honore proſequi, ad quod etiam S. Hierony-

Epiſcopi Sacerdotes honorent.

ronymus eoſdem adhortatur, aitquein Epiſtolis, Epiſcopos agnoſcere debere, eſſe ſe Sacerdotes & non Dominos, clericoſque honore proſequi debere vt clericos, vt eos clerici etiam tanquam Epiſcopos habeant, recordarique apophthegmatis oratoris Domilij, [Cur ego te habeam vt principem, cùm tu me non habeas vt ſenatorem.] Notate hoc Epiſcopi, voſque qui tanti magnos facitis, alioſque tam paruι:tam enim vobis honorandi Sacerdotes, quàm Sacerdotibus Epiſcopi.

Hie. Ep. 2. ad Nep. 95 di. c. Eſto. ſubiectus.

Epiſcopo ſedēte nepi, fas ſtare Sacerdotem.

Prohibet Concilium Carthaginenſe Epiſcopi, ne quoquomodo ſedeant, ſtantibus alijs Sacerdotibus, [Epiſcopus in quolibet loco ſedens ſtare presbyterum non patiatur.] Vult quidem, Epiſcopum in Eccleſia loco eminentiori conſidere, veluti ſuperiorem & caput: ſed extra Eccleſiam & in domo, agnoſcere Sacerdotes vt collegas & ſocios.

Cõc. Cart. 4. c. 34. & diſt. 95. ca. Epiſco. & Bernar. de conſid. l. 4. ad fin.

Epiſcopi Sacerdotes beniɡne tractare debent.

Concilium porro Bracarenſe vetat Eccleſiaſticos acriter ab Epiſcopis argui & increpari, prohibetque ne Epiſcopi nimium in illos ſeueri ſint, oſtenditque difficulter admodum membra corporis, quamuis alioqui putrida & corrupta, & nonniſi magno cum dolore à reliᶜtes beniqua compage abſcidi: quin & longo antè tempore quàm reſcindantur, varia iis applicantur malagmata & medicamenta, cumque nulla ſalutis omnino ſpes affulget, tum demum prudẽs medicus eadem abſcindi iubet. [Sic Epiſcopi affectus boni eſt, vt oportet ſanare infirmos, ſerpẽtia auferre vulnera, adurere aliqua, nõ abſcindere: poſtremò quod ſanari non poteſt cum dolore abſcindere.] Quibus omnib. demonſtratur quis

Cõc. Brac. d. 45. c. cum B. Ambr. de off. c. l. 2 ca. 27. Cle. conſ. Apoſ. li. 2. ca. 1.

Sacerdotibus ſit honor debitus, & etiam Eccleſiæ Sacerdotes eſſe venerandos.

Vnde & Concilium Tridentinum,[Epiſcopi ſe paſtores,non percuſſores, eſſe meminerint,atque ita præeſſe ſubditis oportere, vt non in eis dominentur, ſed illos tamquam filios & fratres diligant.] Decernit concilium hoc Sacerdotes & Epiſcopos ita erga ſacerdotes clericoſque affici debere,vt in honore illos habeant, & fratrũ inſtar complectantur ac diligant.

Seſ.13.c.1. de reform.

Epiſcopi patrũ iſtar imperent, & ſacerdotes vt fratres habeant.

In tribus Concilijs decretum eſt, ne Diaconorum tanta ſit præſumptio ſuperbiaque, vt coram presbytero ſedeant, niſi fortè iuſſi ſint, [Non oportet diaconum coram presbytero ſedere,ſed iuſſione presbyteri ſedeat.] Quod præceptum qui ſeruarit, modeſtum ſe oſtendit, qui verò prætergreſſus fuerit, impudentem.

Laod.c.20
Nic. c.18.
Tolet. 10. c.39.

Diaconi nonſedeãt coram ſacerdote.

Concilio Matiſconenſi & Oecumenico octauo Conſtantinopolitano ſtatutum eſt, vt ſi quis ſæcularis in via,in Sacerdotẽ aut alium quemdam, in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutum incidat, ſumma animi demiſſione eundem ſalutet,reuerentiamque exhibeat; & ſi fortè ſacerdos pedes iter conficiat,ipſe verò equo vehatur, Concilijs cautum eſt, ipſe vt equo deſcendat, ſacerdoti honorem exhibeat, illique offerre quidquid Chriſtiana caritas exigit; quod qui facere neglexerit, ſacris ei ex voluntate Epiſcopi interdicatur,[Statuimus,vt ſi quis quemlibet clericorum honoratorum in itinere obuiam habuerit,vſque ad inferiorem gradum honoris veneranter illi colla ſubdat.] Inſigne ſtatutum, ſed eximium ſacerdotij reſpectu.

Matiſ. 2. c.15. Conſtan. c.14.

ſæcularis ſacerdoti occurrens in via ſeſe humilitet.

Sacerdotes,] ait Chryſoſtom.[Chriſti vicarij ſunt;& qui honorat ſacerdotẽ Chriſti, honorat Chri-

Homi.17. in Matth.

Chriſtum: & qui iniuriat Sacerdotem Chriſti, iniuriat Chriſtũ, cuius eſt vicarius & ſacerdos.] Ecquæ ſententia! Sacerdotium porrò honorare eſt diuinitatem honorare, eidem verò contumeliam irrogare, Chriſto irrogare eſt.

Qui facit iniuriā Sacerdoti, facit Christo.

Non aliunde,] ait Cyprianus, [hæreſes obortæ ſunt aut nata ſchiſmata, quàm inde quòd ſacerdoti Dei non obtemperatur.] Quid hoc? ecquæ illa Dei indignatio? vt ob Sacerdotum contemptum, ſacerdotalis dignitatis neglectum, hę reſes & tetra ſchiſmata ſubnaſcantur, Eccleſiæque bellum indicant.

Li.1.Ep.3. ſacerdotũ contēptus cauſa ſchiſmatum & hæreſeon.

Iſaias Propheta corruptionis Iſraelis variorumque ſcelerum, quæ in Iudæa exundabant rationem reddens, hanc inter ceteras aſſignat, quòd ſacerdotibus honor debitus exularet, quòd ſacerdotij dignitas vileſceret, quòd ſacerdos & popularis, præſul ſacrorum & artifex eodem omninò modò vitam inſtituerent, [ſicut populus, ſic ſacerdos.] Equidem cum Propheta ſentio, mihique perſuadeo omnes pene hodie in mundo regnant calamitates, & diſſolutiones quæ in omni ſtatu reperiuntur, aliunde non proficiſci, quàm quòd ſacerdotes debito honore fruſtrentur, ſancti ac religioſi negligantur, Eccleſiæque reſpectus interciderit.

Item calamitatum quæ hodie in mundo. *Iſa.24.*

Balthaſar Babyloniorum Princeps, quòd ſacra Salomonici templi vaſa profanaſſet, & reuerentiam ſacris debitam neglexiſſet, ita Deum offendit, vt in ſacrilegij pœnam, regnum ſimul & vitam amiſerit, [Eadem nocte iuterfectus eſt Balthaſar rex Chaldæus.] Terribile profecto exemplum, quod ſignificat, maiori & ſeueriori illos punitione dignos eſſe, qui perſonas ſacras pro-

Qui ſacerdotes contēnunt ſimiles regi Baltaſaro ſacra vaſa profanāti. *Dan.5.*

profanant, ſacros Sacerdotes vilipendunt, neu maiorem eorum quàm vulgarium hominum rationem habent. Diuina igitur cogitent iudicia, ſibique ob oculos ponant, ſi barbarus ille tam horribile flagellum promeritus ſit, quòd ſacra templi vaſa profanauerit, maiora hauddubiè grauioraque illos promereri, qui pios Sacerdotes negligunt ac conculcant, qui tamen ſacra vaſa ſunt, lampades, miniſtrique Eccleſiæ.

Morte plectit eos Deus qui Sacerdotib. immorigeri ſunt. *Deut.7.*

Ita verò pro Sacerdotum ſuorum honore Deus zelatur, morte vt affecerit eos, qui eorum præcepta neglexerint, obedientiamque debitam denegarint, [Quicumque fecerit in ſuperbia, vt non exaudiat Sacerdotem, moriatur homo ille.] O rigidũ & graue ſupplicium! at promeritum tamen, quod Sacerdoti obedientia præſtita non ſit.

Chore cũ ſocijs punitus, q̃d Sacerdotẽ ſpreuerit. *Nu. 16. S. Cyp.l.3.Epiſ.9. Chryſoſ.homi.2.in Epi.ad Tim.*

Chore, Datan & Abiron conſpirantes, & ſuperbientes, cùm Aaronem Sacerdotem contempſiſſent, eiuſque honorem ſibi arrogaſſent, atque ei ſe pares iudicaſſent, à terra dehiſcente abſorpti ſunt, & viui cum tabernaculis ad inferos tranſmiſſi, dignam ſacrilego auſu penam hoc modo perſoluentes: [Cùm aduerſus Aaron Sacerdotem tres de miniſtris Chore, Dathan & Abiron auſi ſunt ſuperbi eſſe, & Sacerdoti præpoſito ſe adęquare, hiatu terræ abſorpti ac deuorati, pœnas ſtatim ſacrilegæ audaciæ perſoluerunt.] Ita DEVS iuſtè ac meritò punit eos, qui Eccleſiam contemnunt, Dei miniſtros vilipendunt, & Sacerdotibus honorem non deferunt.

Sacerdotũ vitia tegenda.

Quin imò ita Sacerdotes Ieſu Chriſti honorandi ſunt, vt & imperfectiones defectuſque,

ſi quos habent,tegendi ſint. Vnde dixiſſe legitur Imperator magnus Conſtantinus, ſe, ſi quẽ Sacerdotem peccantem vidiſſet, pallio eum coopertutum,vitiumque obtecturum. O vere dignum imperio Principem! Sciebat ſcilicet quẽ Sacerdotes honorem promererentur, ſciebat quis Eccleſiæ deberetur honos. *Nic. Papa di.96.c.10.*

Inter omnes Noei filios, ſolus ille maledictionem paternam audire meruit, qui paterna verenda detexerat: nam mox vt Noe euigilauit, & vini fumos digeſſit, filio maledixit, quæ maledictio & in omnes eius poſteros pertranſijt,dicens, [Maledictus puer Chanaam.] Euidens argumentum, illos inter Dei filios ab eo maledici, qui Sacerdotum, qui patres ſpirituales ſunt nuditatem & peccata detegunt, qui vbi à ſomno patientiæ euigilauerit, æternis in altero ſæculo in omne æuum tormentis punientur. *Gen.9.*

[Si de Domini Sacerdotibus,qui verè Patres ſunt, aliquid contigerit vos audire, quod confuſionem pijs mentibus ingerat, non infrunitũ, ſed pudoratos filios Noe imitantes, paternam verecundiam contegatis, vt ita benedictionem promereamini.] Porrò is laudem meretur,deq; Eccleſiæ honore ſollicitus eſt,qui caret auribus, quibus calumnias, & detractionem de Sacerdotibus prolatam percipiat. *Nic. Papa d.96.c.eod.* Qui Sacerdotis vitia tegunt ſimiles filijs Noe.

Quicumque calumniatur & detrahit Sacerdotibus,peccat proculdubio grauiùs,quàm ſi regibus & Principibus malediceret: quanto enim Sacerdotium regno eſt excellentiùs, cùm regẽdarum animarum officio præſit, tanto grauiori ſupplicio punitur, q̃ aduerſus id aliquid temerè geſſit,quàm qui aduerſus regnũ. Quiſquis enim regem Maior iniuria eſt Sacerdoti illata quàm regibus. *Cle. Conſt. Apoſt.l.6. cap.2.*

regem cædit, læſæ maieſtatis crimen incurrit: at Sacerdotem qui offendit, grauioris hauddubiè criminis reus eſt.

Exod. 19. Sacerdotes velut mōs in Eccleſia.

Beſtiam quæ montem tetigiſſet, interea dum Deus legem dans cū Moſe colloqueretur, morte mori præceperat Deus, [Beſtia qui tetigerit montem morte moriatur.] Myſteriū denotabat eos, qui beſtiarum inſtar ac nimis indiſcreti, tū facto tum verbo Sacerdotis, qui in Eccleſia velut mons eſt, & à quo lex dependet, honorē offendunt aut violant, morte digniſſimos eſſe, morte inquam ſempiterna.

Lib. 12. *Epiſt.* 31. *ad Felicem.*

Vnde Magnus Gregorius infert à ſimili, [ſi Dauid regū iuſtiſſimus in Saul, quē conſtabat iā à Deo reprobatum & abiectū eſſe, manū mittere non præſumpſit,] ob hoc tantū, quòd à Propheta iuſſu Dei vnctus eſſet, [quanto magis cauendū eſt, ne manū detractionis,] indiſcretionis, [vituperationis aut calumniæ in Sacerdotes qui ſunt vncti Domini mittamus,] quorū vituperiū inhonoratioq; & quidquid honorē obſcurat aut denigrat, recta in Chriſtū Ieſum, fertur, cuius legati ſunt, cuiuſq; vicem in Eccleſia ſupplent? denique Sacerdoti maledicere, illius mores ſugillare, vitam traducere, defectus notare aut honorē illi denegare, graue crimen eſt, audaxque facinus & merum ſacrilegium.

Sacerdotes Chriſti legati.

Sacerdotes Angeli Dei. *Ser. de S. cōione.*

Rogo vos neminē,] inquit Anaſtaſius Sinaita, iudicate, præcipuè aūt Domini ſacerdotem; ſed viua fide pura cōſciētia, & efficaci pœnitētia ad myſteria Dei accedite, atq; ita ſanctificabimini; eſt.n. Dei Angelus ſeu nuntius qui offert incruētum ſacrificium.] Si igitur ſanctis Angelis honorem debemus, ſimilem hauddubiè bonis

ſacer-

Sacerdotibus (inferre hic ſanctus vult) debemus.

Non oportet, vt duo magni viri ſcriptis prodidere, [Sacerdotes iuſtè vel iniuſtè iudicare,] vel eos examinare; ſi quis verò eo temeritatis procedat, à Deò certiſſimè iudicabitur tam in hoc ſæculo quàm in altero; & quicunque ſacerdotes contemnere cœperit, in eaq; re vlterius pergat, Deum negligere & contemnere incipit cuius ipſi miniſtri ſunt. Tantum ſcilicet ſacris illis miniſtris reuerentiam debemus, vt ne actiones quidem eorum aut vitam dijudicare liceat. Qui verò hæc attentare & inquirere præſumpſerit, iudicem hauddubiò Deum ſentiet.

Deus iudicabit illos qui ſacerdotes iudicare præſumunt. *Nilus ?no no Ca. Ni. Papa d.28 c. conſulendum.*

Abſit, ait Auterus Papa in Epiſtola, [vt quid quam ſiniſtrū de ijs arbitremur qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore cōficiunt; quorū induſtria facti ſumus Chriſtiani quiq; claues regni cęlorū habentes ante diē iudicij quodāmodo iudicant.] Videte igitur Chriſtiani, quis honor debeatur ſacerdotibus cū ne malum quid de eorum ſit vita cogitandum?

De ſacerdote mala cogitare nō oportet *Epiſ. Hiſp. 11.q. 3.c.eo. Hie.epi.1. ad Helio.*

Vita illius,] ſcribit S. Hieronimus [laudanda eſt, qui venerationi habet ſacerdotes Chriſti, & non detrahit gradui, per quē factus eſt Chriſtianus.] Econtra verò dignus ille infamia, & vituperio, ordinem ſacrum qui contempſerit, ſacerdotalemque dignitatem ſpreuerit.

E*piſ.*10. *ad Furian.* Laudādus Sacerdoti qui nō detrahit.

Decreuit Euariſtus Papa, ne quis ſacerdotes aut Epiſcopos accuſans audiatur in iudicio, niſi prius intentio eorum & vita eſſet examinata, [ſi qui ſunt vituperatores aut accuſatores Epiſcoporū vel reliquorum ſacerdotū, non oportet eos à iudicib. Eccleſiæ audiri.] O ſanctum ſtatutum, o decretū laudabile, quod ſi hodierna die in vſu

Sacerdotē nefas accuſare. 2.q.7c.eo

eſſet,

eſſet, non tantum miniſtrorum Ieſu Chriſti, Eccleſiæque officialium contemptum experiremur.

Excōmunicantur qui falsò Sacerdotes accusāt *Conc. Bra. 2.2. q. 5. c. placuit.*

Excommunicat Concilium Bracarenſe illos, qui Eccleſiaſticis detrahendo, eorumque incontinentiam ſugillando, teſtibus quæ dicunt, probare nequeunt, nec aliquam accuſationis veritatis ſpeciem afferre, [ſi quis, *inquit*, Aliquem clericorum in accuſatione fornicationis impetierit, &c. quod ſi non potuerit datis teſtimonijs approbare id quod dixit, excommunicationem accuſati accuſator accipiet.] Sacerdotes igitur & clericos vilipendere, temerè eoſdem deferre, eorumque vitam accuſare, excommunicationi ſubiectus eſt, & cenſuram meretur Eccleſiaſticam.

Si ipſi in mortis articul. ſacra cōmunione ponantur. *2. q. 3. ca. ſi quis Epiſcopum Bucchard. li. 2. c. 193.*

Quin & longè ſe zelantiorem in honore Sacerdotum promouendo oſtendit Papa Damaſus, vetat enim ſacram communionem porrigi ijs, qui falſa accuſatione clericorum nomen detulerint, neu probare crimen, quod excogitarunt, potuerint. [Si quis, *inquit*, presbyterum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem cenſemus.] Eſtote igitur Chriſtiani in Sacerdotibus honorandis diligentiores, maiorem ijs honorē exhibete, & bonorum Sacerdotum diligentiorem rationem habete: qui enim eos reueretur & colit, Deum reueretur: qui verò contemnit ac negligit, maieſtatem contemnit diuinam.

CAP.

CAPVT VII.

De priuilegijs, & immunitatibus Sacerdotalibus.

IOſeph Regis Ægypti vicarius, Pharaoni terras omnes regni vectigales fecit & tributarias, præter Sacerdotalem, quæ ſemper immunis & libera manſit à vectigalibus, ac publico etiam regni decreto ſtatutum eſt, vt è publicis horreis frumentum & alimentum acciperent, [ſubiecit terram Pharaoni, & cunctos populos eius, præter terram Sacerdotum: quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur] Magnus igitur Sacerdotum honos eſt, tanto præ ceteris regni incolis priuilegio donatum eſſe.

Sacerdoti à vectigalibus immunes in Aegypto.

Gen. 47.

Vir quidem mortis es,] dicebat Salomon Abiatharo Sacerdoti, [ſed hodie non te interficiam, quia portaſti arcam Domini Dei coram Dauid Patre meo.] Sacerdotes verò Chriſtiani ob longè digniorem rationẽ honorandi, quamuis alioquin caſtigatione digni, quod quotidie in manibus veram Domini arcam, id eſt veri Altaris Sacramentum teneant.

3. *Reg.* 2.

Salomon in Sacerdotes manũ non audet mittere.

2. *Reg.* 1.

Libro ſecundo Regum, Amalecita ſicarius cùm Dauidi ſoceri ſui mortem nuntiaſſet, ſuiſque eum manibus, in maiorem rei veritatem, interfectum diceret, tantam crudelitatem paricidalemque audaciam demiratus Dauid, [Quare non timuiſti mittere manum tuam, vt occideres CHRISTVM Domini?] Sacerdotes vncti ſunt Domini, ſacri ſunt; cuius verò tanta temeritas eſt & audacia, vt manum in illos inijciat, ingentis & nefarij ſe ſacrilegij reum

Sacerdotẽ qui tãgit ſacrilegus eſt

reum conſtituit, paricidium admittit, mortique ſempiternæ addici meretur.

Nullius cō modi ergo in ſacerdo tē quid cō mittendū. 2. *Reg.* 16. Miles Abſolomo ſuperato, cùm Ioabo duci militiæ nunciaſſet, illum viuum ex arbore pendere crinibus ramis implexis, peteretque Ioab, cur non interfeciſſet, ſe.n.ſi hoc feciſſet, ſiculos argenti ſex illi appenſarum fuiſſe, & veſtimentum inſuper militare, in rei bene geſtæ mercedem largiturum, Cui miles, [ſi appēderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium regis.] ſacerdotes porro filij Dei ſunt, & magni regis vicarij, nec in mūdo aliquis adeò ſceleratus reperiri debet, qui in eoſdem quid attētare & aduerſus eorum vitam aliquid moliri, eorumq; honorem denigrare nullius rei, quæ haberi poteſt, cauſſa audeat: ſunt enim obſeruandi & colendi.

ſacerdo- tes vel tan gere nefas. *Pſal.* 104. Nolite,] ait per Prophetam Deus non dico verberare, ſed [tangere Chriſtos meos;] id eſt ſacerdotes; quibus verbis oſtendit, illos immunitate & prærogatiua ſingulari donatos eſſe.

Hęreditas ſacerdotū nobilis. [Ceterùm bona & poſſeſſiones ſacerdotum nobiles appellantur, nec cenſum perſoluere debent, & ab omni tributo, vectigali, alijsque oneribus publicis exempta ſunt: ſi verò quiſquam eos ad id perſoluendum cogere velit, Principis, eſt iniuriam vindicare, & eorum bona immunia præſtare; [Nemo cogat clericum ad cenſū perſoluendum de ſuis bonis: quod ſi fecerit per regiam poteſtatem ad ſatisfaciendum compellatur.] Reges igitur ſacerdotalium priuilegiorum protectores & tutores ſunt.

Pariſ. ſecū dum Iuon. p. 8. *c.* 175. 26. *q.* 8. *ca. Secundum* Ius ciuile & canonicum, ac ſimul diuinū ſacerdotes ab omni onere curationis, tuitionis, teſtamentariæ executionis, commiſſionum, alijſque

jſque oneribus publicis eximit, & excommunicat eos qui ad hæc eoſdem cogere voluerint, [Generaliter ſancimus, omnes presbyteros ſeu diaconos & ſubdiaconos & præcipuè monachos immunitatem ipſe iure omnes habere tutelæ,] &c. Vnde oſtenditur, ſacerdotes tam eximijs priuilegijs donatos quid præter commune vulgus hominum poſſidere.

C. *de Epiſ. & Cleri. l. eo. 16. q. c. eod.* *S. Cypri. L. 1. Ep. 9. 21. q. 3. c. Cyp.*

Inter ceteras quas Conſtantinus Imper. tulit leges, vnam reperire eſt, quæ ſacerdotũ domos ab omni militũ incurſione, hoſpitationeq; liberas præſtat, [Iuxta ſanctionẽ, quam dudũ memi niſtis & vos & mancipia veſtra nullus nouis collationib. obligabit, ſed vocatione gaudebitis, prętерea neq. hoſpites accipietis.] Tãto ſcilicet hic Imperator ſacerdotes honore proſequebatur, vt & domos eorum coli & obſeruari voluerit.

ſacerdotes à milit. exẽpti. C. *de Epiſ. & cle. l. 1.*

Quin & idem in ſacerdotij gratiam voluit clericos, in quocunque tandem ordine conſtitu ti ſint, ijſdẽ honorib. prærogatiuis, & priuilegijs gaudere, quibus ſenatores & Conſules Romani, [Viris autem reuerendiſſimis, clericis in diuerſis ordinibus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſię ſeruientibus, illud culmen ſingularitate, potẽtia & præcellentia habere ſancimus, quibus ampliſſimis noſter ſenatus videtur gloria adornári.] Quis honor, quæ amplitudo, quæ priuilegia! ſacerdotes ſcilic. omnibus gratijs & dignitatibus Romanis & imperialibus gaudere.

Clerici & ſenatores Romani ijſdẽ priuilegijs gaudent. *Poſt Con. Neocæſar. di. 96. c. Cõſtan. Imp.* Paria priuilegia donata ſacerdotibus & militibus.

Adhæc, magnus Iuriſconſultus Vlpianus in paragraphis ſuis notauit, ſacerdotes ijſdem olim gauiſos aſſe priuilegijs quibus milites, & eandem prærogatiuam, quæ regio exercitui conceſſa erat, in Eccleſiam quoque deriuatam eſſe, [Clericus habet omnia priuilegia cõceſſa mili-

Vlpia. §. de re iud. l. mi

tibus armata militiæ.] An nō honoris indicium eſt Sacerdotes Eccleſiæ ad honores ducibus militaribus conceſſos vocari, iiſdemque quibus illi iuribus & priuilegijs gaudere?

Sacerdotes teſtari poſſunt.

C. de Epiſ. et Cle. Auth. eo. & l. cum lege.

Quin etiam Eccleſiaſtici omnes (exceptis religioſis iiſq. qui mundum pænitus repudiarunt) bona poſſidere poſſunt temporalia, deq. iis iuxta beneplacitum diſponere, teſtamenti tabulas cōdere, eadem legare parentibus; quorum omniū ijs poteſtatem leges ciuiles impertiuntur; [Presbyteros, diaconos & ſubdiaconos, &c. res quaſlibet modo ad Dominum eorum venientes, habere in ſua poteſtate præcepimus & donare cui volunt, ſecundum leges, & in his teſtari.] Atque hac ratione Sacerdotes iiſdem fruuntur priuilegijs quibus nobiliſſimi quique.

Laicis Eccleſiaſticos iudicare non licet.

Epiſto. 32. lib. 5.

Longè alia etiam priuilegia in materia iuſtitiæ poſſident Sacerdotes, cumque ſeparatum tribunal habeant, à laicis eorum res dijudicari examinariq. nefas. Hinc ſanctus Ambr. Imperatore Valentiniano ſcribens, illi in memoriam reuocat, quæ pater illius felicis recordationis in Sacerdotum honorem & verbo ſtatuerat, & lege ſāxerat, ne ſcilicet ſæculares iudices de Eccleſiaſticorum rebus diſceptarent, [Quiſquam, *inquit*, me contumacem iudicare non debet, cum hoc aſſerā, quod auguſtæ memoriæ pater tuus non ſolū ſermone reſpondit, ſed etiam legibus ſuis ſanxit.] Aequum nempe eſt, vt Sacerdotes non ab alijs quàm à Sacerdotibus iudicentur.

Seculares iudices officio priuātur, ſi Eccleſiaſticos iudicare p̄ſumunt.

Nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel ciuili trahere ad ſæculare iudiciū præſumat, contra conſtitutiones Imperiales & canonicas ſanctiones:] ſi verò is qui actionem ijs intentabit, iuſtitiæ miniſter eſt, iudicandi poteſtate

teſtate in poſterum priuetur: Si verò Iudex aut Præſes aliquis, Clericis Eccleſiaſticisve ius ſuum denegarit, cùm tertiò eo nomine rogatus fuerit, iuriſdictionem omnem, dignitatem & munus ſuum penitus amittat. An maiora haberi priuilegia queant? Nimis honorati eſtis Sacerdotes, cùm Ius ciuile & conſtitutiones Imperiales vobis adeò patrocinentur.

C. de Epiſ. & Cleri. l. ſtatuimus.

Imò ne accuſare quidem Epiſcopum aut Sacerdotem ſæcularibus licet, niſi prius eorum vitæ examinetur ratio moreſq. excutiantur. Ita ſcilicet ſanxit Euariſtus Papa, [ſi qui ſunt vituperatores aut acccuſatores Epiſcoporũ, vel reliquorum Sacerdotum non oportet eos à iudicib. Eccleſiæ audiri, antequam eorum diſcutiatur æſtimationis ſuſpicio vel opinio.] Magnus ſanè Sacerdotij honor, quod ab homine nequeat accuſari, & ab omni mundanorum calumnia & inſimulatione tutum ſit & immune.

Fabi. Pap. Epiſt. 2. ad Epi. Oriẽt. Cuius Pap. ep ad Felicẽ Marcellinus. Pap. Ep. 2. Gre. li. 2. ep. 14. ad Ioã. defenſor.

Seculari Sacerdotẽ ne accuſare quidem licet.

Inſuper Concilia Eccleſiæ illos excõmunicãt, qui Sacerdotes temere fornicationis inſimulãt, niſi euidenter probare potuerint: [ſi quis aliquẽ clericorum in accuſatione fornicationis impetierit, &c. quod ſi non potuerit datis teſtimonijs approbare quod dixit, excommunicationẽ accuſati accuſator accipiat.] Vide quæ priuilegia, quod qui Sacerdotem falsò accuſet, excommunicationem incurrat.

2. q. 7. c. eo.

Excõicantur qui Sacerdotes falsò accuſant:

Cõc. Brac. 22. q. 5. ca. placuit.

Sacerdotes,] ait Fabianus Papa, [quos Dominus ſuos eſſe voluit, non ſunt leuiter tractandi, nec lacerandi vel temere accuſandi, quoniam eorũm cauſas ſibi Dominus reſeruare voluit, & ſuo iudicio vindicare.] Hæc conſiderate vos ò Clericorum hoſtes, nec Sacerdotum priuilegia diſcindite aut conuellite.

2. q. 7. c. eo. Iuo p. 6. ca. 320.

Deus ſibi ſacerdotũ cauſam reſeruauit.

Vnde

Vnde & alius Pontifex, [Dominus ſacri ſui corporis tractatores, à vilibus ac reprobis ac nō idoneis perſonis infamari noluit, nec calumniari permiſit: ſed ipſe proprio flagello Sacerdotes à templo eiecit,]&c. Vt oſtenderet, quod quemadmodum ipſe eorum eſſet Iudex, ita & delictorum vindex, & non alius.

Deus ipſe ſacerdotū delicta punit.

Anacletus Epiſt. 2. ad Epi. Italia.

Addo quin etiam, vt eo altiùs ſacra illa priuilegia efferam, Sacerdotes non poſſe à populo vel argui, vel accuſari, vel corrigi; at infamium loco tenendos, qui aduerſus Sacerdotes arma induunt. [Omnes,] ait Papa Theleſphorus, [qui aduerſus Patres, id eſt Sacerdotes, armantur, in fames eſſe cenſemus,] Ratio enim docet, Patres eſſe honorandos, non verò contemnendos, arguendos aut impugnandos.

Sacerdotē populo arguere nefas.

6. q. 1. c. eo.

Sacerdotes, ait eodem loco idem Pontifex, qui ore proprio Chriſti Domini corpus conficiunt, timeri & coli ab omnibus debent, & à nemine argui: illos enim, à quibus benedici vult populus, ab eodem corrigi non oportet, nec vulgus ad eorum accuſationem admittendum. Sacerdotis enim eſt docere & corrigere vulgus, non vulgi, Sacerdotes; neq. enim diſcipulus eſt ſuper Magiſtrum, Deique ordinationem accuſat, qui eos, qui ab eo conſtituuntur Sacerdotes accuſat, vel damnari cupit. Dicere vult, Deo illū aduerſari & oppugnare, qui Sacerdotalia priuilegia infringere & imminuere conatur.

Cōtra Dei ordinationem inſurgit qui ſacerdotē accuſari vult

Concilium Agatenſe excōmunicationis anathemate percellit eos, qui Sacerdotibus bellum mouent aut fatigant, ſi quis, *inquit*, ſæcularium per calumniam Eccleſiam aut clericum fatigare tentauerit, & victus fuerit, ab Eccleſiæ liminibus, & Catholicorum cōmunione arceatur, niſi

C. 32. *Iuo. p.* 5. *c.* 367.

digne

digne pœniteat,&c.] O diuinum decretum! Illi pelli ab Eccleſia digni ſunt, iuxta concilium, qui iniuſtè Eccleſiaſticos miniſtros opprimunt & infeſtant.

Imperatores Arcadius & Honorius, Eccleſiaſticorum priuilegiorum protectores, morte illos afficiendos cenſent, qui aduerſus Eccleſias inſurgunt, & iniuriam aliquam Sacerdoti irrogant, prouinciarumque præfectis & præſidibus præcipiunt, illos vt velut nefarios & facinoroſos ſupplicio afficiant. Laudabile enim eſſe cenſent, velut publicum quoddam crimē iniuriam Sacerdotibus irrogatam vindicare, & merito ſupplicio caſtigare. [Si quis,] inquiunt, [in hoc genus ſacrilegij proruperit, vt in Eccleſias Catholicas irruens, Sacerdotibus & miniſtris aliquid importet iniurię, quod geritur à prouinciæ rectoribus animaduertatur.] Volebant ſcilicet pij illi Imperatores, prærogatiuas Sacerdotum non violari, cùm à ſacrilegio non differre crederent, eaſdem infringere.

Sacerdotes qui pſequuntur, excōmunicati ſunt Digni morte sūt qui Sacerdoti iniuriā irrogant.

C. de Epiſ. & cler. l. ead.

Sacerdotes autem filij Dei ſunt, ſub eiuſdem tutela viuentes, quos hominū iniuriæ nequeunt attingere, qui vero violentas in eos manus inijciunt, anathemate percutiuntur, ſoluſque Pontifex ſummus ab eodē poterit abſoluere. [ſi quis ſuadente diabolo, huius ſacrilegij reatum incurrerit, quod in clericum vel monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo ſubiaceat,&c.] declarat ecce pontifex hunc ſacrilegij reum qui in Sacerdotem manus iniecerit.

Solus Pōtifex abſoluit Sacerdotū percuſſores.

Innoc. 2. 17. q. 4. c. eod.

Denique Sacerdoti mortem afferre, cruentum eſt paricidium. Vnde Concil. Moguntinum. Sacerdotum interemptorem ſi vel minima ſuſpicio ſit, duodecim annis agere præcipit

Quomodo puniātur qui Sacerdotes necant.

pænitentiam: ſi verò reus ſit & criminis conuictus, nunquam cingi, nunquam matrimonium inire, ac toto vitæ tempore agere pœnitentiam. Cùm igitur pœnitentia adeò ſeuera ſit & rigida, ſignum eſt, crimen etiam enorme & graue eſſe.

Pænitētia eorū qui Sacerdotes necāt. *Vvormat.c.26. Tribur. cap. 5.*

Concilium verò VVormatienſe decernit, vt Sacerdotum interemptores nullam deinceps carnem deguſtent, vinum non bibant, pedites ſemper incedant, arma non geſtent, feſtis & Dominicis diebus exceptis, ieiunent, quinquennio templum non ingrediantur, ſed interea dum res diuina peragitur, foris remaneant, Deumque ſuppliciter deprecentur, tam enorme ſibi vt crimen dimittat; cumque quinquennium iam elapſum fuerit, templum quidem eos ſubire permittit, myſteriorum tamen diuinorum non prius participare, quàm aliud quinquennium elapſum ſit, denique ter ſingu lis ſeptimanis tóto vitæ tempore ieiunare vult.

CAPVT. VIII.

De Sacerdotum ſacrificijs.

MVndi redemptor Chriſtus, totus amore flagrans & in operibus ſuis omnipotens, cum ex hoc mundo ad Patrem proficiſceretur, viſibili nos præſētia ſua priuans, corpus ſuum in Euchariſtia inuiſibiliter præſens reliquit, quæ quoddam amoris eſt myſterium, potentiæ abyſſus, Sacramentum ſimul & ſacrificium; Sacramentum quidem vt hominibus ſit cibus; ſacrificium verò vt Deo Patri loco veterum ſacrificiorū in ſummi honoris indicium & agnitionem, ſuperioritatis, qua nullus ei maior & dignior

Euchariſtia ſacrificiū & ſacramētū.

haberi

haberi honor poteſt, offeratur; ſacrificium non mortui animalis, nec cruentum ſecundum ordinem Aaron, quale in monte Caluariæ oblatum eſt; at ſecundum ordinem Melchiſedech, ſine carne aut ſanguinis effuſione, quodque cruenti crucis ſacrificij quædam commemoratio eſt; nobiſque infinitum ſuum meritum applicat; Miſſæ enim ſacrificium applicat pretium & fructum mortis Chriſti & ſacrificij crucis. Tanquam Sacramentum eſt communio, tanquam ſacrificium eſt Miſſa. Atque ita mirabili quadam cōcordia ſub eadem cōſecratione in altari & in Miſſa accidit, vt idem corpus ſit, quod & Sacramenti materia & ſacrificij oblatio eſt.

Bellarm. lib. 1. & 2 de Miſſa & in libris de Eucharistia.

Agnus paſchalis veterum myſteriorum omnium maximum, iuſſu Dei per familias & domos manducabatur veluti per communionem, & à populo in modum ſacrificij oblatus. [Tollat vnuſquiſq. agnū per familias & domos ſuas, &c. immolabitq. eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperā.] Qui verè figura fuit Vener. Euchariſtiæ, quæ aliquādo futura erat & Sacramentū & ſacrificium: vt Sacramentū cōmunionē ſacrā adornans, vt ſacrificiū verò Miſſam inſtituens. Sacrificiū verū, non tamen cruentum, vti fuit crucis, ſed quod ipsū repræsētat, & cuius memoriale eſt, cuiuſq. merita communicat.

Exod. 12. Agnus paſchalis Euchariſtię typus

Melchiſedech Sacerdos magnus altiſſimi rex pacis, & genealogiæ prorſus admirabilis, vtpote qui ſine Patre, ſine familia fuit, poſtquā Abraham victoriā de hoſte retuliſſet, panē ac vinum in ſacrificiū obtulit. Porro Melchiſedech, vti ait Apoſtolus, figura fuit Ieſu Chriſti in ſua pſona; in ſacrificio verò, Meſſiæ noſtri: Chriſtus enim verus rex eſt pacis, ſine Patre ſecundum huma-

Sacrificiū Melchiſedechi figura fuit ſacrificij Miſſæ.

nitatem,ſine matre quo ad diuinitatem;ſine genealogia;[Generationem] enim[eius quis enarrabit?]ait Iſaias. Ceterum ſacrificium hoc fit in pane & vino,quod figura fuit ſacrificij corporis eius, quod in Miſſa ſub ſpeciebus panis & vini admirabili quadam conſecratione offertur.

Sacrificia pacifica figura ſacrificij Miſſæ.

Inter cetera legis veteris ſacrificia fuit vnũ, quod Pacificum dicebatur, quod quatuor habebat ſingularitates. Primò tunc immolari id ſolebat, cùm fœdus quoddam cum Deo erat ineundum. Deinde plures in partes diſpertiebatur, quæ certis quibuſdam in altum ſublationibus Deo offerebantur. Tertiò non Sacerdotes ſolum, ſed & laici & populus ex eo comedebat. Quartò denique panis hic & vinũ offerebatur. [Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorum quæ offertur Domino, ſi pro gratiarum actione oblatio fuerit,offerent panes abſque fermento.] Vera & viua Euchariſtiæ ſymbola & Miſſæ noſtræ præſagia. In hac enim nouum cum Deo fœdus & teſtamẽtum initur; hic apparet eleuatio & ſpecierum fractio; hic corpus & ſanguis Chriſti ſub panis vinique ſpeciebus offertur;quid igitur hic deeſſe videtur vt veritas cum figura coincidat?

Deut. 7. Num. 15.

Miſſa omniũ veterũ ſacrificiorum complementum.

Adeo vt Miſſa, præterquam quòd cõpendiũ & memoriale ſit ſacrificij crucis, complementum etiam ac perfectio omnium veterum ſacrificiorum exiſtat:at ſacrificium nouum, in quo Chriſtus à Sacerdotibus in terra offertur,deinde in cœlo inceſſanter à ſeipſo: cùm enim victima hæc infiniti coram Dei oculis pretij ſit, & longè gratiſſima, aſſiduè eam filius illi in cœlo, & interdum in terra offert;& quemadmodũ Deus in cœlo ſemper eam in odorẽ ſuauitatis admittit, ita illi gratiſſimum haud dubiè eſt, ſi ſæpius in al-

Doctores Schol.

in altari in Eccleſia ſua eadem reiteretur.

Definitio Miſſæ.

Ipſa Miſſa, ſacrificium nouum, ac veterum omnium ſacrificiorum complementum, actus quidam religionis eſt, à Chriſto inſtitutus, in qua corpus eius & ſanguis ab ipſo velut cauſa primaria, & à Sacerdote velut ſecundaria & minus principali, Deo ſub ſpeciebus panis & vini, ad Eccleſiæ ſalutem offeruntur, idque iuxta Prophetam, [Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech,] vbi Propheta hauddubiè de vero & auguſto Miſſæ ſacrificio ſermonem inſtituit. *Pſal.* 109.

Alia Miſſæ definitio. 1. *Cor.* 11 *Bellar. l.* 1 *de Miſſa cap.* 12. Miſſa per totum orbem celebratur.

Miſſa itidem ſacrificium eſt corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti ab ipſomet inſtitutum, ſacram illius paſſionem ſub panis & vini ſpeciebus conſecratis Deoque oblatis, ad maiorem maieſtatis illius gloriam, Eccleſiæq. vtilitatem repræſentans. Vnde Euangeliſtæ omnes vno ore profitentur. [Hoc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.] Id eſt, cum ſacrificabitis, id fiet in cruenti ſacrificij cruentæ paſſionis meæ memoriam.

Mal. 1. *Auguſt. lib.* 1. *cōtr. aduerſ. leg. & Prophet cap.* 20. *et lib.* 18. *de ciuit. c.* 35

Miſſa actus quidā religionis eſt, à Chriſto inſtitutus, Sacramentum & ſacrificium corporis illius continens; ſacrificiū per vniuerſum terrarum orbem celebratū, quod ita propheticis præ dictum fuit oraculis, [Et in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio mūda: quia magnū eſt nomen meū in gentibus, dicit Dominus.] ſacrificiū porro hoc & hæcce victima Dei nomini facta, alia eſſe non poteſt, quam Miſſa.

Longior Miſſæ definitio.

Adhæc habito reſpectu ad ceremonias & cōuenientiam celebrationis, Miſſa eſt officiū quod ex Eccleſiæ & ſanctorum patrum inſtitutione, legitima cæremonia in ſacro altari celebratur,

 in quo

in quo conſecratio & Ven. Euchariſtiæ oblatiõ peragitur: in qua definitione partes eſſentiales Miſſæ ſolummodo ſunt conſecratio & oblatio corporis & ſanguinis Chriſti, à ſola illius inſtitutione dependentes; cetera ad celebrandi ritum, miniſterium, ſanctaſque ceremonias ſpectant.

Ind. Clelchton. in ſchol. ad Durand. lib.4.c.1. n.50.

Miſſæ eſſentia.

Adeo vt Miſſæ medulla, eſſentia, ſubſtantia, totaque anima auguſti huius ſacrificij in corporis & ſanguinis Dominici conſecratione conſiſtat. Et propterea quidquid ante vel poſt Miſſam fit, nonniſi acceſſorium eſt ad principale, qualia ſunt cæremoniæ, ritus & cetera magni huius myſterij ornamenta: ſed ita vt Ieſus Chriſtus primarius & ſolus auctor ſit & inſtitutor, Sacerdotes verò nonniſi eiuſdem miniſtri & vicarij; ſub illo in altari repræſentantes, quod olim ab illo paſſionis tempore in monte Caluariæ peractum fuit, idque Chriſti pręceptum datum Apoſtolis ſequentes, dicentis: [Hæc facite in meam commemorationem.] In quo pręcepto ſimul & Miſſæ inſtitutio includitur.

Bellarm. lib. 1. de Miſſa. c. 27.

Marc. 12

Chriſtus Primus Miſsã celebrauit.

Chriſtus ſummus Pontifex primus Miſſam celebrauit, & primus primis Eccleſiæ membris ſacram communionẽ porrexit, Sacerdotes creauit & conſtituit, qui eandem legerent ac celebrarent, ſuumque hac in actione locum tenerent, quaſi ſacrificatores, vti & tenere debebant in alijs actionibus veluti paſtores & doctores Sacramenta adminiſtrando, eiuſque legem & præcepta edocendo. Dies autem celebrationis primæ Miſſæ, nouorumq. miniſtrorum creationis, fuit feria illa V. in cæna Domini, quæ diem paſſionis illius immediatè præceſſit, quando ſcilicet comeſto agno Paſchali, & figuræ

Quando Miſſa fuerit inſtituta.

cele-

celebratione peracta, veritatem exhibere cœpit, benedixit, conſecrauit, & tranſubſtantiauit panem in corpus, & vinum in ſanguinem ſuum, Apoſtoliſque diſtribuit, qui Epiſcoporum & prælatorum locum occupabant, dicens: [Hoc facite in meam commemorationem,] id eſt, ſacrificate, vti ipſe iam facio, & ſacrificium hoc ac Sacramentum in paſſionis meę memoriam alijs diſtribuite. *Marc.* 12 *1. Cor.* 4. *Tit.* 1.

Nunquam porro ipſa Miſſæ ſubſtantia commutata eſt, aut variata, at ipſæ cæremoniæ; atque hoc vna cum incremento & progreſſu Eccleſiæ, & prout temporis, locorum, perſonarumque circumſtantiæ id exegerunt, prout cordatorum Paſtorum prudentia id neceſſe eſſe iudicabat, vt quibus Chriſtus œconomiam & diſpenſationem myſteriorum, theſaurorumque ſpiritualium, vti loquitur Paulus Gentium doctor, reliquerit, cum plenaria ligandi, diſſoluendique, legum ferendarum abrogandarumque, vt illius miniſterium, & domus illius & corporis myſtici directio id requirere videbatur, poteſtate; ſanctè ſimul promittendo ſe quidquid illi tandem in terra ligarent deligarentque, in cœlo ligatum deligatumque habiturum; [Quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlis.] Poteſtas hæc Sacerdotio annexa eſt, Sacerdotium autem ſacrificium includit, ſacrificium porrò Miſſa eſt. Nunquā Miſſæ eſſētia mutata. *1. Cor.* 4. *Tit.* 1. *Matth.* 18. & 16.

Sacra & auguſta Euchariſtia Sacramentum ſimul & ſacrificium eſt, vt Sacramentū, communio eſt: vt ſacrificium, noſtra Miſſa eſt: vt Sacramentum cibus eſt filiorum Dei, vt verò ſacrificium æterno Patri loco omnium vete- Euchariſtia ſimul ſacrificiū & Sacramentum.

rum Sacrificiorum, in ſuperioritatis agnitionem ſummi honoris teſtimonium offertur, quo nullus ei maior haberi aut excellentior poteſt, tam reſpectu perſonæ primariæ quæ illud internè offert, id eſt Ieſu Chriſti (Sacerdos enim nonniſi vicarius eſt) quàm muneris quod illius in altari collocatū eſt, quód corpus eſt eiuſdem Chriſti; ſacrificium non mortui animalis ſecundum ordinem Aaron, quale fuit ipſa crucis oblatio, ſed ſecundum ordinem Melchiſedech; non cruentum, ſed repræſentans ipſum crucis, & meritum illius infinitum applicans. [Quotieſcunq. manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.] Sacrificium igitur hoc in altari offerendo, ipſum crucis Sacrificium in monte Caluariæ olim oblatum repræſentamus.

*Pſal.*109.

1.*Cor.*11.

Sacraficiorum omnium primum eſt Miſſa. *Bellar.to.* 3.*lib.*5.*de Euchar.*

Sacrificium verò crucis Theſaurus præcipuus eſt redemptionis noſtræ; Sacramenta claues ſunt quibus is aperitur, & viuentibus applicatur: Miſſa Sacrificiorum omnium caput, magna eſt clauis, qua is aperitur, & omnibus tam præſentibus quàm abſentibus tam viuis quàm defunctis, tam huius mundi incolis, quàm purgatorij ciuibus communicatur.

*D.Tho.*3. *p. Bell. to.* 3.*l.* 5. *de Euchariſt.* & *l.*2 *de Miſſa c.* 10. 15. *de ceremonijs.*

Sacramentum & Sacrificium Euchariſticum cor eſt, anima & maieſtas Miſſæ: ipſæ enim cæremoniæ quarum vſus eſt ante altare, ipſa Miſſa non ſunt ſed ipſa duntaxat Sacramenti ſacrificijque Miſſæ ornamenta & appendices, quam eo Satan maiori odio proſequitur ac deteſtatur, quo ipſam Deo gratiorem & hominibus videt vtiliorem. Nam myſterij huius adminiculo Deū Eccleſia cultu quodā perfecto & abſoluto adorat,

adorat, regiſq. ſui præſentia & bonis ex voto fruitur, & in hac mortali vita paradiſiacæ voluptatis ſimilitudinem quandam prægustat.

Miſſa ſolum & propriū Sacrificium eſt Christianorum, institutum, vt ita crucis ſacrificij memoria renouetur, & eius meritum applicetur: & quemadmodum Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, & cetera in quantum Sacramēta, peccata remittunt virtute Sacrificijs crucis; ita Eucharistia in Miſſa, & Miſſa in Eucharistia, titulo Sacrificij peccatorum remiſſionem applicat quæ in cruce parata fuit; atque ita Sacrificium propitiatorium eſt. *Miſſa proprium Sacrificium Christianorum.* *Bellar. li. 1. de Miſ. tom. 3.*

In Sacroſancto Miſſæ Sacrificio, Christus velut ſummus Sacerdos ſeipſum in ſacrificium offert pro peccatis noſtris, idq. ſacerdotum, qui vicarij illius ſunt, miniſterio, quemadmodum & per eos baptizat, confirmat, aliaq. officia & Sacramenta Eccleſiæ ſuæ exercet. [Miſſę ſacrificiū] inquit Bellarmin. [non eſt opus noſtrū, ſed Christi: ipſe .n. eſt primarius & ſempiternus ſacerdos, qui ſeipſum per Eucharistiā patri obtulit in ſacra cœna, & quotidie per miniſtros ſuos ſe offert in ſacrificium, etc.] Propterea, cum idē Ieſus Christus ſacerdos ſit in æternum ſecundū ordinem Melchiſedech, oportet ſacrificium ab ipſo inſtitutum, ſecundum illum ordinem, (quod eſt Miſſæ ſacrificium, & aliud nullum) etiam eſſe propitiatorium, quod eſſentiale ſacerdotis officium ſit pro peccato offerre, vt teſtatur Apoſtolus: [Omnis namque Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, in his, quæ ſunt ad Deum.] Quod de alio ſacrificio, quam de ipſo Miſſæ intelligi nequit. *Sacrificiū propitiatorium.* *Lib. 6. de Euchar. c. 1. & lib. 1. de Miſ. 6.* *Heb. 5.*

Et ſane ſacrificium crucis noſtra plena re- *Crux ſi*

dem-

demptio eſt, & infinitum omnium peccatorum noſtrorum pretium, & etiam mille mundorum, ſi tot reperire eſſet peccatores: ipſa præcipuus ſalutis noſtræ fons, ſacramenta riui ſunt, & ſcaturigines, per quas meritum crucis in animas noſtras deriuatur, ac ſine quibus meritum hoc prorſus inutile foret: at Miſſæ ſacrificium præcipuus canalis eſt, & primarius portus, in quo fructus paſsionis figuntur, & per quod crux ipſa ſalutaris efficitur.

damentū ſalutis noſtræ, hanc Miſſa applicat in ſalutē noſtram. *Bellarm. vbi ſupra & maxime lib. 1. de Miſ. c. 15.*

Sancta Miſſa in cruce fundatur, cuius ipſa repræſentatio eſt, ac ſine hoc fulcro inutilis prorſus foret, atque a cruce vitam, robur, ac virtutem mutuatur; Sacramenta canales ſunt, bona opera fructus, Miſſa magna clauis. Solis enim ijs proſunt Sacramenta, propitiatoriaq. ſunt qui benè diſpoſiti eadem recipiunt: at Miſſa inquantum ſacrificium omnibus, pro quibus celebratur, prodeſt, eo quod nobiliſsima quædam actio ſit generali quadam, & efficaciſsima deprecatione peracta, idq. ob munus quod Deo offert, atque ideo generalis quædam ratio illius per ſanguinem vnigeniti filij placandi, qui omnia ſoluit & obtinere poteſt.

Miſſa fundatur in cruce.

Bellar. vbi ſup.

Miſſa denique generale quoddam medium eſt, ad meritum crucis applicandum, adeò vt ſi in gratiam iuſtorum celebrata ſit, gratiarum augmentum, & perſeuerantiæ uirtutem impetret; ſi pro peccatoribus pœnitentibus, veniam illis obtineat delictorum: ſi pro obduratis & impænitentibus, pænitentiam & contritionem: ſi pro infidelibus, efficiat, vt Deus illos ad conuerſionem perducat; atque ita omnibus viuentibus prodeſt. Si vero defunctis applicetur, eoſdem honore afficit, ſi pro ijs, qui in purgatorio ſunt, pænas eorum imminuit.

Miſſa viuis, & defunctis prodeſt. *D. Thom. 3. p. de Sacram. Euchariſt. Bellar. li. 2. de Miſ. ſa c. 4. & 7*

In

In eo autem Miſſa cetera Sacramenta excellit, quod in ſe idem ipſum Chriſti corpus contineat præſens, quod in cruce nos redemit, & in hoc corpore ipſum redemptionis noſtræ fontẽ exhibet, cum cetera Sacramenta nõniſi riuos cõtineant: deinde quod ad viuum huius noſtræ redemptionis actionem, ipſam ſ. Saluatoris paſſionem & crucis ſacrificium, repræſentet. Idem .n. corpus quod in cruce per cruentum ſacrificium oblatum fuit, hic per incruentum offertur: in cruce immolatum fuit, itidem in Miſſa; ſed ibi cum occiſione & morte violenta, hic ſine vlla læſione, ſed immortale & glorioſum remanens. *Sic docto. Scholaſt.*

Quemadmodum vetera ſacrificia non ſolum pro peccato, ſed etiam ob alios diuerſos intuitus temporales, offerebantur: ita ſacrificium Eucharíſticũ, ꝙ oĩb veterib. ſucceſſit, vt oẽs omnino Patres docẽt, ob eoſdẽ etiã fines offerri põt, veritas n. alioquin figura ipſa minor eſſet, atq. hoc in Eccleſia iã inde ab ipſo ſui primordio in vſu fuit. Cõfirmat hoc Tertullian. [ſacrificamus] inquit [pro ſalute Imperatoris.] Deinde Io. Chryſoſt. pluri b. in locis piæ cõſuetudinis illius meminit, qua Eccleſia pro fructib. ſacrificare conſueuit. Auguſt. ait ſuo tẽpore ſacerdotes quoſdã in domo quadam à lemuribus & ſpectris infeſtata, ſacrificiũ celebraſſe. S. Proſper teſtatur etiã Miſſam oblatam fuiſſe pro incolumitate mulieris, quam diabolus inuaſerat, & exagitabat.

Miſſa ad omne bonorum genus obtinendum conducit. *Ad Scapulam.* *Homil. 18 & 21. in Acta.* *Lib. 28. c. 8.* *De prædict. Dei c. 6.*

Fuit quoq. pia Eccleſiæ cõſuetudo offerre Deo ſacrificium Miſsæ pro animab. fidelium defunctorum; non vt illis peccata remittãtur, ſed vt a Deo pænarũ criminib. debitarũ, ſi modo in purgatorio detineantur, relaxatio concedatur: qui n. apud inferos ſunt, in æternum a corpore Ieſu

Miſſa conducit animabus fidel. defunctorum.

Hom. 69. ad pop. & hom. 3. Epiſtol. ad Phil. 5. Chriſti reſciſsi ſunt, & auxilij per diuinum eius ſanguinem inferendi meritorumq. crucis eius incapaces. De hac conſuetudine omnes pæne Patres loquuntur, Chryſoſtomus, Auguſtinus, & Bellarminus.

lib. 9. conf. c. 11. lib. 2. de miſſa c. 7. Miſſa celebratur in Sancto rum memoriam. Auguſtum & venerabile illud ſacrificium omni etiam tempore oblatum fuit in gratiarum actionem ob victoriam Sanctorum iam cæleſti gloria perfruentium, ideoq. Miſſæ in eorum ſollennis, & feſtiuitatibus ſacrificium celebratur, non quaſi ijs ſacrificetur, vti obganniunt hæretici, ſed Deo gratiæ aguntur quod victoriam ijs conceſſerit, de eaquè Eccleſia gaudet, & exultat.

Auguſt. li. 8. de ciui. c. 27. et Bella. li. 2 de miſs. c. 8. Sacrificiũ Miſſæ theſaurus generalis eſt. Denique quemadmodum Sacrificium crucis generalis theſaurus eſt & primarius, pro omnibus Eccleſiæ membris, tam præſentibus & viuentibus, quam futuris & defunctis: ita Miſſæ Sacrificium vniuerſale quoddam inſtrumentum & mediator ad aperiendum, & meritum Theſauri vnicuiq. noſtrum applicandum. Hæc omnium omnino Scholaſticorum Doctorum ſententia eſt ac doctrina.

CAPVT IX.

Quæ diſpoſitio ſit Sacerdotibus neceſſaria.

Puritas magna Sacerdotib. ẽ neceſſaria.

SI Dei locum in terra ſacerdotes tenent, ſi eiuſdem myſteriorum diſpenſatores ſunt, ſi angeli in hoc mundo, ſi Chriſti miniſtri Eccleſiæ illius Principes, populi illius doctores, animarum denique gubernatores; ſi inquam de Sacramentis diſponant, religionem dirigant, fidem tractent, Sacrificia offerant, crucis myſte-

rium

rium repræſentent, Miſſam celebrent,quæ omnis legis veteris complementum eſt & perfectio,verum paſſionis memoriale,& rerum omnium altiſſimũ digniſſimũq. vobiſcum diſpicite, ecquæ illis ſit diſpoſitio ſit neceſſaria, priusq̃ ad auguſtum hoc ſacrificium accedant,cuius ne angeli quidem digni ſunt eſſe miniſtri. Vnde magnus Dionyſius, [Ad ſanctiſſimum euntes ſacrificium, mundari conuenit ab ipſis vltimis phantaſmatibus:] id eſt cogitationibus,quæ in ſacerdote mundæ ſanctæq. ſint oportet. *De Eccle. hier. c. 3.*

Magnus Patriarcha Iacob à Deo vocatus, vt ſacrificia offerret in altaribus Bethel, vniuerſam cõuocauit familiã,ſeruiſq. congregatis ait [Abijcite Deos alienos,qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra.] Sacerdoti, qui quotidie ab eodem Deo vocatur vt regale illud Miſſæ ſacrificium in Eccleſiæ àra offerret, idem omnino facere incumbit, omnes inquam animę facultates,quę eiuſdem quodam modo famuli ſunt, in vnum recoligere; mundum, carnem, diabolum, qui idola & dii alieni ſunt, abijcere, conſcientiam mundare, & quamprimum non habitus,non colores,ſed mores & conſuetudines mutare. Vocatio Iacob. allegoricè expoſita. *Genſ. 35.*

Præcepit in veteri teſtamento Deus, vt menſa,ſuper quam panes propoſitionis ponerentur, ex ligno Setim compingeretur, ligno inquam incorruptibili,eaq.circumquaque auro circumueſtiretur,& munda ſemper eſſet. [Facies & mẽſam de lignis Setim, & ſuper menſam puriſſimam coram Domino ſtatues etc.] Panes hi figura erant ſacri panis Euchariſtici, quotidie in miſſæ ſacrificio oblati; mẽſa vero in qua reponitur manus ſunt & corda ſacerdotũ. Ex lignis igi- Sacerdot. cor collatum cum mẽſa propoſitionis *Exod. 25. Leuit. 24. 3. Reg. 7.*

tur Setim ea compingantur neceſſe eſt, id eſt, ab omni peccato & corruptione ſit libera, virtute incruſtata, inſuper mundiſſima.

Septennio Salomon in tēplo conſtruendo occupatus.
1.*Paralip.* 29.

Septennium Salomon rex in tēplo Ieroſolymitano, quod inter ſeptem orbis miracula numerari poſſet, ædificando impendit, in quo tamen ſola virga Aaron, mannæ vrna, & legis tabulæ aſſeruabantur, dicebatq. omnibus, qui tantam operis molem & elegantiam animique propoſitum & ſublimes concœptus demirabantur, [Grande opus, non enim homini, ſed Deo præparatur habitatio.] Sacerdoti profectò, cui conceſſum eſt, quotidie non iam manna, non legis tabulas, ſed omnium horum veritatem, & ipſum legis auctorem anima continere, longius tempus inſumendum eſſet, & maior opera impendenda ad cordis templum exſtruendum, ad dignè illum ibidem recipiendum, ſibiq. perſuadere deberet, ſublime id & grande opus eſſe, cum non homini, ſed ipſi diuinitati hocce ſtatuatur domicilium.

Hiſtoria Miphiboſeth myſtice expoſita.
2. *Reg.* 9.

Miphiboſeth ſanguine ortus regio, ſed membrorum vſu captus, & mancus, cum a Dauide Rege inuitaretur, vt quotidie ad menſam illius ederet & biberet, magni hanc dignitatem fecit, ſeſeq. tanto honore indignum iudicans rege adorato ait; [Quis ego ſum ſeruus quoniam reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mei ?] Sacerdos qui in terris princeps eſt, & regia prognatus progenie, quiue quotidie magno cum honore a Deo inuitatur, vt cæleſtem quemdam in altaris menſa ſumat cibum, & ad Epulum Euchariſticum vocatur, qui quoad iuſtitiā claudus, & mancus eſt, inque anima peccatis mirum in modum difformatus, an nō quotidie

tantum

tantum honorem demiratus, indignum ſe iudicare deberet, & tantæ gratię incapacem, Deumquè & Regem ſuum adorando dicere, quis ego ſum Domine, vt me indignum reſpicere dignatus ſis, meq. honore tanto afficere, tuus vt ſim conuiua, hoſpes, & commenſalis, ipſe qui nihil ſum, qui mera corruptio, qui putor & propudium ſordium.

Puellæ quæ in delicias regis Aſſueri aſſeruabantur, anno integro in gynecæo includebantur, priuſquã a rege conſpicerentur, in quo vnicè venuſtati comparandæ adaugendæq ſtudebant, tum comendo pingendoq tum ornamenta pretioſa, moniliaq. colligẽdo, vt ſiquãdo ad regẽ ingrederentur, in eius oculis gratiam inuenirẽt, nihilq. illis perfectionis deeſſet aut decoris [Vt ſex menſibus oleo vngerentur myrrhino, & alijs ſex quibuſdam pigmentis, & aromatib. vterẽtur] Harũ puellarum exẽplo, deberent Sacerdotes, quorum animæ puellæ inquam illæ cæleſtes, ſemper coram Deo aſtant, impendere, ſi nõ annum aliquod ſaltem tempus, ad ſe prępa randũ, conſcientiãq. exornandam, vt cum ad Altaris myſteria accederent, nihil omnino in ijs reperiatur, ꝙ diuinę maieſtatis oculis diſpliceat.

Præparatio puellarum Perſicarũ antequã ad regem ingrederentur.

Eſth. 2.

Scripſit in Prouerbijs ſuis Salomon [Quando ſederis, inquit, vt comedas cum principe diligẽter attẽde, quæ appoſita ſunt ante faciẽ tuã.] Sacerdotibus hoc expreſſe ſcriptum eſt, quos Spiritus ſanctus commonefacere vult, vt cùm quotidie non ad menſam Regis, ſed Dei inuitati ſint, diligentẽ ſui rationem habeant, conſcientiã examinent, merita excutiant, accurateq. perpendant, quibus cibis paſcantur, pane ſcilicet angelico, manna cæleſti, corpore & ſanguine

Sacerd. quotidie è menſa Dei paſcuntur.

Prouer. 23

Ieſu Chriſti, quibus ferculis digniora nulla, admirabilioraq. haberi poſſunt.

Nabuchodonoſor Babyloniorũ & Chaldæorum rex, Aſphenes Eunuchorum ptincipi præcepit, vt in pueros domeſticos, de Hebræorum tamen regum natos ſanguine,qui in obſequium & miniſterium illius deſtinabantur, non alios ſeligeret,quã decoros, bonæ indolis, & in quib. nullum reperire eſſet næuum [Pueros in quib. nulla eſſet macula, decoros forma, & eruditos omni ſapientia.] An non hoc Sacerdotibus applicare licet? ipſi quippe ſunt qui à Patriarchis originem trahentes,& regibus dignitate non inferiores deſtinati ſunt, non vt famuli ſint, ſed nobiles & familiares omnipotentis, & maieſtatis illius vicarii, vt eidem ſeruiant, eiuſq.Sacramenta in Eccleſiæ aula diſpenſent; an non igitur decori ſint oportet & famuli ab omni peccato immunes, ſapientia excellentes, & ſcientia repleti, nullus vt in omni eorum conuerſatione næuus reperiatur?

Qui pediſse Nabuchodonoſoris decoris eſſe debeãt.

Dan. 1.

Parabolæ de nuptijs ſenſus moralis.

Scriptum eſt in Euangelio,regem quemdam nuptias celebraſſe,& multos ad eaſdem vocaſſe ingreſſumq. vbi erant diſcumbentes, vidiſſe quemdam oculis per omnia coniectis, non veſtitum veſte nuptiali, cuius imprudentiam audaciãque non ferẽs ait, [Amice quomodo huc intraſti,non babens veſtẽ nuptialem?] atque his dictis ſeruis imperaſſe,vt eum manus, pedeſque vinctum eijcerent in tenebras exteriores.Hiſtoriam hanc examinans, Sacerdotibus illam applicare eſt animus. Ipſi ſcilic.ſunt, qui quotidie ad regias nuptias & admirabile illud epulum, quod Deus circa Sacramentum Altaris in Eccleſiæ aula præparat, inuitantur;at ſi adeo ſint impuden-

Matt. 12

puden-

pudentes, vt ad id ſe ingerere audeant lacera conſcientia, corde per peccata dilaniato, ac veſte nuptiali quæ eſt innocentia, deſtitutos, an non timere debent, ne Deus iraſcatur, inque eorum temeritatis caſtigationem Eccleſia eoſdem eijciat, inferno illos, in quo tenebræ ſunt exteriores, mancipando?

Magna illa feria quinta in cæna Domini, quę amaram Domini paſſionem præceſſit, at die inſtitutione Sacramenti Euchariſtici, & Miſſæ cōfirmatione beata, Redemptor pedes Apoſtolorum lauit, priuſquam ſacram illis communionem imperti et, & ad tam magnificum illos conuiuium inuitaret, [Deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.] Notabile profectò exemplum, quòd ſi Christus diſcipulis ſacram porrigere communionem noluit, niſi prius pedes eorum abluiſſet: multo magis Sacerdotes Apoſtolorum ſucceſſores ab altari ſuo arcebit, prohibebitque ne in Miſſa ſacram communionem percipiant, niſi priùs deſideria & affectiones eorum, quæ animæ pedes ſunt, mundatæ & ablutæ ſint.

Christus ſuorū pedes lauit antequā Euchariſtiam ijs porrigeret.

Ioan. 13.

Dicebat lex vetus, [Sacerdotes qui accedēt ad Dominum, ſanctificentur, ne percutiat eos, &c.] vt oſtenderet ſcilicet, Sacerdotes, qui ad diuinorum myſteriorum tractationem vocati ſunt, ſanctos eſſe debere, alioquin diuinæ vltionis manus non euaſuros.

Exod. 19.

Sacerdotes ſint ſācti.

Scriptum eſt in Exodo, [Miſſa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus ſuas ac pedes, quando ingreſſuri ſunt tabernaculū teſtimonij, & quando acceſſuri ſunt ad altare, &c.] Quo myſterio deſignatur, ſacerdotem Euangelicum

Exod. 30.

altare accedere non debere, imo ne Eccleſiam quidem ingredi, niſi manus pedeſque purgatos habuerit .i. niſi opera cogitationeſque penitus munda ſint, id eſt omnis vitij expertia, ne alioquin mortem damnationemque ſempiternam incurrat.

Sacerdotis cogitationes ſint mūdæ.

Exod. 40. Puritas Sacerdoti neceſſaria.

Præcepit olim Moyſi Deus, [Applicabis Aaron & filios eius ad fores tabernaculi teſtimonij, & lotos aqua indues ſanctis veſtibus vt miniſtrent mihi, & vnctio eorum in Sacerdotium ſempiternum proficiat.] Ablutio hæc & ſancta hæc veſtimenta aliud non indicabant, quàm munditiem ſanctitatemque Sacerdotibus neceſſariam.

Sacerdotes ſint ſine macula. *Leu.* 21. *Num.* 21

[Homo,] inquit Moſi Deus, [de ſemine tuo, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo, nec accedet ad miniſterium eius.] Hinc euidenter colligi poteſt Sacerdotes omnis maculæ expertes eſſe debere, atque eos qui aliquo peccati næuo inquinati ſunt indignos eſſe, qui Deo panem illum Angelorum in Miſſa offerant, imo ne mereri quidem, vt ad Sacramenta illius ac myſteria accedant.

Prou. 9. Sacerdotes ſint humiles, & ſapiētes.

[Sapientia] inquit Sapiens, [immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam paruulis dicens: venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis.] Sapientiæ menſa eſt altare Miſſæ, in qua regium Euchariſtiæ epulum, ſub panis & vini ſpeciebus erectum eſt, at ſoli paruuli, id eſt humiles & Sapientes, ad Sapientiæ menſam accedere mereantur.

Eccli. 35.

[Noli offerre munera praua, non enim ſuſcipiet illa Dominus,] ait Sapiens: Is verò perperam ſacrificat, & praua munera offert, qui

impura

impura anima eadem offert & corde profano; Sacerdos autem qui hac ratione Sacrificia ſua offert, perſuadere ſibi debet, hæc Deo diſplicere.

Sacerdos habeat cor mundum.

[Ab ortu ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.] Hæc Propheta, Cuius verba Concilium Tridentinum de Sacroſancto Miſſæ Sacrificio interpretatur, & longo antè tempore S. Clemens, Irenæus, Iuſtinus Martyr, Auguſtinus & Euſebius. Deſignare autem Propheta voluit, quòd quemadmodum oblatio hæc munda erat, ita quoque mundos eſſe debere eos, qui eamdam offerrent, Deoque repræſentarent.

Mal. 1. *Seſs.* 22. *c.* 1. Sacerdotes ſint mundi. *L.* 7. *Cōſt. Ap. c.* 51. *cōtra hæreſ. l.* 4. *c.* 32. *dial. cont. Iudæos. l.* 18 *de ciuit. c.* 35. *l.* 1. *de demonſt. Euang.*

Ait in Euangelio Dominus, [Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo.] Egregium Sacerdotibus documentum, quibus ex officio incumbit Sacrificia offerre, vt ſcilicet ad aram non accedant, quamdiu in malo ſtatu ſunt, & cum proximo in gratiam non redierunt. Prohibiti enim ſunt magnum Miſſæ Sacrificium offerre, niſi priùs ſe fratri reconciliarint.

Matth. 5 Sacerdos offerre nō debet in ſtatu damnationis.

[Ego ſum panis vitæ] (ait in Euangelio Dominus) [ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum; Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.] Sacerdotes ſunt qui manducant hunc panem & ex hac carne

Ioan. 6. Sacerdotes ſint ſine peccato.

viuunt; viuentes igitur ſint, id eſt ab omni peccato immunes: mortuus enim, qualis eſt peccator, cibi non amplius capax eſt: peccator verò qui verè mortuus eſt, cùm anima eius vitæ ſit expers, panem hunc cæleſtem manducare nequit, cùm nonniſi viuentium ſit cibus, qui ſcilicet panis eſt vitæ.

1. Cor. 10.

Sacerdotes indigni ſunt participatione corporis Christi, ſi in anima peccatum habent.

[Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt?] ait Apoſtolus Sacerdotibus loquens. Profectò indignum videtur, Sacerdotes qui panem hunc ſacrum in altari frangunt corde immundo & impuro inquinati, corporis Domini participare, qui ipſa puritas eſt, imò verò potiùs mortis eius rei ſint, & terribilia illius iudicia promerentur.

1. Cor. 11.

Celebrãtes indignè celebrant ad animæ dãnationẽ.

[Quotieſcumque,] ait Apoſtolus, [manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat; qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit non dijudicãs corpus Domini.] Sacerdotes qui quotidie ſacrum illum panem comedunt, & calicem bibentes annuntiant mortem & paſſionem Domini in ſacrificio Miſſæ, probare ſeipſos debent, ſuaque merita explorare; ſi enim indignè receperint, iudicium, damnationem, & pœnam ſempiternam ſibi manducant.

Miſſa omni deuotionis genere dicẽda eſt.

Cap. 9. de offic. Sacerd.

[Si tanto mentis ardore preces quælibet dicendæ ſint, quanta putamus, deuotione ſacroſanctum Miſſæ miniſterium, in quo corporis & ſanguinis Domini Sacramenta tractantur, peragendum eſt?] ait Concilium Colonienſe. Dolemus inquit, & exhorreſcimus, cùm tot vbique Sacerdotes cernimus tantis myſterijs indignos,

velut

velut mercenarios: & quamuis criminum publicorum manifeſtorumqne rei ſunt, magna tamen irreuerentia, ſeſe ſæpe etiam potius lucri cauſa, quàm ob Dei honorem, rebus ſacris immiſcent, quorum calamitas in proximo, quibuſque interitus vicinus eſt. Hoc notare velim Sacerdotes, vobiſcumque perſpicite, ſi deuotio in precibns neceſſaria eſt, in Miſſæ ſacrificio eam magis requiri.

Si nō decet ad ſacras vllas functiones quempiam accedere niſi ſanctè; certè quo magis ſanctitas & diuinitas cœleſtis Euchariſtiæ Sacramenti viro Chriſtiano, & præſertim Sacerdoti comperta eſt, eo diligentius cauere ille debet, ne abſque magna reuerentia & ſanctitate ad id percipiendum accedat, maximè cum apud Apoſtolum minæ indignè ſumentibus proponantur, ſi quis indignè manducat, iudicium ſibi manducat.] O verba horribilia! Sacerdos qui indignè ad altare accedit, ſeipſum perdit, damnat, & flammis addicit æternis.

Sacerdos magna reuerentia celebret. 1. *Cor.* 11 *Concil. Trid. ſeſſ.* 13. *c.* 7.

Quamobrem, ſubnectit idem concilium, Communicaturus præcepti illius Apoſtolici recordetur, [Probet autem ſeipſum homo:] Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa Sacramentali confeſſione, ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat. Quod Concilium, ab omnibus Chriſtianis voluit vſurpari & inuiolatè teneri, à Sacerdotibus tamen, inprimis obſeruari decreuit iam celebrare paratis, modò confeſſores ad manum ſunt. Si verò in ſumma neceſſitate Sacerdotem ad manum non habeant, & ita

non. facta confeſſione celebrent; prima data opportunitate deinde confiteantur. Illi verò Concilij decretum violant; qui confeſſione non præmiſſa; nec peccatis in pœnitentiæ tribunali examinatis; ad celebrandum accedunt.

Sacerdos confiteatur priuſquam celebret.

Homil. in Encænijs.

Inſignis Chryſoſtomi meditatio.

[Accedentes,] inquit Chryſoſtomus, [ad Euchariſtiam, ne putetis quòd accipiatis diuinum corpus ab homine; ſed ex ipſius Seraphim forcipe ignem; quem ſcilicet Iſaias vidit, vos excipere. Cogitate ſanguinem illum ſalutarem, è diuino illo & impolluto latere fluere; atque ideo vos omni reuerentia ad illum accedentes; labijs illum ſanctis excipite. Quapropter obſecro vos fratres & coniuro, ne ab Eccleſia abſimus, ne altaria deſeramus, ne colloquijs alijs occupemur, ſed maneamus trepidi & timidi, oculis deiectis in terram, corde humiliato, & animo contrito. An non videtis eos qui aulam ſectantur, & regi temporali aſſiſtunt, regi terreſtri, regi incorruptibili, regi mille caſibus & infortunijs obnoxio?] O beatos Sacerdotes, qui hanc reuerentiam præ oculis habent, & hæc animo voluunt!

Omni reuerentia & deuotione in Miſſa opus eſt.

[Quanta cura adhibenda ſit, vt ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium omni religionis cultu ac veneratione celebretur; quiuis facile exiſtimare poterit qui attenderit illum in ſcriptura maledici, qui opus Dei facit negligenter. Si verò neceſſariò fatendum eſt, nullum inter fideles haberi opus ſanctius aut diuinius, quàm tremendum hoc Sacrificium, in quo viuens illa hoſtia, quæ nos Deo patri reconciliauit, quotidie in altaribus Sacerdotum manibus immolatur; fatendum etiam eſt, omnem ad hoc diligen-

ligentiam adhibendam, & omni contentione elaborandum, vt quàm maxima fieri poteſt puritate animi & deuotione exteriori perficiatur. *Concil. Trid. Seſs. 22. anteca. reformationis.*

In hanc materiam incidens Ambroſius, & Sacerdotum veterum veſtium ablutionem moraliter exponens ait,] *Si tot in figuris opus erat* cæremonijs, quid non fiet in veritate? diſce, inquit, Sacerdos, quid ſit veſtimenta tua abluti, diſce quid ſit corpus mundum in adminiſtratione Sacramentorum afferre. Si populus ſine ablutione veſtimentorum ſuorum prohibebatur accedere ad hoſtiam ſuam, tu illotus mente pariter & corpore audes pro alijs ſupplicare, audeſq; pro alijs miniſtrare?] & verè. Si enim Sacerdotes Moſaici ad mactanda animalia & ſanguinis effuſionem vocati puritatem ita complexi ſint; an non Sacerdotes Euangelici eam cariorem adhuc habeant, cùm ad officium ſanctius & diuinius longè appellati ſint? *Ambroſ. l. 1. de offic. c. 50.*

Nullum inter omnia ſacrificia (ſcribitur in Canone) maius aut dignius quàm corpus & ſanguis Ieſu Chriſti, nullaque in orbe oblatio haberi poteſt excellentior: hæc enim ceteras omnes longè tranſcendit. Quapropter conſcientia pura Domino illa offerenda, & anima penitus ſancta recipienda, & ſicut potior eſt ceteris, ita potiùs excoli & honorari debet. Hoc vobis argumentum vſui ſit Sacerdotes, & ſi agnoſcatis quàm ſanctum hoc myſterium ſit, conſiderate etiam eadem operâ, quanta ad hoc ſanctitas ſit neceſſaria.] *Nullum ſacrificiũ Miſſæ Sacrificio par.* *Alex. Epiſt. 1. de cõſecr. diſt. 2. c. eod.*

[Nunquam mihi,]ſcribit Bernardus,]contingat turbatum accedere ad pacis ſacrificium,

De diſpẽſ. & pcept. cum irà & diſceptatione contingere Sacramentum, in quo Deus indubitanter eſt mundum reconcilians ſibi. Certum eſt quod nunquam recipiet hoſtias meas, quas illi ad altare offero, niſi prius vadam reconciliari fratri meo; quanto minus, ſi mecum ipſe bellum geſſero, ſi motus & ſeditiones ſint in anima, ac mihi ipſi non reconcilier?] Quid igitur facitis Sacerdotes, cùm ira & furore æſtuantes ad tremendum hoc myſterium acceditis, & Sacramenta tam ſublimia tractatis, bellum internè fouentes & cor ſchiſmate diſtractum habentes.

Munditiès externa Sacerdotibus neceſſaria. Cuſtodire debes pudicitiam manuum, ait S. Bonauentura, quantum potes, & omnium membrorum tuorum puritatem. Suadeo tibi vt quidem apud omnes homines omni tempore, *S. Bonauent. de prępar. ad Miſſ. cap.* 4. ſed præſertim cum Miſſam celebrare intendis, ab omni te tactu cuſtodias, non modo turpi & impudico, qui ſine peccato non committitur, ſed & ab omni alio indecenti & inhoneſto. Te totum in te collige; adeò vt nec actiones tuæ, nec cogitationes aliò diuagentur & effluant. Sacerdotes abſtineant omni carnali conſortio. Hoc conſilium ſeruate Sacerdotes, & in omnibus actionibus veſtris, quin & in verbis, imo & cogitationibus, munditiem ſeruate.

[Apoſtolus Paulus ita Corinthijs ſcribit] (inquit Papa Innocentius) [Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in id ipſum. *1. Cor.* 7. *Innoc. Pap. diſt.* 31. *cap. Nã ſicut. c. ſi Laicus. Iuo.* § 3. *c.* 279. Sæcularibus hoc imperat & laicis. Multo magis Sacerdotes, quibus & orandi & ſacrificandi iuge ſacrificiũ eſt, ſemper debebũt ab huiuſmodi conſortio abſtinere.] Hoc cogitate Sacerdotes, & caſtè viuite, cùm pudicitia orationis ſit honor, & ſacrificium gloria. [Eſt vetus admodum

dum ſacræ legis auctoritas iam inde ab initio cuſtodita, quod in templo anno vicis ſuæ habitare præcepti ſunt Sacerdotes, vt ſeruientes ſacris oblationibus puros & ab omni labe purgatos ſibi vindicent diuina myſteria. Neque enim decet illos ad ſacrificia admitti, qui carnalem habent conſuetudinẽ etiam cùm proprijs vxoribus. Scriptum eſt enim, ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum, dicit Dominus Deus tuus. [Hæc idem Papa Innocentius. Si vetus illa lex Leuitas & Sacerdotes amplexibus & commercijs coniugalibus, quæ tamen licita ſunt, abſtinere voluit, multo magis Euangelium Sacerdotes Euangelicos ab amore laſciuo impudicoque abſtinere volet, Sacerdotes inquam ad res tam ſanctas tractandas deſtinatos?

Sacerdotibus vetita carnalia cõſortij.

Luc. 1. *Epiſt.* 7. *c.* 1. *diſt.* 82. *c. propoſuiſti diſt.* 31. *c. eod*

Pudicitia in Sacerdote requiritur.

Omne carnis contubernium, ſcribit in Lucam Venerabilis Beda, Leuitis antiquitus interdictum erat, quamdiu ſacro miniſterio fungebantur, quamuis feminarum vſus illis fuerit conceſſus ob legitimam continuamque liberorum ſucceſſionem; nullus enim ad Sacerdotium aſpirare poterat, niſi qui de tribu Leui deſcendiſſet. Quanto magis ſi Sacerdotes & Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel Sacerdotium vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt: & vix aliquis præterit dies, quo non vel ſacrificijs occupentur, vel baptiſmo luſtrent. Quibus omnibus efficere vult, in Sacerdotio puritatem indiuiduè contineri.

Ambr. Ep. 1. *ad Tim. Beda Luc.* 1 *l.* 1. *Iuo p.* 6. *c.* 94. *Innoc. Papa Ep.* 3. *c.* 1. *diſt.* 82. *c. propoſuiſti.*

Cogitent omnes ait Chryſoſt. qui ad communionem corporis Chriſti accedunt, eiuſque pretioſum ſanguinem guſtant, recipere ſe ſanguinem & corpus eius, qui cælorum habitaculo continetur, qui adoratur ab Angelis, qui poten-

Quid cõſiderare Sacerdotes debeant dum cõmunicant.

tię ſummi Dei proximus eſt: [cogitent] inquam, [quod adſtat hic menſa regia, adſunt Angeli menſæ huius miniſtri, adeſt rex ipſe: & tuo ſcitabundus ſtas? ſordidis indutus es, & nihil curas? Quid? veſtimenta tua anne munda ſunt? aſſide & communica.] Vos hoc tangit Sacerdotes, & admonet, emori præ pudore vos potius debere, quàm in tanta cum immunditia temeritateque atque exigua reuerentia tam diuina accedere Sacramen a.

Chryſoſt. hom. 3 in Epiſt. ad Epheſ.

Sacerdotes celebrent in feſtis & dominicis.

Ceterum Sacerdotes cùm in ſtatu gratiæ ſunt frequenter celebrent, & præſertim Dominicis & feſtis diebus. Vnde Concilium Tridentinum, Curet [Epiſcopus, vt Sacerdotes ſaltem diebus Dominicis & feſtis ſollemnibus (ſi autem curam habuerint animarum tam frequenter, vt muneri ſuo ſatisfaciant) Miſſas celebrent.] Illi verò iuxta concilij ſtatuta vitam non ordinant, qui nonniſi aliquoties in anno Miſſarum celebrant ſollemnia.

Seſſ. 23. c. 14. D. Thom. p. 3. q. 82. art. 10.

Cõmunicare quotidie nec vitupe-rium, nec laudẽ meretur.

[Quotidie] (inquit Auguſtinus) [Euchariſtię communionem percipere nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen Dominicis communicandum ſuadeo & hortor, modo nõ impediat conſcientię ſtatus: ſi enim peccandi adhuc voluntas perſeueret, communio ipſa magis oberit quàm proderit; quare qui communicare propoſuerit, lacrymis & orationibus ad id ſe diſponat.] Cum igitur populo ſuadeat ſingulis vt Dominicis ad communionem accedat, conſequenter Sacerdotes exhortatur, vt ijs ipſis diebus Miſſam magna animi pietate celebrent.

De Eccleſ. dogm. c. 53. de cõſec diſt. 2. c. eod.

[Cum Sacerdos aliſq. vllo impedimento eſt, nec vllum in anima peccatum habet, multis ſe hauddubiè bonis priuat, & alios gratijs, ſi nõ ex reue-

S. Bonau. de prep. ad Miſſ.

reuerētia, ſed ex negligentia celebrare omittit; tunc quantum in ipſo eſt, priuat Trinitatem laude & gloria, Angelos lætitia, peccatores venia; iuſtos ſubſidio & gratia; eos qui ſunt in purgatorio conſolatione, Eccleſiam beneficio ſpirituali, ſeipſum medicina, et verò remedio aduerſus peccata, & infirmitate ordinarias. Celebrate igitur ſæpe Sacerdotes; cùm hac ratione honoretis Deum, Angelos et homines; quod cùm facere negligitis, tot damna cauſamini; & iniuriam egregiam mundo infertis.

Sacerdos nō impeditus nec celebrās multis ſe bonis ſpoliat.

Quicunque Miſſam celebrare poteſt, nec celebrat; iniuriam magnam facit, & vniuerſum mundum offendit. Nam vt magnus ait Ambroſius, [Quotieſcūque effunditur ſanguis Chriſti; toties in remiſſionem peccatorum effunditur; debeo illum ſemper accipere, vt ſemper mihi peccata dimittantur; & cùm ſemper pecco, ſemper etiam medicina indigeo.] Malè igitur vobis conſulitis Sacerdotes, qui tam rarò celebratis; veſtra enim negligentia peccatorum impedit remiſſionem, & tantarum gratiarum defluxum.

Sacerdos non celebrās mūdo iniuriā irrogat.

De conſecr. diſt. 2. & Bonau. vbi ſupra.

Sacerdos, [ait idem Bonauentura;] qui dum poteſt, Miſſam celebrare negligit; priuat ſe omnibus bonis prouenientibus ex ſacra communione, quæ ſunt peccatorum remiſſio, fomitis mitigatio, mentis illuminatio, interior refectio, cum Deo vnio, cum myſtico Chriſti corpore, incorporatio, virtutum ſtabilimentum, contra inimicū defenſio, ſpei eleuatio, charitatis inflāmatio; deuotionis augmētū; & cōmune cū Angelis conuiuiū. Nō igitur anima propones ſæpe Miſſam celebrare, cùm per eam omniū bonorū genere replear; eā autē omittendo tot me commodis priuem, deſtruam, & miſerum me reddam.

Ibid. ex Ven. Beda.

S. Thom. p. 3 q. 82. a. 10.

Bonis ſe priuat infinitis.

Sacer-

Euacuat cultum Dei. Sacerdos celebrare qui negligit, viaticum ſuæ peregrinationis negligit, periculo ſe mortis exponens; alimentum enim corporis Chriſti & vitæ vegetationem non recipiens, inſtar membri ſicci & emedullati redditur, quod nullum amplius recipere poteſt nutrimentum. Denique quantum in ſe eſt, euacuat diuinum cultum & latriam creatori debitam, ingratus de beneficijs. Quis igitur Sacerdos hæc audiendo non contremiſcat, & non ſæpius celebrare proponat, cùm celebrationem omittens Dei honori iniuriam irroget, & pulcherrimum illius cultum deſtruat, qui in Miſſæ ſacrificio conſiſtit?

Beda & D. Tom. p. 3. q. 82.

Num. 9. Vetus præceptũ de celebrando paſcha. Lex vetus eſt, [ſiquis mundus eſt,] id eſt ab omni peccato mortali liber, [& in itinere non fuerit,] id eſt, non impeditus, [& non fecerit phaſe anima illa de populo exterminabitur, quia ſacrificium non obtulit Deo Domino tempore ſuo.] Quanto magis in lege gratiæ puniendi ſunt negligentes illi & vecordes, qui ab omni peccato liberi, & impedimento carentes, tempore ſuo Aeterno Deo primarium hoc ſacrificium non offerunt.

S. Bonau. de præpar. ad Miſſ.

Hortatio S. Bonaũ. ad Sacerdotes. Eia igitur Sacerdos (ait Seraphicus Bonauentura) [quantum potes toto conatu, per exercitium boni operis lacrymarum contritionem, & deuotionis flammam, expelle à te omnem teporem & negligentiam, ne inueniaris reſpuere tantorum chariſmatum dona, &c.] Sanè Sacerdos qui ſe in celebrando tepidum oſtendit, eo ipſo euidenter oſtendit ſumma ſe illa beneficia negligere.

S. Bonau. vbi ſuper cap. 5. ex Beda.

Sacerdos ſit ieiunus dum celebrat. Sed nec hoc ſatis eſt, requiritur enim vt qui Miſſam

S. Auguſt. de conſecrat. diſt. 2. c. Liquido, & Conc. Tolet. 7. q. 1. c. Nihil. de conſec. diſt. 2. c. Sacramenta altaris.

Miſſam celebrat, ieiunus ſit nec quidquam eo die ſũpſerit. [Placuit] enim (inquit S. Auguſtin.) [Spiritui S. vt in honorem tanti Sacramenti, ſcilicet Euchariſtiæ, prius in os Chriſtiani corpus intraret, quàm ceteri cibi.] Atque adeò Concilium Toletanum innuit, Sacerdoti dum vel minimum quid comedit, nefas eſſe ſacrificium Miſſæ celebrare. Dignitas quippe cibi tam pretioſi & delicati ceteris præferri cibis meretur, quòd qui facere neglexerit, læſæ maieſtatis diuinę crimen incurrit.

Requiritur ad hæc Miſſam duobus ad minimum præſentib. celebrari, nam ſic S. Soter Papa decernit, [Nullus presbyterorum Miſſarum ſollemnia celebrare præſumat, niſi duobus præſentibus ſibiq. reſpondentibus ipſe tertius habeatur.] Salutare & pium hocce decretum eſt: cùm enim Miſſa publica quædam ſit actio & authentica, non niſi coram alijs peragi poteſt.

Miſſa duobus præſenti- bus celebranda.

De cõſec. diſt. 1. c. Hoc quoque cap. Epiſcopus Deo.

Inſuper Miſſa eiuſdẽ poteſtatis & valoris eſt, quã bonus & quã improbus Sacerdos celebrat, nam eadẽ eſt boni & ſcelerati Sacerdotis quoad conſecrationem poteſtas & auctoritas; atque vt magnus ait Auguſtinus, [intra Catholicã Eccleſiam in myſterio corporis & ſanguinis Domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur Sacerdote.] Et meritò quidẽ, neque enim cõ ſecrantis merito, ſed creatoris verbis & Spiritus ſancti virtute magnũ hoc ſacrificiũ peragitur.

Sacerdos tã bonus quã malus eiuſdẽ in cõſecrando poteſtatis

1. q. 1. c. ec.

Tam bonus fuit panis quem attulit coruus Eliæ in deſerto eſurienti, quàm quem attulit Danieli in lacu Babylonico. Ita quoque tam bona eſt Miſſa & adminiſtratio Sacramentorum à nefario Sacerdote profecta, quàm quæ ab alio iuſtiore celebratur.

Tã bona Miſſa mali quàm boni Sacerdotis.

3. Reg. 17 & Dan. 14.

Seſſ. 7. c. 12.
Sacerdos etiam in peccato mort. cõſecrat.

[Si quis dixerit,] inquit Concilium Tridentinum, [miniſtrum in peccato mortali exiſtentem (dummodo omnia eſſentialia quæ ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, ſeruauerit) non conficere, aut conferre Sacramentum, anathema ſit.] Mirabilis profectò poteſtas, Sacerdotem etiam peccatorem ſine dubio & certo conſecrare, & tam ipſum quàm iuſtum & ſanctum in hoc operari myſterio.

Seſſ. 14. c. 5. & 6. & can. 10.

Eodem quoque in Concilio habetur, [docet ſancta Synodus, etiam Sacerdotes qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus ſancti in ordine collatam, tãquam Chriſti miniſtros, functionem remittendi peccata exercere. Errant igitur & falluntur, qui perſuadere ſibi conantur, hanc in Sacerdotibus nequam poteſtatem non inueniri. Certum eſt enim, Sacerdotes improbos, in ijs quæ Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, eadem cælitus donatos eſſe poteſtate, qua iuſti & ſancti.

Omnes officio æquales.
Leo IX. contra Mich. Imp. c. 34
Nilus in Nomocã.
Auguſt. 1. q. 1. c. Dominus & tract. 6. in Ioan. diſt. 19. c. ſecũdum.

[Quicumque Sacerdotes,] ait S. Leo, [etſi diſpares ſint meritò, pares tamen ſunt officio:] nec par eſt ob meritum id negare, quod officij eſt, alioquin Sacerdotum ſubſiſtere nõ poſſet, ſi aut minui aut augeri, aut iuxta meritorum diſcrepantiam variari poſſet; & tot eſſent Sacerdotia, quot in orbe reperiuntur homines. Ordo in ſe hanc virtutem includit, vt omnes illos pares reddat, hunc qui characterem geſtant, & eodem in exercitio eamdem ſingulis Sacerdotibus gratiam ac poteſtatem elargiatur.

[Vt ſit quiſque verus Sacerdos, oportet vt non ſolum Sacramẽto, ſed etiam iuſtitia induatur, ſicut ſcriptum eſt, Sacerdotes tui induantur iuſti-

iuſtitiam: & qui nonniſi Sacerdos eſt per Sacramentum, qualis fuit Pontifex Caiphas, ille veri Sacerdotis perſecutor, quamuis verus Sacerdos non fuerit, quod tamen largitur verum eſt, cum nihil det ſuum, ſed quod Dei. memento igitur, mores aut improbam improborum vitam nullum Sacramentis Dei damnum afferre, quo aut minora aut minus ſancta ſint.] Dicere vult Sacerdotem etiam ſceleſtum ac flagitioſum tam bene operari, tantaque virtute Sacramenta conferre, quanta iuſtiſſimus quiſque.

Pſal. 131.

Vita Sacerdotis improbi nihil Sacramẽtis obeſt.

[Nullo detrimento is qui ſuſcipit afficitur, etiamſi is qui tribuit, indignus eſſe videatur. Nam myſteria incontaminata contaminari nequeunt, quamuis Sacerdos qui eadem adminiſtrat, ceteros homines in peccato antecellat.] Vera ſunt hęc omnia, Sacerdotes: quamuis enim improbi ſitis, vitaque veſtra nefaria, quidquid tamen quoad Sacramentorum adminiſtrationem peragitis, validum & ratum eſt: attamen damnationem vobis ipſis acceſſitis; cùm verò in ſtatu ſitis gratiæ, meritorium opus facitis.

Iſidor. Peluſ. lib. 3. epiſt. 340. l. 1. epiſt. 120. l. 2. epiſt. 37. Aug. 1. q. 1. c. Dictũ eſt.

Sacerdotes myſteria nõ inquinant.

Sacerdotes myſteria non inquinãt.

CAPVT X.

De Sacerdotum orationibus ac precibus.

BOni Sacerdotis,]inquit Auguſtinus, [arma, lectio & oratio:] vita enim iuſti lectione inſtruitur & oratione inſignitur. Hæc ſcilicet vera arma ſunt, quibus oppugnatur & expugnatur diabolus, inſtrumẽta ſunt, quibus beatitudo acquiritur, flagella ſunt quibus vitia exagitantur; alimẽta ſunt denique, quibus virtutes enutriuntur. Orationi igitur incumbite Sacerdotes.

Sacerdotũ arma lectio & oratio.

Bur ch. l. 2. c. 100. ex D. Auguſt. Iuo p. 6. c. 177

[Ipſi

Sacerdotes orent pro populo. *Alex. 1. q.1.c.eod. & c. Sacroſancta*

[Ipſi Sacerdotes](vt ait Papa Alexāder) [pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia ſuis precibus ea delent atque conſumunt;]& quo digniores ſunt, eo faciliùs exaudiuntur ob neceſſitates quas Deo præſentant. Frequenter ergo, vos ò boni aduocati, cauſas agite, ſæpe orate, felices Sacerdotes; hac enim ratione peccantium cauſam vincitis & precum veſtrarum efficacia iniquitates eorum deletis.

Sacerdotes orare tenentur pro populo. *Diſt. 36. c. ſiquis. De Incōprah. Dei nat. & ad popu. hom. 79.*

[Oret,]inquit Hieronymus,[Sacerdos Eccleſiæ indeſinenter, vt vincat populus, qui ſub ipſo eſt,hoſtes inuiſibiles Amalecitas,id eſt diabolos, qui aſſiduè bellū mouēt ijs, qui piè volūt viuere in Chriſto Ieſu.]Ex illius igitur ſentētia tenētur Sacerdotes nocte dieque pro ſalute populi, fideliumque felici ſucceſſu Dominum deprecari.

Sacerdotū orati populi orationē roborat.

Non habet inferiora Chryſoſtomus, [Præſunt Sacerdotes orationibus noſtris, ob eam rem vt populi orationes quæ infirmiores per ſe ſunt,validiores illas complexæ ſimul in cœlum euchantur.]Veſtras igitur,ò pij Præſides,orationes cū populi precibus coniungite, vt illis ſimul iunctis,generalem quemdam impetum faciatis, & violentia quadam ac vi cœlos inuadatis.

Eorū preces admodum vtiles. *Gen.20.*

[Redde viro ſuo vxorem, quia Propheta] eſt,]dicebat Deus Abimeleccio regi in Geraris, [& orabit pro te Abraham & viues, &c.] Vnde euidenter colligere eſt,Sacerdotes precibus ſuis plurimùm poſſe, & ſuis illos orationibus vitam nobis conſeruare & adaugere.

Exod 17.

Quamdiu Moſes in conflictu Iſraelis cum Amalecitis,manus in altum ſuſtollebat,victores erant Iſraëlitæ; at vbi eaſdem remittebat laſſus, cedebat Iſrael & penes Amalecitas erat victoria, [Cumq. leuaret Moyſes manus, vincebat

Iſraël; ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalec.] Inſigne profectò myſteriũ, quo edocemur, quod quamdiu Sacerdotes manus ſuſtollunt, & precibus incũbunt, interea dum mundi conflictus durat, victoriam penes populum manere; at ſi eaſdem omiſerint, inimicum de populo victoriam reportare.

Sacerdotũ preces obtinent populo victoriã cõtra hoſtes.

Dicere ſolebat Demetrius, Ethnicus licet, [Quantum in bello poteſt ferrum, tantum in republ. poteſt eloquentia.] Quod barbarus ille de eloquentia, equidem potiori iure de oratione dixerim, & affirmare auſim, idq. per experientiam, quod in bello & conflictu poteſt gladius, id imo & amplius, orationem poſſe in Eccleſia.

Demetrij apophthegma. *Plut. in Vita.*

Deus in populum ſuum ſeuera caſtigatione animaduerſurus, ità populo locutus eſt, [Cerno quòd popul us iſte duræ ceruicis ſit, permitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleã eos, faciamq. te in gentem magnam.] Vnde colligere poſſumus; orationes & preces bonorum Sacerdotum diuinarũ indignationum impetum ſæpenumerò ſiſtere, impedireque, quò minus Deus peccatis irritatus populum ſuum caſtiget.

Deũ iratũ aduerſus populũ pacant Sacerdotes. *Exod.* 32. *Hieron.* *Ezech.* 27

Scriptum eſt in Leuitico, [Et rogante pro eis Sacerdote propitius erit eis Deus, &c. rogabitq. pro eo Sacerdos, & pro peccato, & remittetur ei, &c.] E duobus igitur locis diſcimus, per Sacerdotum deprecationem & interceſſionem Dei iram in populum ſuum accenſam ſæpe tolli, eaque peccatis veniam & plenariam omnium delictorum indulgentiam concedi.

Leuit. 4. Sacerdotes veniã obtinent peccatis populi.

[Abſit à me,] ait ad populũ Propheta Samuel, [hoc peccatum in Dominũ vt ceſſem orare pro vobis.] Docere nos volebat, Sacerdotũ eſſe ſemper orare, votaque & orationes inceſſanter

1. *Reg.* 12. Sacerdotes ſemper pro populo orent.

pro ſalute & incolumitate populi ad Deum deſtinare.

Sap. 18. *Hieron. Epiſt.* 12. Sacerdotum orationes Dei potẽtiã impediunt.

[Properans] ait Sapiens, [homo ſine querela deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati, oſtendens quoniam tuus eſt famulus.] Quæ verba S. Hieronymus exponens ait, Boni & pij Sacerdotis preces, potentiæ Dei repagulum obijcere, ac manus eius deuincire, cùm in populum ſuum vult deſæuire.

Eccle. 48. Sacerdotũ preces cælo imperant.

[Surrexit] ait Eccleſiaſticus, [Elias propheta quaſi ignis, & verbum illius quaſi facula ardebat. Verbo Domini continuit cœlum, & deiecit à ſe ignem terræ; ſic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis. Quibus verbis oſtendere voluit, bonorum Sacerdotum preces ignis inſtar eſſe, ardere velut faculas, & cœlo habenas inijcere, elementiſque imperare, omnigenaque mirabilia producere.

Iſaiæ 64.

Propheta Iſaias expoſtulans & conquerens, quòd ſui tẽporis Sacerdotes pro populo Deum non deprecarentur, dicebat lacrymans ac gemebundus. [Non eſt qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat & teneat te, abſcondiſti faciem tuam à nobis.] Sciebat ſcilicet Propheta, bonorum vota, preceſque Sacerdotum, populorum eſſe protectionem, & repagula quibus ira Dei quo minùs progrediatur vlterius retinetur ac coercetur.

Sacerdotum preces arma dei manu excutiũt. *Ierem.* 7.

Deus cùm in populi ſui crimina flagitiaque dignæ animaduerſionis flagello animaduertere vellet, Prophetæ dicebat, [Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi, quo

minùs

minùs vindictam ſumam] An non hinc manifeſtum ſit, bonorum Sacerdotum preces Deo arma manu excutere, illius iræ flammam exſtinguere, & impedire, quo minus omnia alicuius populi peccata ex condigno caſtiget.

[Etſi Prophetæ ſunt,] aiebat idem Propheta, & eſt verbum Domini in eis, occurrant Domino exercituum, vt non veniant, quæ derelicta fuerant in domo Domini, in Babylonem.] Ita quoque Sacerdotum, nouorum inquam Eccleſiæ prophetarum, eſt, Domino aduerſus populum ſuum indignanti occurrere, & Sacrificijs precibuſque tantum efficere, ne cœlorum furores in illum deſæuiant, vindictamque ſeueram ſumant.

Ierem. 27 Sacerdotes Deo occurrere debet precibus.

Ieremias Sacerdos & Propheta, alium Sacerdotem ſui temporis hortabatur ad orationem dicens, [Conſurge, lauda in nocte, effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini, leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, &c.] Hinc diſcant Sacerdotes, officij ſui eſſe, de noctu conſurgere, inceſſanter Deum deprecari, coram eius maieſtate ſeſe proſternere, eamque pro reip. ſalute & populi incolumitate exorare.

Thren. 2. Sacerdotes noctu ſurgant pro populo oraturi.

Ezechiel Sacerdotum Iſraeliticorum torporem, tẽporemque caſtigans, qui pro populo Deũ deprecari nõ erant, hac aduerſus eos caſtigatione eſt vſus, [Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.] Reprehendi etenim merentur Sacerdotes, qui ſe Deo aduerſus populum irato, non obijciunt, nec pro domo Iſrael ſeſe vt murum & propugnacula opponunt, nec in die prælij comparent, id eſt eo po-

Sint muru pro domos Iſrael. *Ezech. 13*

tiſſimum tempore, quo Deus aduerſus populum ſuum irritatus eſt, quo eius flagella auertant, pacem concilient, & iracundiæ illius impetum ſiſtant.

Eccleſiæ clypeus ſunt. *Cant. 4.*

Turris Dauid, quæ in canticis deſcribitur, mille circumundique clypeis & armatura omni gena extrinſecus dependenti, munita erat, [Mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium.] Turris hæc Eccleſiam figurabat, clypei verò & armatura Sacerdotes & religioſos, qui clypeorum inſtar, ac velut arma defenſiua, non verò offenſiua, ſuis Eccleſiam orationibus & quotquot eadem continentur, defendere ac protegere debent, perſecutionum impetus, mundi iniurias, & cœli flagella, ſine vllius læſione & damnoſe ſuſtinendo.

Sacerdotum preces magnæ poteſtatis. *Ezech. 12*

Deus de populi ſui iniquitate vindictā ſumere coactus, dicebat, queritans, quod Sacerdotum nullus orādo ſeſe obieciſſet, deprecatuſque eſſet vt manum auerteret, [Et quæſiui de ijs virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitò contra me pro terra, ne diſſiparem eam, & non inueni, atque ideo effudi ſuper eos mare indignationis meæ, & igne furoris mei conſumpſi eos.] Si vel vnicus Sacerdos repertus eſſet, qui Deum deprecatus fuiſſet, iram ſuam vt auerteret, populo ſuo ignoſceret, conceptam indignationem mutaret, peccantium miſereretur, miſertus haud dubiè benignus populum reſpexiſſet. Vide igitur quid non efficiat aut obtineat Sacerdotum deprecatio.

2. Mach. 3.

In libro Machabæorum duo iuuenes albis veſtiti, ſed qui hoc albo ſchemate Angelorum naturam velabant, Heliodoro templi expilatori dixere; [Oniæ Sacerdoti gratias age; nam pro-

pter

pter eum Dominus tibi vitam donauit.

Bonis Sacerdotibus peccatores gratias agant, & beneficia quæ ab illis proficiſcuntur agnoſcant; ſæpenumerò enim Sacerdotum intuitu & meritorum illorum conſideratione, ſalutem peccatoribus & vitam largitur Deus,

Peccatoribus vitam dat Deus idque propter Sacerdotũ preces.

Quapropter bene admodum conſuluit fidelibus Sanctus Apoſtolus Iacobus in Canonica ſua; [Infirmatur quis in vobis, inducat Preſbyteros Eccleſiæ & orent ſuper eum vngentes eum in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus. Orate igitur pro inuicem vt ſaluemini, multum enim valet deprecatio iuſti aſſiduæ.] Agnoſcebat ſcilicet hic Apoſtolus orationes Sacerdotum magnę eſſe efficaciæ & vtilitatis, tùm ad corporis tùm ad animæ ſalutem comparandam.

Sacerdotum preces pro sũt ægris *Iacob. 5.*

Idem deinde conſilium ſuggeſſit Apoſtolus Paulus, & ſingulos Sacerdotes in particulari adhortatur vt precibus incumbant, dicens, [Obſecro primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.] Hinc diſcite Sacerdotes omnium vos terræ ſtatuum aduocatos eſſe, omneſque omnino homines precum veſtrarum eſſe debere participes.

Sacerdotes pro omnibus orent. *1. Tim. 2.* *August. Epiſt. 59.*

[Orationi inſtate, vigilantes in ea & gratiarum actione,] ait idem Apoſtolus. Sacerdotum quoque eſt noctes & dies orationi incumbere, precibus inſtare, Deoque pro tot tantiſque beneficijs in mundum collatis, gratias agere.

Coloſſ. 4. Orēt noctu diuq́;

Ad Epheſios verò ita ſcripſit, [Galeam ſalutis aſſumite per omnem orationem, & obſecrationem, orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo

Epheſ. 6. Precibus aſſueſcãt.

vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione pro omnibus ſanctis.] Hoc Sacerdotes potiſſimum præceptum ſpectat, horum quippe eſt orationes & preces frequentare, horum eſt tam ſancto exercitio incumbere, nec ab eo vmquam deſiſtere.

Quales eſſe debeant Sacerdotũ preces. Gradu. 7. delectu gaudij opifice. Basil. in admonit. ad fil. ſpiri. tual.

Ceterùm Sacerdos orans ſit admodum circumſpectus, precando contremiſcat, & tremens precetur, vti ſuadet ſanctus Ioannes Climacus, Deoque ita aſſiſtat, vti coram iudice ſtat reus, vt tum exteriori tum interiori habitu fauorem & beneuolentiam tam ſeueri exactique iudicis promereatur. [Sta,] inquit, [in orationis prece tremens, nec aliter quàm reus iudici aſſiſtens.] Hæc vobis norma ſit, Sacerdotes, & gnomon, cumque Deum ore deprecati fueritis, coram maieſtate eius in anima veſtra contremiſcite.

Orationi accedant gaudium ac metus. Lib. 1. de orando Dum.

[Quiſquis,] inquit Chryſoſtomus, [Deum adit, multo cum gaudio, multoque rurſus cum tremore id faciat oportet. cum tremore quidem, cùm timemus, ne indigni videamur qui Deo precibus alloquamur, rurſum gaudio repleamur & voluptate, reputantes honoris & dignitatis magnitudinem, quòd Deus mortalium genus tali ac tanta ſua cura dignatus ſit, vt aſſiduè diuino colloquio frui liceat, per quòd etiam illud aſſequimur, vt & temporarij & mortales eſſe deſinamus,] & immortales quodammodo reddamur, verè quidem natura noſtra mortales, ſed colloquio conuictuque quem agimus cum Deo ad immortalem vitam tranſeuntes.] Veſtrum hoc officium eſt, Sacerdotes, veſtrum eſt hac ratione orare & duas illas paſſiones orationi veſtræ velut ſocias adiũgere.

[Quid aliud,] inquit Sãctus Bernardus, cogitare

tare debet Sacerdos intrás ad orationem quàm propheticũ illud, Ingrediar in locũ tabernaculi admirabilis vſque ad domũ Dei. Omnino ſiquidem oportet nos orationis tẽpore curiam intrare cœleſtem, illam vtiq. curiam, in qua rex regũ ſtellato ſedet ſolio, circũdante innumerabili & ineffabili beatorum ſpirituum exercitu.] Hoc vobis infigite ſpirituales animæ, & quando orationi inſiſtitis, in cæleſti vos aula, & in medio turmarum Angelicarum verſari cogitate.

De 4. mod. orādi.
Pſal. 41.

[Quanta ergo cũ reuerentia,] ait idem Pater, quãto timore, quanta illuc humilitate accedere debet, à palude ſua procedens & repens ranuncula vilis? quàm tremebundus, quàm ſupplex quàm denique humilis & ſollicitus & toto intentus animo maieſtati, gloriæ, in præſentia Angelorum, in conſilio iuſtorum & congregatione aſſiſtere poterit miſer homuncio?] Hanc vobis dignitatem, ò Sacerdotes, adfert oratio, & ratio ipſa dictat, hac humilitate opus eſſe; magna ſiquidẽ prudentia opus eſt in omnibus actionibus veſtris, ſed præſertim in oratione & precibus.

Ibidem.
Sacerdotũ oratio humilitate ſtipetur.

[Siquis.] ò Sacerdotes, ait Magnus Baſilius, corã Principe cõpareat, eiꝰq. maieſtati loquatur, intùs & exteriùs timore cõcutitur, oculi animæ internè tam attenti ſunt, quàm corporis exteriùs modeſti; idq. propter pericula quæ indignè regiam maieſtatem alloquentes manent. Quanto magis ante Deum cum timore & tremore ita conſiſtendum eſt, vt animus illi ſoli ſit intentus, & nuſquam aliò euagetur, cum ipſe non ſolum externum hominem, ſicut homines, ſed internum intueatur.] Si hæc Sacerdotes accuratiùs animo voluerent, maiorem hauddubiè in orationibus diſcretionem adhiberent.

Sacerdotes trẽmãt Deũ orantes.
Cap. 2. de inſtit. Monach.

Veniat

Veniat vobis, obſecro, Sacerdotes, in mentem eorum quæ magnus vobis Caſſiodorus repræſentat, ita quodam in loco in Pſalmos ſcribens, [In ſola religioſa cogitatione totus debet ſpiritus occupari, ne mens diuiſa, effectum nequeas impetrare, quem poſtulat. Vt enim canis venationi ineptus eſt, qui inter currendum curſum variat & diuidit, ita anima deuotioni orationique, quæ inter orandum multifariam diſtrahitur.

In Pſ. 118 Sacerdos ad orationē intentus ſit.

Meminerint adhæc Sacerdotes, ſiquando adorandum accedunt, orationem à gratiarum actione, non verò à poſtulatione eſſe inchoandam. Vnde Baſilius, [Quare quandocumque inſtituis orare, omnia, teque adeò ipſum relinquito, & ab eius glorificatione exorditor, qui omnia condidit.] Poſtquam verò ſatis hanc partem fueris proſecutus, matureque perpenderis, non animo vagabundo & huc illucque fluctuanti, neque vt Græci ſuas enarrant fabulas, ſed è Sanctarum litterarum ſcrinijs, quæ dicenda tibi ſunt depromens, hoc modo dicito: Immortales tibi gratias ago Deus meus, tum propter immenſam miſericordiam tuam, tum etiam propter ſingularem patientiam & lõganimitatem, qua hominum peccata toleras; infinitas adhæc gratiarum actiones tibi refero, quòd incredibili patientia quotidie nos peccantes tam benignè ſuſtineas, nobiſque gratiam elargiaris, mediaque ſuggeras, quibus ad pœnitentiam accedamus. Vtinam hanc magni Patris inſtructionem Sacerdotes ſequerentur, atque hoc modo vota ſua preceſque exordirentur.

Oratio ſacerdotis incipiat à gratiarũ actione, non verò à poſtulatione.

S. Baſil. c. 2. de inſti. mon. Cypriā. de orat. dom. Ambr. l. 6. de Sacra. c. 5. Bona. in ſpec. diſcip. c. 6.

Lachrymæ quoque orationem Sacerdotum ſemper

ſemper comitentur, & gemitus eandem præcedant; nam vt S. Bonauentura dicebat, [vtere lacrymis ad rectè orãdum, antequam quidquam petas, oratione enim lacrymantis magnopere Dominus delectatur:] O ter felices Sacerdotes, quibus eodem momento oculis proſiliant lacrymæ, quo preces ore & animo proficiſcuntur. Lacrymæ preces comitentur. *In regn. uitior. c. 7. et in Spec. diſcip. c. p. 2. & Nil° c. 6. de orat. Grãan 4. de obed.*

Præter lacrymas, oranti etiam, teſte Climacho, neceſſaria imprimis eſt animæ tranquillitas; opus inquam eſt, ſpiritum eſſe ſtabilem & quietem, intellectum imperturbatum, cogitationes collectas, cor vacare perturbationibus, cerebrum tumultu, omnemque animæ ſtatum ab omni bello & inquietudinem immunem eſſe. Tunc enim potiſſimum dæmones maiori impetu ac violentia animam aggrediuntur, cuiuſque propoſitum diſtrahere & euertere moliuntur, cum nimirum ad orandum ſe accingit. Nec omnino hoc conſilium à ratione alienum, ipſa enim quies & animi tranquillitas, orationis eſt anima. Spiritus quies orãdi neceſſaria.

[Habent enim, [inquit Baſilius,] morem hunc dæmones, vt faciendæ orationis temporibus, per ſpecioſam aliquam laudabilis cauſæ alicuius ſimulationem, nobis ſedulò auctores ſint, vt ab ea nos ſeducamus.] Hæc cogitate Sacerdotes, orationique intenti & attenti omni ratione ſatagite, ne mẽs veſtra inter orandũ deuagetur. Diaboli turbant orantem. *Lib. de ab dic. ſaculi. Iſido. l. de ſum. Bon. Gre li. 10, Mor. c. 17*

Vt igitur inimicorum horum vis infringatur, oportet orationem nec nimis timidam, neu nimis etiam audacem eſſe; illæ enim extremitates noxiæ ſunt; illa ſiquidem puſillanimitatem includit, hæc præſumptionem & temeritatem; medium porrò eſt neceſſariũ. [Quæ enim fidelis & humilis & feruẽs oratio fuerit, cælũ ſine dubio Oratio nimis timida nõ ſit. *Bernard. ſerm. 4. de quadrag.*

penetra-

penetrabit. Vnde certum eſt, quòd vacua redire non poterit.] Non oportet ergo Sacerdotem in orando adeò timidum eſſe, quin ad propriam infirmitatem prius habito reſpectu, non ſimul etiam oculos in diuinam illam maieſtatem conijciat, ac cogitet à miſeriarum noſtrarum abyſſo, miſericordiæ illius abyſſum inuocari.

Sacerdotũ oratio terribilis. *De cõſid. l.4.*

Præterea oratio quæ ad maieſtatem illam funditur, quàm terribilis eſt, quantumque metum hoſtibus incutit & præſertim oratio Sacerdotalis? [Timeat igitur] inquit Bernardus, [tuam,] ô Sacerdos, [orationẽ qui admonitionẽ cõtempſit Cui iraſceris Sacerdos, Deũ ſibi iratũ, nõ hominẽ putet. O peccatores, qui Sacerdotibus benè monentibus auſcultare detrectatis, eorum ſaltem orationes ac preces pertimeſcite.

Oratio ſit importuna. *Caſſian. coll. 9. c. 33. Gregor. lib. 1. Epiſt. 2.*

Ceterum ad benè orandum requiritur etiam importunitas, imo penitus ſic illa neceſſaria eſt, & quamuis aliam præter hanc, virtutem non poſſideremus, & mentis prorſus eſſemus inopes; diuites nos verè dicere poſſemus ob importunitatem, atque ita per eam quidquid demum ſit obtinere; vtpote, ob quam ſolam, daturum ſe Dominus, quidquid oratus fuerit in Euangelio repromittit. Importunitatem igitur ſaltem induamus, Sacerdotes, ſi aliud non poſſumus, cùm ſine vlla moleſtia & meritò hanc obtinere poſſimus, cumque ipſa à ſolius voluntatis potentia dependeat.

In oratione perſeuerandũ. *Serm. 230. de tẽpore.*

Per importunitatem autem, aſſiduitatem orandi intelligo: oratio enim quæ perſeuerans eſt, nos Deo coniungit, atq. ita gaudens aſſiſtere ſe Domino gloriatur. Anima porrò mea, inquit Auguſtinus, vbi Deo ſe coniunctam ſenſerit, ſecura eſſe incipit, libereque reſpirare ac pa-

ce perfrui. Quid enim noceat animę aut quæ illi poteſtas aduerſetur, quæ [habitat in adiutorio Altiſſimi,& in protectione Dei cœli commoratur.] Aſſiduè igitur, ò anima, Deum deprecare, nec deſiſte; ita enim maieſtati illius approximas, & ab hominum conſortio recedis, cœlo te inſeris, & à terra te ſubleuas.

Denique in orando violentiam adhibete Sacerdotes, orari enim vult Deus, cogi & importunitate quodammodo ſuperari; ideo enim dictũ eſt, [regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.] Eſto igitur in precibus tuis importunus, & aſſiduus; vide ne in deprecando deficias, ſi is quem oras te audire fingat, raptorẽ age, violentiam indue, vt regnũ cœlorum arripias, vim adhibe, vt & ipſos planetas tibi obſecũdare cogas. [Quid hac violentia] inquit Gregorius, [locupletius? quid hac glorioſius violẽtia? bona violentia eſt qua Deus nõ offenditur, ſed placatur, proximus nõ lęditur ſed iuuatur, peccatũ nõ augetur, ſed imminuitur.] vtilis & bona eſt violẽtia, ò Sacerdotes, qua nõ bonum aliquod breui periturum, ſed regnum, quod finem non habebit at delicijs & diuitijs redundabit, quæritur.

Deus precibus importunis vrgeri vult.

In Pſal. pœnit.

[Importuni erga Deum eſtote] Sacerdotes, dicebat Baſilius, [ſolum regnũ cœlorũ ab eo poſtulate, atque vt promiſit, cetera omnia adijcientur vobis: eſt enim opulẽtiſſimus, rexq. ille auguſtiſſimus indignatur, ſi quid aut maieſtate illius indignũ, aut exigui momẽti ab eo petieris. Noli igitur tibi illũ oratione tua iratum facere, ſed ea petito tibi quæ digna ſunt & Rege & Deo; hæc autem petẽs ab eo ne prius receſſeris, quàm quæ petis impetraueris.] Duo hic cõſiderãda veniunt Sacerdotes, primum à Deo poſtulanda eſſe, quæ

De conſt. Monaſt. cap. 2.

Sacerdotes Deum precibus fatigent.

quæ maieſtatem illius dare non dedeceant, deinde precibus importunioribus illum vrgendum.

Ho. in Matth. Iudit. q. 5 inter varias.

Sẽper orate, [ait idem Baſilius,] ſiue comeditis, ſiue bibitis, ſiue quid facitis, omnia ad Dei gloriam facite, accumbentes menſæ orate eſitantes panem, largitori gratiam rependite. ſi rebus veſtris viuitis contenti, nolite tantorum beneficiorum auctoris obliuiſci, veſtes induitis? gratias agite ei, qui eaſdem conceſſit: efficite vt charitas in cordibus veſtris ſuccreſcat erga eum qui veſtes illas dedit, tũ ad calorẽ & æſtum propulſandum; tum ad frigoris iniurias pellendas, quibus & vita veſtra conſeruatur & verecundia tegitur. Dies elapſus eſt? agnoſce quantopere illi obligatus ſis, qui nullo tuo merito ſolem tibi dedit in faciem, & adhæc ignem conceſſit qui noctu tibi luceret; & in reliquis tibi vitæ commoditatibus opem ferret.

Deus aſſiduè orandus,

Dignam hanc inſtructionem ſequimini Sacerdotes; hæcque exercitia ad vſum reuocate, Deum inquam aſſidò deprecemini, inque omnibus actionibus veſtris preces intermiſtæ veniant.

Sacerdotes ſẽper orent.

Ambr. l. 3. de virgin.

Audite & alium Patrem Ambroſium ſi benè memini dicentem, [ſi Propheta dicit, ſepties in die laudẽ dixi tibi qui regni neceſſitatibus erat occupatus, quid nos facere oportet, qui legimus, vigilate & orate ne intretis in tentationẽ. Certè ſollennes orationes cũ gratiarũ actione ſunt deferendæ cùm à ſomno ſurgimus, cũ prodimus, cùm iter aggredimur, cũ cibum paramus ſumere, cũ ſũpſerimus, cũ denique cubitũ pergimus Sed etiã in ipſo cubili volo pſalmos cũ oratione Dominica frequenter contexos viæ, vel cũ eui-

gilaue-

Digitized by Google

gilaueris, vel antequam corpus ſopor irriget, vt te in ipſo quietis exordio, rerum ſecularium cura liberum, diuina meditantem ſomnus inueniat.] Sanè ſi reges rerum temporalium onere preſſi & regni gubernatione diſtenti, ſepties de die laudem dicant, Deumque deprecentur, Sacerdotes qui ab omni occupatione liberi ſunt, omni memento genua flectere, Deumq. nulla non hora obſecrare oportet.

[Oportet,] inquit Chryſoſtomus [& ſtratis relictis diuino cultu præuenire ſolis exortum, & cùm ad mēſam accedimus, & cū nos ad nocturnam quietem recipimus. Quin & omni hora Deo orationem aliquā offerre oportet, vt orandi curſus diei curſum æquet. Cæterum hyberno tempore decet etiam noctis maximam partem precibus impendere, ac flexis genibus multo cū trēmore inſtare deprecationi; hoc ipſo nos beatos exiſtimantes, quod Dei cultui vacamus.

Ante aurorā ſurgendū ad Deū orādum.

Lib. 1. de orando Deo.

Hanc orandi regulam adhibete Sacerdotes, diuinamque maieſtatem noctu diuque deprecemini, ac magnum tum vobis honorem fieri credite, voſque verè felices putate, ſi hoc illi offerre obſequium poſſitis.

Dic mihi, ait idem Chryſoſtomus, qua fronte ſolem intueberis, niſi prius adoraueris eum, qui tibi tantum bonorum largitur & ſuppeditat; qua ſpe noctu cubitum ſecedes? quibus in ſumnijs fatigaberis? quæ tibi occurrent plantaſmata & ſpectra, niſi prius precibus te cōmunieris; ſed è contra inſtar bruti ſine vlla præparatione & inermem te ad dormiendum componas? Inferre igitur vult, Sacerdotem hūc Sacerdotum honore indignum eſſe qui vel ſomno ſurgit, vel ad dormitandum ſecedit, Deo precibus non

Ibid.

Sacerdotes Deū orēt ſurgentes & cubitum ſecedētes.

Laudes orationis. ſalutato. Eia igitur, Sacerdotes, precibus incumbite, orationem confectemini, orate aſſiduè, mementote, orationem, iuxta Chryſoſtomum, magna eſſe arma, magnam ſecuritatem, magnum theſaurum, magnum portum, refugij locum, modò ſobrij & mente collecta, & aduerſus omnem inimicorum impetum armata ad Deum exorandum accedamus. Orate igitur, Sacerdotes. Orate, inquam, aſſiduò, cùm per orationem armati ſitis, extra omne periculum conſtituti, ſemper diuites, & in loco tuto ac ſecuro ambulantes.

Sorm. 22. ad fratres in erem. O ſancta oratio, exclamat Auguſtinus, columna ſanctarum virtutum, Deitatis ſcala, viduarum maritus, angelorum cognata, fundamentum fidei, corona religioſorum, coniugatorum ſpes. Beatus qui te diligit, beatior qui te frequentat. Beatus qui te complectitur, beatior qui te gubernat. Beatus & millies beatus, qui lacrymas tibi ſocias addit, neq; enim dubitamus, quin adeò ſanctum & immaculatum holocauſtum Deo longè gratiſſimum ſit. O mirabilia paradoxa; Sacerdotes! Oratio virtutum fulcrum eſt, fidei baſis, Angelorum conſanguinea cœlorom ſcala, atque omnium mortalium ſpes. Quis igitur toto illam corde non complectatur, omniaque deſerat, hanc vt inueniat?

Inſignia orationis epitheta.

(..)

CA-

CAPVT XI.

De Sacerdotum lacrymis.

DEus cùm Angelo exterminatori præciperet, vt vniuerſalem quamdam per vrbem Ieroſolymitanam ſtragem ederet, inhibuit tamen, eos ne tangeret, qui gemerent; ſed ſigno Thau eorum frontes ſignaret, & neci eriperet dolentes, cor cōtritum, & lacrymis oculos ſuffuſos habentes. [Tranſi per mediam ciuitatem, in medio Ieruſalem: & ſigna thau ſuper frontes virorum gementium & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quę fiunt in medio eius.] Myſticum profectò auguriū, at certum, Sacerdotes qui lacrymantur, & ob peccata populi luctum induunt, ſequeſtratos & ſegregatos à perſecutionibus infernalibus liberari, vt tandem aliquando ſaluentur, ad gloriam prædeſtinati. *Ezech. 9.* Lacrymę prædeſtinationis ſigna.

Regius Pſaltes hanc cordam tangens, vt qui lacrymis innutritus erat, in ſui conſolationem dicebat, eos [qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metere, euntes ire & flere mittentes ſemina ſua, venientes autem venturos portantes manipulos ſuos.] Dicere volebat & aſſerere, Sacerdotes imprimis, qui in fletu & gemitu diuini verbi ſemina in mundi huius agro ſeminant, cum riſu & gaudio fructum & compenſationem eorum in altero ſæculo collecturos. Qui in lachrymis ſeminant, in gaudio metent. *Pſal. 125.*

Ardens ille ſponſus in Canticis amatæ ſuæ perfectiones referens, inter ceteras ait, oculos eius eſſe ſicut piſcinam in Hiſebon, quaſi diceret; inter ceteras perfectiones & gratias eius hoc eminere, quod aſſiduè ploraret, illiuſque oculi torrentium & piſcinarum inſtar, continuò lacrymas effunderent. Cant. 7.

Sponſa hæc Eccleſiæ figura fuit, myſteriumque aliud nihil includebat, quàm non poſſe Sacerdotes & Prælati, qui Eccleſiæ ſitius oculi ſunt, maiores inſigniorêſque perfectiones habere, quàm ſi ſemper lacrymentur, & è ſuis oculis fontes quoſdam lacrymarum emittant.

Optima Sacerdotis dos eſt fletus.

Veteres Hebræi in Babylonicam captiuitatem abducti iuxta flumina conſidentes, organaque ſua è ſalicibus frugiperdis ſuſpendentes, amariſſimè lamentabantur; quotieſcunque iucundiſſimæ patriæ recordarentur: [ſuper flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus dum recordaremur tui Sion.] Ad horum exēplum Sacerdotes & fideles, qui dira omnes captiuitate sub mundi huius tyrannide detinentur, non aliter reſpirare niſi gemiſcendo, non aliter loqui niſi lacrymando oporteret, omneſque voluptates & delicias mundi huius contemnendo, fletu madeſcere, quotieſcumque iucundæ beatiſſimæ cælorum patriæ animo obuerſatur memoria.

Pſal. 138.

Cœli memoria lacrymas excutere deberet.

Canticorum ſponſa, vbi ver iam adueniſſet, & aues minurire inciperent, audiuiſſe ſe ait turturem cantillantē in terra ſua, & mirabilem ſe è cantu eius voluptatem percepiſſe, [Vox turturis audita eſt in terra noſtra.] Triſtis & lugubris auis huius cantus ſymbolum eſt vocis & vitæ iuſtorum: at præſertim Sacerdotum, qui caſtorū: turturum inſtar aliud in hoc mundo carmen cantare non debent, quàm plauſtrum triſtitiæ, fletuum & dolorum, ob propria peccata lamentantes, & ob aliena dolore ſeſe conficientes; atque vox hęc Deo gratiſſima eſt & acceptiſſima; cùm in terris Eccleſiæ exauditur.

Sacerdotū vox ſimilis ſit cātui turturis.

Can. 2.

Ezechias rex dum in lecto æger decumberet, Prophetā ſuum ad eum Deus deſtinauit, qui diceret,

Lachrymæ Ezechiç ſalutē illi attulere.

ceret, [Audiui orationem tuam, & vidi lacrimam tuam,& ecce ſanaui te,die tertio aſcendes in templum Domini.] O mirabilia! vnica Regis huius lacrima ſalutis eius eſt cauſa, ſanitatemque ei attulit,quid nō facient igitur infinita ſuſpiriorū millia, & lacrimarum flumina? vos igitur Sacerdotes, qui reges eſtis,lacrimamini, fletuum efficite diluuium, ita enim omnium delictorum veſtrorum veniam,animarum ſanitatem, & proximi ſalutem obtinebitis. *4.Reg.20.*

Angelus Raphael,cùm detecta perſona,quis verè eſſet,Tobię aperiret, ait [Quando orabas cum lacrimis,& ſepeliebas mortuos,ego obtuli orationem tuam Dominò.]Quę verba dum attentius conſidero,hinc efficere volo,Sacerdotes dum orationes ac preces ſuas lacrimis interciūt & permiſcent,Angelos eas confeſtim Deo offerre;vnde apparet infiniti illas valoris eſſe. *Tob.12.* Angeli orationes Deo offerunt quas lacrimę comitantur.

Iuſtus Raguel Sarę Pater,cùm Angelus cum eo de filiæ coniugio ageret, & multa vltro citroq; dicta eſſent,tandē ait,[Non dubito,quòd Deus preces & lacrimas meas in conſpectu ſuo admiſerit.] Vt hoc in rem meam trahā, dico non debere Sacerdotem dubitare, quin Deus ſtatim orationes & preces illius ſit exauditurus, quando cum lacrimis illum deprecatur.

[Beati qui nunc fletis,] ait Dominus in Euāgelio, [quia ridebitis, & triſtitia veſtra conuertetur in gaudium.] Vobis haud dubiè Sacerdotes, Dominus locutus eſt, beatoſque vos pronuntiat ſi hoc in mundo ploretis, nam in lacrimarum veſtrarum compenſationem æterno gaudio perfundemini. Beati qui hoc in ſęculo plorant. *Luca.6.* Sacerdotes lacrimantes

Ieſus Chriſtus Pontifex ſecundum ordinem Melchiſedech quo ad ęternitatem, & ſemel ſe- Miſſam celebrēt

 cundùm

Hebr. 5. cundum ritum Aaron, cruentum crucis ſacrificium Patri æterno offerens, cum lacrymis & incenſo clamore idipſum obtulit, [Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationesque ad eum qui poſſit illum ſaluum facere à morte: cum clamore valido & lacrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia.] Vt ſignificaret, Sacerdotes, qui illius ſunt vicarij, idem offerentes ſacrificium, at non eodem prorſus modo, lacrymis id & precibus proſequi debere; contritio quidem corde, & lacrymæ oculis proficiſcentes, gratum Deo ſacrificium eſt.

Pſal. 6. Ploret & orent noctè dieq;. Dixit olim prudens ille rex, [Laboraui in gemitu meo lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo.] Idem omnino repetat Sacerdos, imò verò idem imitetur, atque integras noctes orando lacrymandoque traducat.

Pſal. 101. Plorent ſua & aliorum peccata. Cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam,] ait idem vates. Sacerdotes qui in Euangelio pluſquam Prophetæ dicuntur, hoc viuere ritu oporteret, nec alium manducare panem quam pœnitentię, cuius figura ſunt cineres, & potionem ſuam fletu, lacrymis & ſuſpirijs temperare; aſſiduò inquam & propria & aliena peccata deplorare.

Ierem. 9. Hoc verò ritu rationeque viuebat Sacerdos & propheta Ieremias, dicebatque lacrymans, [Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei?] Sacerdotum & Religioſorum eſt nocte dieque deplorare interitum Mortem peccātiū. exitiumque eorum, quos Satan aut peccatum in populo dira morte interemit.

[Accingi-

[Accingite vos & plangite Sacerdotes, vlulate miniſtri altaris, ingredimini, cubate in ſacro miniſtri Dei mei, Perijt ſacrificium & libatio de domo Domini] Hic Sacerdotes docētur aſſiduè lacrymari, magna animi pietate Deum deprecari, & pęnitentia membra edomare, cum præſertim deuotio & zelus populi in Eccleſia exſtincta eſt, vtpote quæ vera & ſpiritualia ſint ſacrificia.

Ioel. 1.

Populi tempore.

[Inter veſtibulum & altare plorabunt Sacerdotes miniſtri Domini, & dicent, parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes.] Bonorum hauddubiè Sacerdotum eſt & zelo accinctorum, in altari & in templis aſſiduè lacrymari, populique bonum, ſalutem & quietem tranquillitatemque à Deo depoſcere.

Ioel. 2.

Pro populo ploret Deique opem expoſtulet.

Ipſæ namque lacrymæ & fletus arma ſunt & vmbones Sacerdotū, vt ait Ambroſius, [Affligi,] inquit, [poſſum, lacrymari poſſum, ſuſpirare poſſum & ingemiſcere aduerſus Gothos inimicos noſtros: lacrymæ meæ arma ſunt; talia .n. munimenta ſunt Sacerdotis; aliter nec debeo nec poſsū reſiſtere.] Sacerdotis igit͛ eſt ſub lacrymis belligerare, aliter verò qui reſiſtit, militē ſapit.

Lacrymę Sacerdotū arma.

Poſt Epiſ. 32. l. 5. in orat. cont. Auxent.

[Boni Sacerdotes,] inquit Iſidorus, [populi debent delicta deflere, & totos ſe planctibus tradere, ad exemplum Ieremiæ prophetæ dicentis, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum & plorabo die ac nocte interfectos populi mei?] Adeò vt ad Sacerdotes ſpectet, iniquitates & crimina reip. non ſecus ac propria deflere, vt eorū compaſſione tāgatur, nō verò vt ſeuero in eadem flagello animaduertat.

23. q. 8. c. conuenior §. ergo.

li. 3. de ſū. bon. c. 96.

Populi peccata ſacerdotes defleant.

Sacerdotes iuſti, ait Caſſianus, cùm cogitant

Collat. 23. c. 20.

illa quæ in mundo eueniunt, & quæ in corde proprio, ſeſeque ſentiunt terrenarum cogitationum pondere prægrauatos, ab illa mentis puritate decidere, quin & ſe interdum inuitos, imo & inſcios in legem peccati & mortis præcipites ruere, atq; illa diuina præſentia fruſtrari; habẽt profectò pro quibus ad Deum iugiter ingemiſcant, ſeſe humilient, ac peccatores cõfiteantur, veniam cõmiſſorum expetãt, gratiã Dei implorent, & iugiter veras pœnitentię lacrimas effundãt. Sanè hæc qui maturè perpẽderit Sacerdos, non ingemiſcere non poterit, & lacrimis totus madeſcere, ac diluuium fletuum oculis eijcere.

Plorare Sacerdotes debẽt vbi ſe ipſos cõſiderarint. *Ibid. & c. 17. Pſal. 141.*

Ideo quoque omnes ſãcti, ait idem, quotidianis ſuſpirijs pro hac ſubſtantiæ ſuæ fragilitate compuncti ingemiſcunt, cumque diuerſitatem cogitationum ſuarum conſiderare cæperint, & omnes conſcientiæ angulos excutere, ſuppliciter clamãt, ne facias iuſtitiam Domine, [ne intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens.] Sãctorũ eſt, Sacerdotum iuſtorum eſt hoc modo vitam inſtituere, quotidieq; mundi delicta deplorare.

Peccata excipientes plorare debẽt. *1. Cor. 2. Burchar. l. 19. c. 2. cũ ſeqq. ex D. Auguſt. & Bonau. in Cõfeſſion.*

Quàm verò lacrimæ Sacerdotibus conueniant, etiam dum confeſſiones excipiunt, exponit Auguſtinus, dicens, [Quandò presbyteri audiunt confeſſiones, humiliare ſe debent, & cum triſtitia, gemitu lacrimiſq. orare non ſolum pro ſuis delictis, ſed etiam pro fratris caſu. Dicit enim Apoſtolus, quis infirmatur, & ego non infirmor? Sacerdotum igitur eſt, peccatores dum vſque ad mortem infirmi ſunt ijs compati, ſimul infirmari, & dolorem ſuum lacrimis teſtari.] Qui vero peccatis auditis non lacrimatur, ære & adamante durior eſt.

Sacer-

Sacerdos igitur, vt ſuadet Auguſtinus, cùm ad peccatorum confeſſionem excipiendam ſe accingit dicat, [Omnipotens & miſericors Deus, mei peccatoris miſerere, vt benignè tibi gratias agam, qui me ad Sacerdotalem dignitatem vocare dignatus es, meque indignum & miſerum, mediatorem & intercelſorem pro peccatis & pœnitentibus conſtituiſti, quique omnes ſaluari & ad veritatis cognitionem venire deſideras, qui non vis mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat; hodie vota mea & deprecationem, quam pro peccatoribus peccatricibuſque, pænitentiam amplectentibus effundo, exaudi, veram ijs contritionem impertire, plenam abſolutionem concede, & fidelem ſatisfactionem tribue, vt generalē per te obtinere miſericordiam mereantur.] Sancta & pia hæc oratio Sacerdotes decet dignaque eſt ſæpius repeti.

Ibid. cum alijs. Oratio Sacerdotis antequā confeſſiones audiat.

Scribit ita de sācto Ambroſio Paullinus, [Beatus Ambroſius ita ſolitus eſt flere, dum in confeſſione peccata alterius audiret, vt etiam peccatorem confitentem in lacrimas deduceret; lapſus enim alienos vt ſuos deflebat.] Egregium hoc omnibus Sacerdotibus exemplum, vt dum ſcilicet in ſpiritualis iuſtitiæ tribunali conſident, crimina peccatorum & offenſas excipientes, ſemper ſuſpirent, ingemiſcant, & pias compaſſionis lacrimas effundant.

S Ambroſius excipiens cōfeſſionem ſēper plorabat.

Idē quoq. exomologeſin aliorū excipiendo dicere cōſueuerat, [Sciebā Domine me indignū eſſe qui ad Epiſcopatū eligerer, quia mūdo totus deditus erā, & rebus ſæcularib⁹ immerſus: quia tamē tua gratia sū id quod sū, & sū omniū Epiſcoporū minimus, & quoad merita poſtremus; tamē quia & ego laborē aliquē pro Eccleſia tua

Eiuſdem præparatio ad cōfeſſiones excipiendas.

ſancta ſuſcepi, hunc fructum tuere, ne quē perditū vocaſti ad Sacerdotiū, eū Sacerdotē perire patiaris.] Sancti hæc Præſulis meditatio exēplo ſit omnib. Sacerdotib. ſui vt rationē habeāt, ſeſeq. cōſiderēt, quādo velut iudices in rerū criminalium conſcientiæ tribunali conſeſſuri ſunt.

In vita S. Ambroſ. *Abd.* 1. Eſt enim ſumma virtus vt cōdolere norimus peccantibus affectu intimo, [vt tradit Paulinus, ſcriptum eſt enim apud Prophetam, [Non lętaberis ſuper filios Iuda, in die perditionis eorum, & non magnificabis os tuum in die anguſtiæ. *Lib. 2. de pænit. c. 8.* Ideo,] dicebat Ambroſius, [ſemper compatiar, cùm aliquod mihi peccatoris crimen fuerit reuelatum, non illum inſolenter calumniabor, non ſuperbè illum reprehendam: ſed piè illum conſolabor, quod & lacrymis teſtabor. Plorabo enim ad vſque ſatietatem, vt deplorans alios, meipſum deplorem dicens, Magis Thamar iuſtificata eſt quàm ego.] Sanctum hunc Sacerdotem imitemini Sacerdotes.

Sacerdos peccātib. compatiatur.

S. Auguſtinus fleuit audiēs cantum Eccleſiæ. [Quoties & quantū,] teſtatur de ſe Auguſtinus, [fleui in hymnis & canticis ſuauis ſonitus Eccleſiæ tuæ vocibus acriter cōmotus? modulationes illę, voceſq. per aures ingrediebantur, tua verò veritas tangebat cor, atq. hinc deſideriū & mens ad pietatem, & oculi parabantūr ad lacrymas.] *Lib. 9. Cōfeſſ. c. 6.* Egregia vobis doctrina Sacerdotes, vt quādo iucūdā Pſalmorū harmoniā auditis, eodē momēto quo voluptas ꝑ aures ingreditur, ipſa interna pietas cordis ad lacrymas vox excitet.

Serm. 30. [Seminemus,] ait mellifluus Bernardus, [hominibus bonū exēplum per aperta opera, ſeminemus angelis gaudium magnū per occulta ſuſpiria.] Dicere vult actionibus noſtris ædificari homines, & fletibus noſtris recreari Angelos.

Lacrymæ noſtræ Angelos lætificāt.

[Beati

[Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur,] ait Saluator, beatitudines recenſens. Beati igitur Sacerdotes ſunt, qui oculos in eum duntaxat vſum habent vt plorent; cor, vt ſupiret; os, vt ſingultiat; linguam, vt vota effundat. *Matth. 5* Beati qui lugent.

[Beatus Sacerdos,] ait ſanctus Nilus, [qui ſtudioſè & conſideratè luctum quærit, & lacrymas in hac vita, tamquam pretioſas margaritas fundit in conſpectu Dei.] O paradoxa! mundi huius gaudia, adulterini smaragdi ſunt, & lacrymæ veræ margaritæ. *De orat. cap. 63.* Sacerdotũ lacrymæ gemmæ ſunt corã Deo.

Iterum [Beatus, cuius anima velut arbor nuper ſata crebris gemitibus ac lacrymis, tãquam oportunis auris & aquis fouetur & irrigatur: beatus inquam, qui bonos cogitationum ſuarum ſucculos orationibus & lacrymis irrigat ac fouet, vt gratos Domino fructus in tempore ſuo ferant.] Neque enim tantum aquæ & flabra ſurculis, quantum ſuſpiria & lacrymæ animabus noſtris proſunt. Donũ lachrymarũ beatitudo eſt. *Nilus cap. 67. de orat.*

[Sacerdos,] ait Beatus Ephrem, [qui luctum amplectitur, haud facilè peccabit; & qui cordis vacat cõpunctioni; nõ cogitat malum.] Et verè ita ſe res habet, ea animæ enim afflictione naſcũtur lacrymæ, & in medio lacrymarum inualeſcere nequeunt prauæ concupiſcentiæ, earũq. adminiculo vitiorum habenas infringimus. *De vit. ſpir. c. 49.* Sacerdos qui aſſiduo plorat, rarò offendit.

Quid cogitas Sacerdos, qui famulus es æterni Domini? quare non ploras? cur non cogitas, lacrymas tuas eſſe ſpongiam tuorum & populi peccatorum, & magnam earumdem virtutem eſſe? hæc Chryſoſtomus. Quis non igitur lacrymis indulgeat, quis habenas fletui non laxet, cùm tanta lacrymarum ſit virtus & efficacia? Sacerdotis lacrymæ ſpongia delictorũ populi. *Sup. Pſal. 50.*

O beatos Heraclitos! ò verè felices lacry-

In med. bene viuẽdi ſerm.9. Lacrymæ animam noſtrã illuminant & ſecurã præſtant.

mantes! [Tunc] ait Bernardus, [anima illuminatur, quando ad lacrimas compungitur, lacrimę apud] Deum ſemper nobis dant fiduciam magnam] Inceſſanter igitur plorate oculi mei, cùm flumina veſtra tantam mihi incedenti lucem & gratiam, tantamque apud Deum mihi ſecuritatem adferant.

Qui non plorat inſenſibilis eſt.

In Pharet. lib. 2. 18. cap. ex D. Bernar. ſerm. 3. de quod

E contrariò qui non lacrymatur, præſentis ſæculi miſerias non ſentit, nec ad futura bona aſpirat. [Si enim,] teſte D. Bonauentura, [Non plangis, non ſentis animæ vulnera, conſcientiæ læſionẽ: ſed nec futura ſatis gaudia concupiſcis, ſi non quotidie poſtules ea cum lacrimis.] Dies igitur meos in fletu cupio traducere, & toto vitæ tẽpore me lacrymis dedere, cùm per eaſdem animæ paretur ſalus, ſine ijs verò ſempiternam illa damnationem incurrat.

Lacrymæ Dei donũ

De luctu gaudij opific. grad. 7

Sæpe ad nos venit Deus etiam non vocatus, ait S. Climacus, ſpongiamque amoris ſui, cæleſtiſque cuiuſdam refrigerationis nobis concedit, quæ dulcis piarum lacrimarum aqua eſt, quibus è conſcientia omnes peccatorum maculæ eluuntur, hæc igitur oculis ipſis nobis ſit carior. Is enim abſque metu ruinæ eſt, qui ex mortis ſcelerumque memoria genas ſuas viuentium aquarum perpetuis imbribus rigat. Metus ergo mortis, peccatorum propriorum horror, iudiciorum formido, ac tormentorum infernalium apprehenſio, verè lacrimandi occaſio ſunt.

Sẽper cũ lacrymis orãdum.

Lib. 3. de ſum. bon. cap. 7.

Eia igitur beati Sacerdotes, recordemini, eſſe vobis ſemper cum lacrimis orandum. Numquã enim, inquit Iſidorus orationi inſiſtendum, niſi adſit lacrima: nam ipſa ſcelerũ memoria quamdam triſtitiam generat. Cùm enim Deum deprecamur, peccata commiſſa in memoriam re-

uoca-

uocamus, ac tum longè meliùs agnoſcimus eſſe nos multorum criminum reos. Ideoque cùm Deo aſſiſtimus, gemere & flere debemus, reminiſcentes quàm grauia ſcelera commiſerimus, quamque dira inferni ſupplicia quæ timemus. Monitionis huius memento anima mea, & quotieſcumque ad Deum, orandi cauſa acceſſeris, infernalium ſuppliciorum magnitudinē quam primum in memoriam reuoca; recordare quoque præteritorum criminum, atque poſt hæc omnia, diluuium lacrimarum comitetur.

CAPVT XII.

De horis Canonicis Sacerdotum.

SAcerdotibus omnibus ex officij ratione in conſcientia incumbit quotidie horas Canonicas legere, velut ſancta quædam exercitia à Spiritu ſancto inſtituta, ab Eccleſia approbata, à Concilijs ſtabilita, & in ſacris litteris fundata. [Septies in die laudem dixi tibi,] aiebat Pſalmographus. Septem illæ vices, quibus pius ille rex ſe orationi dabat myſticè iam tum deſignabant ſeptem horas canonicas, Matutinam, primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperas & completorium, ad quarum recitationem obligati ſunt Sacerdotes.

Sacerdotes tenentur Breuiarium recitare.

Horæ ſacræ in S. Scriptura fundatæ.

Pſal. 118.

Dauid potens ille rex, à negotiorū regni moleſtijs ſeſe interdum de die expediens; Deo vacaturus magna pietatis teſtificatione dicebat, [Mane,] Deus meus, [oratio præueniet te, &c. & in matutinis meditabor in te,] id eſt ſummo mane ad orandū lectulo exſurgam, Deumque prius quā ſol eluxerit deprecabor. Si regis huius

Spiritualia exercitia Dauidis.

Pſal. 87.

Pſal. 62.

tanta

tanta fuit pietas, ſuas vt quotidie matutinas recitaret, multo amplius ad eaſdem Sacerdotes tenebuntur.

Pſal. 140. Veſperarum mẽtio in S. Scriptura

Idem quoque dicebat, [Eleuatio manuum mearum Sacrificium veſpertinum.] Hic videtis Sacerdotes pietatis & orationum veſtrarum originem, ac præſertim veſperarum.

Gen. 33. Septies adorauit Deum Iacob.

S. Patriarcha Iacob fratris ſui rabiem & occurſum reueritus, [Deum adorauit pronus in terram ſepties.] Ad Patriarchæ huius exemplum, omnes Eccleſiæ Sacerdotes, Satanæ iurati eorum inimici formidine compulſos coram Deo ſe proſternere oportet, ad eum preces dirigere, idque ſepties de die, per omnes nimirum horas canonicas.

Exod. 33. Horæ canonicæ 7. collatæ 7. lucernis tabernaculi.

Præcepit Moſi Deus, vt in medio tabernaculi ſeptem aſſiduò lucernæ collucerent, [fecit & lucernas ſeptem cum emunctorijs ſuis.] Figuræ veritatem Deus vt compleret, in nouo teſtamento etiam præcepit, ſeptem vt quotidie lucernæ igne deuotionis in medio Eccleſiæ collucentes apparerent; per quas lacernas nil niſi horas Canonicas intelligere oportet.

Cæremonia in Aaronis cõſecratione. *Leuit.* 8.

In Aaronis Pontificis inauguratione, Sanctificationibus ſolemnibus peractis ac præmiſſis, ſepties altare conſpergebatur [Cumq. ſanctificãs aſperſiſſet altare ſeptem vicibus.] figura hoc erat, quæ in nouo teſtamento erat complenda, in quo Sacerdos poſt ordines acceptos, inter ceteras, quibus obligatus eſt leges, corde ſanctificato, ſepties altare conſpergere tenetur, id eſt ſepties de die Deum orare, & horas ſuas iuxta altare, in choro vel templo recitare.

Hora 7. Canon. collatę 7. tubis Iericho.

In obſidio & excidio Ierichuntino, inter ceteras bellicas cæremonias ſepties de die clan-

xiſſe

xiſſe ſcribuntur buccinæ, ſed à Sacerdotibus inflatæ: [Sacerdotes tollent ſeptem buccinas, quarum vſus eſt in iubilæo.] Hoc tubarum ſonitu denotabatur, venturum aliquando tempus, quo in mundi expugnatione & peccati euerſione ſeptem quotidie horæ cantari in Eccleſia, idque per Sacerdotes, audirentur. O præclaras & ſonoras tubas, ò buccinas verè laudabiles! *Ioſ.6.*

Angelus ille Apocalypticus cœlo delapſus, nube veſtitus, & iridem in capite habens, mox vt clamare deſijt, ſeptem in cœlo audita ſunt tonitrua. Fortis ille Angelus Chriſti Domini imaginem gerebat humanitatis noſtræ nube tecti, qui cœlo vbi deſcendit vix loqui cœpit; id eſt vix Sacerdotibus imperauit, quin ſtatim in medio Eccleſiæ ſeptem horæ Canonicæ, velut ſeptem tonitrua laudis, exauditæ ſint. *Apoc.10.* Collatæ item 7. tonitruis Apocal.]

In Prouerbijs ſcriptum legimus, [Sapientia ædificauit ſibi domum, & excidit columnas ſeptem.] Sapientia hæc Chriſtus Dominus eſt, Eccleſia porro domus eius, ſeptem columnæ quibus innititur, ſeptem horæ canonicæ ſunt: ſi enim Eccleſia domus orationis eſt, omnes orationes his horis innixæ ſunt, quæ proinde columnæ Sapientiæ dici queunt. *Prou.9.* Sunt Eccleſiæ columnæ.

Ezechiel Propheta admirabile quod vidit, templum deſcribens, inter ceteras eiuſdem proprietates, aduertit ſeptem graduum ſcalam eius fuiſſe, [Septē graduum erat aſcenſus eius.] Hoc quomodocūq. explicetur per me licet, ſed ceteris expoſitionibus omiſſis, dico per ſeptē illos tēpli gradus, ſeptē horas canonicas officij noſtri deſignari, per quas velut per gradus quoſdam quotidie in tēplū, id eſt Eccleſiā aſcēdimus, atq. *Ezech.40* Horæ 7. collatæ cū 7. gradib. templi Ezech.

inde

inde celos penetrare , atque ad cæleſtem beatitudinemtranſcendere ſperamus.

Prou. 24. Septies de die cadit iuſtus. Obſeruauit Salomon in Prouerbijs hominem etiam iuſtiſſimum ſepties de die cadere & à iuſtitia deflectere, [Septies enim in die cadit iuſtus.] Si Sacerdos toties cadat, & ſepties iuſtitiam deſerat, æquum eſt ſepties etiam illum reſurgere, vt ſurrectio reſpondeat caſui. Atque ideo Spiritus ſanctus voluit, ſepties illum in die Deum inuocare, precibuſque reſurgere conari. Caſus ſiquidem ipſa peccata ſunt, & ſurrectio per horas noſtras fit.

Origo p̄cum Eccleſiæ. Ipſemet Chriſtus, [vt ait Iſidorus,] haſce quotidianas preces, quas decurrimus, inſtituit, ipſe modum orādi edocuit. Apoſtoli enim iam olim orare conati, & qua ratione id præſtarent ignorantes, dixere Chriſto, [Domine doce nos orare,] id eſt, Orationes nobis compone Et ecce Dominus mothodum illis orandi aperuit, oſtenditque precibus effuſis cuncta illos à Deo obtinere poſſe: quod deinde & Eccleſia vſurpauit, Deum precibus fatigare, ac ſimiles ei offerre orationes, & à Chriſti oratione non diſcrepantes ſatagens. Vnde inferre vult doctor ille, è cœlo Breuiarij lectionem deſcendiſſe, & horas Canonicas non à rege aliquo aut Imperatore lege ſancitas, ſed à Deo ipſo fundatas.

Iſidor. l. 1 de offi. c. 9. Lib. de vit. cōtēp. apologet. & c. 2. ex Plin. l. 10. Ep. 79.

Orandī modus primis Chriſtianis vſitatus. Philo Iudæus & Tertulianus accedēte etiam Plinij auctoritate tradunt, primitiuos Chriſtianos bis de die Deum orare ſolitos, circa diei initium & veſperam. Manè quidem, vt dies ſequens proſperè illis ac feliciter decurreret, ac mens eorum cæleſti lumine illuſtraretur: veſperi verò, vt anima rebus temporalibus omnino

uino exuta,& ab omni diurno onere libera, veritatem in domeſtico conſiſtorio exquireret. Sancta hæc conſuetudo inter Sacerdotes etiamnum Eccleſiæ obſeruari debet, orandi ſcilicet Dei, & piè tum manè tum veſperi horas recitandi.

Daniel Babylone captiuus [feneſtris apertis in cęnaculo ſuo tribus temporibus in die contra Ieruſalem flectebat genua ſua.] Dauid quoque duorum regnorum negotijs diſturbatus, ſepties tamen de die animo recollecto ad orandum ſecedebat. Eccleſiæ verò Sacerdotes idem omnino, ad illorum exemplum, facere vult, & quibuſcumque tandem negotijs occupati ſunt, ſepties illos de die breuiarium in manus ſumere præcipit, horas inquam recitare, penſum perſoluere, hæc exercitia facere, & Chriſtianas illas ephemerides ſtudioſè obſeruare.

Dan. 6.

Sacerdotes Eccleſia obligat ad horas quotidie legendas.

Oriens ſol, ait Athanaſius, videat librum in manibus tuis, & apertum Breuiarium: poſt tertiam collectionem facies, ad ſextam preces abſoluas cum pſalmis, ſupplicationibus & lacrimis, & ad nonam cum hymnis, canticis & laudum præconijs in ſublime aſcendes. Quod magnus ille Epiſcopus ſui temporis Sacerdotibus dicebat, idē noſtris occino, eoſq; ſummo conatu exhortor, vt piè horas ſuas decurrant, & ſol oriens numquam illos ſine libro inueniat.

Athanaſius quotidie horas recitabat.

De virgin.

De conſt. Apoſt. l. 8. cap. 34. S. Baſil. Serm. 1. de inſtit. mona. Athan. l. de virgin. Hieron. Ep. 7. 8. 22. 27.

[Preces veſtras facite diluculo] dicit S. Clemēs, [tertia hora, ſexta, nona, veſpera, & in galli cātu:] iā inde à diei exortu Deo gratias agentes, quòd ſcilicet nocte & tenebris pulſis diem nobis & lumen conceſſerit: ad tertiam, quòd illa hora Redemptor à Pilato fuerit iudicatus: ad ſextam, quòd circa illam in crucem ſublatus:

Vſus & ſignificatio horarū.

tus: ad nonam, quòd tunc temporis terræ motus factus ſit, omniaque Dei filio in cruce exiſtente commutata, vt pote quæ ignominiam innocenti irrogatam & improborum audaciam ferre non poſſent: in veſperis Deo humillimè gratias agendo, quòd noctem nobis in corporum delinimentum, & laborum ſolatium, & moleſtiarum diuinarum relaxamentum conceſſerit. Denique in matutinis & diei crepuſculo, quòd eo tempore diei nobis exortus denuntietur, quo opera lucis aggredi teneamur. Dic igitur an non horarum canonicarum vſus antiquus ſit, cùm primi Patres de illo hunc in modum locuti ſunt.

Horæ canonicę dicēdæ piè. *Cap. 53.*

Moguntinum Concilium omnes qui ad diuinum officium tenentur, ſedulò admonitos vult, quin & ab Epiſcopis cogi & compelli, vt debitum horarum penſum non modò voce cātandò perſoluant, ſed etiam magno pietatis internæ teſtimonio, ſeſeque tū corpore tum animo diſponant, vt diuina officia peragant, vt eadem opera populi ſpectantis audientiſque deuotionem adaugeāt, Deoq; cuius miniſtri ſunt, gratum cultum & obſequium exhibeant.

Ibid. Nō ſunt legendæ horæ, dū diuina officia celebrantur.

Quin & ſubnectit idem Concilium, [Nemo in choro alijs pſallentibus ſeorſum legere aliquid, aut ſuas horas canonicas orare, aut fabulari, aut alijs leuitatibus intendere permittatur: ſi qui vero horas tempore diuinorum legiſſe comperti fuerint, quamprimum iuxta prælati diſcretionem, iuſta fructuum ſubtractione priuentur, qui in eleemoſynas aliosq. pios vſus erogentur.] Hoc notent Canonici, & attentè diuinis interſint, magnamq. dum in Eccleſia cantant, modeſtiam præſeferant.

Preſ-

Presbyter manè matutinali officio expleto, penſum ſeruitutis ſuæ, videlicet primam, tertiã, ſextam, nonam veſperamque perſoluat; ſed ita, vt ſi fieri poſſit omnia diuerſis horis publicè legat, iuxta Prophetæ cõſuetudinem dicentis: [ſepties in die laudem dixi tibi.] Septenarius autem ille numerus à nobis completur, ſi matutinas, primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperas & completorium recitemus. Quapropter hiſce horis piè creatori laudes decantemus. Ratio quippe exigit & æquum eſt, vt ſepties de die Sacerdos Deo laudem decantet, eo quod omni diei hora noua illi confert beneficia, ſinguliſque momentis illum ſibi deuincit.

Horę ſingulæ ſuo tempore legendæ, nõ omnes ſimul.

Pſal. 118. Conc. Agath. ad Nãn. c. 60. 5. Iuſtin. apol. 2. Clem. Alex. l. Strom.

Ceterùm ſacra Concilia expreſsè vetant, nequis clericus Breuiarium inter ambulandum legat, ne qua occaſione in diuerſa rapta mens illius diuagetur, ſed volunt vt in locum aliquem ſeparatum orationi idoneum tantiſper cõcedat; ne animæ diſtractio, quam ſæpe violentæ illæ deambulationes cauſantur, fructum & vtilitatem precum impediat. Deambulationes ſiquidem pietati obſunt concipiendæ, ſolitudo verò & receſſus ad animi attentionem cõparandam conducunt.

Cõc. Laced. c. 18. Hildeſ. c. 38.

Breuiariũ inter ambulãdum dici nõ debet.

Alia verò Concilia Sacerdotibus præcipiunt, ne dum horarum penſum decurrunt, ſi modò velint preces ſuas Deo offerre, gratas & acceptas eſſe, inter dentes verba pronuntiant, aut præproperè prænuntiando, dictiones omnes non efferant, nulla ratione attenti, ſed interumpentes, feſtinantes, præcipitantes, verba aliena riſuſque extra propoſitum intermiſcentes, at, volunt, vt, ſi vel ſoli, vel cum alijs recitent, magna cum reuerentia, animi atten-

Conc. Tren. c. de horis.

Verba diſtinctè ꝓferantur.

Cõc. Hildeſẽ. c. 38. Aquiſgr. c. 131 132 Innoc. 3.

in Conc. Gen. de celebrat. Miſſ. c. Dolentes.

tentione, & diſtincta verborum prolatione ipſum perſoluant, idque tali loco, ne qua ratione deſtrahantur, deuotioque impediatur, ad quam prius ſeſe præparent, iuxta id quòd ſcriptum eſt, [Ante orationem præpara animam tuam, ne ſis quaſi qui tentat Deum.] Vnde ſequitur, Sacerdotes qui inter recitandum horas diſtrahuntur, Deum tentare & offendere potiùs, quàm orando demulcere.

Lib. 4. Pharetr. cap. 21. ex Bern.

Quomodo recitandum à Canonicis.

[Moneo vos dilectiſſimi,]ait S. Bonauētura, [purè ac ſtrenuè diuinis intereſſe laudibus:] ſtrenuè inquam, vt coram Deo tanta cū animoſitate, quanta deuotione & reuerentia cōpareatis. Auferte ſegnitiē, nolite indormiſcere libro, nolite oſcitare cantantes, voci ne parcatis, verba ne præſcindatis aut præmordeatis, dictiones integras nolite tranſilire, voce fracta cauete ne cantetis, neque de naſo mulierum ritu; ſed maſculo & virili tono, vt par eſt, & affectu feruenti Spiritus ſancti laudes decantate. Vobis hoc ſcribit Bonauentura, Canonici, in choro igitur vt decet & par eſt, cantate, verba diſtinctè proferte, vel cum Gregorianum cantum vel cum muſicam canitis.

Deus mēte nō verbis orandus.

De conſ. diſt. 5. C. eod.

Mente orandum, inquit Hieronymus, & non ſolùm lingua, adeò vt, ſi diu in breuiario legeris & multa, animus tamen ac deuotio defuerint, omne illud tempus perdideris, verbaque in vanum effuſa ſint. Putaſne, ait idem Deum multiloquio & verborum copia, hominum inſtar, delectari? mente potiùs quam lingua orādum. Melior etiam eſt quinque pſalmorum decantatio cum cordis puritate & ſerenitate, & ſpiritali hilaritate, quàm totius pſalterij modulatio cum anxietate cordis & triſtitiæ amaritudine. Ve-

rum ſi quidem eſt, longas orationes temerè & confusè recitatas exigui meriti eſſe; Breuiores verò & è feruenti quodam zelo profectas efficaces & ponderoſas.

Ipſa orantis pertinacia, & precum importunitas tunc, teſte Bonauentura, plurimum prodeſſe ſolet, ſi cor cogitet ea quæ os loquitur, & labiorum ſonus cum cogitatione & intentione coincidat: qui enim ore tenus orant, mente alio interim diuagante, omni orationis fructu ſe priuant, ſibi perſuadentes Deum orationem audire & intelligere, quàm nec orans ipſe intelligere poteſt. Cùm verò cor & lingua conueniunt, & verba cum cogitationibus idem ſonant, felix illa oratio eſt: at vbi à ſe mutuo diſcordant, infelix & praua eſt, nec bonum ſortitur finem.

Attentio in precibus neceſſaria.

Beda in Mat. c. 15. Baſil. hom. in mart. Iul.

Inſignem hac occaſione gradationem facit Bernardus, Sacerdotibuſque loquens ait, Immolantes hoſtiam laudis iungamus ſenſum verbis, affectum ſenſui, exultationem affectui, grauitatem exultationi, humilitatem grauitati, libertatem humilitati, vt libero greſſu animæ puræ incedentes, & ſpiritualibus affectibus non conſuetis excedentes, in dulcibus iubilis, in egregia muſica, in concordi illa harmonia, nouam quamdam exultationem & gaudium admirabile oſtendamus. Hoc exercete Sacerdotes, huic philoſophiæ incumbite, & normam, quam magnus hic doctor præſcribit, exactè ſeruate.

In Cant. ſerm. 1.

Serm. 6. de orat. Domin. de Cōſecr. diſt. 1. c. eod.

Simile & idem propemodū habet S. Cyprianus, Quando, inquit, ſtamus ad orationem, fratres dilectiſſimi, inuigilare & incumbere ad preces toto corde debemus: Tunc omnes cogi-

Deus cū oratur, de ſolo Deo cogitādū.

rationes carnales & ſæculares ab homine exulent, & ſolum id præ oculis habeant, quod orāt. Atque ideo Sacerdos in publica Miſſæ oratione, ad præfationem accedens, mentes & animos fidelium excitat dicens, [Surſum corda;] & populus reſpondens, [Habemus ad Dominum,] oſtendit aliud ſe non cogitare quàm Deum. Eia igitur, cor & animus inimico occludantur, ſoli Deo pateat aditus, & caueamus ne tempore orationis Dei inimicus intromittatur. O Sacerdotes, bene inſtructi eritis hauddubiè, ſi, dum oratis, ita attenti eſtis, vt dum os loquitur, cogitationes verbis reſpondeant & linguæ.

Epiſcopus Colonienſis punitus quod omnes Horas vna vice legiſſet.

Epiſt. 15. ad Deſideriū abbat.

Adhæc ſi deuotio & attentio, dum Breuiarium decurritur neceſſaria ſunt, ipſa temporum diſtinctio & horarum non minùs requiritur: omnia enim ſimul recitare, & vnico tractu legere quæ diuerſis vicibus & horis diſtinctis dicenda ſunt, nefas eſt, & ſine offenſa fieri nequit. Cuius rei egregium ac mirabile exemplum refert Petrus Cardinalis Damianus. Clericus quidam Colonienſis quodā tempore flumen tranſiens, animam vidit S. Seuerini Epiſcopi, dicentis, ideo ſe hoc in loco puniri, quòd horas ſuas præcipitanter legiſſet, omneque breuiarij penſum vnico tractu mane, quo totum diem liberum haberet, perſoluiſſet, [Nihil aliud in me manſit vltione plectendum præter hoc tantùm, quia dum in aula regia conſtitutus, imperialibus me conſilijs vehementer implicui, canonicæ ſynaxis officia, per diſtincta horarum ſpatia non perſolui.] Hæc notate, Sacerdotes, vos præſertim qui regum aulas & principum familiaritatem ſectamini, negotijs implicamini, & mundo ſtudetis.

LIBER

LIBER SECVNDVS DE DOTIBVS

Sacerdoti neceſſarijs.

DOtes & qualitates, quæ ad Sacerdotum perfectionem neceſſariæ ſunt, ſtatui duplices poſſunt, aliæ quippe internæ ſunt, aliæ externæ: hæ corpus, illæ reſpiciunt animam; illæ intrinſecus apparent, hæ extrinſecus illos exornant. Adeo vt ſponſę illi, de qua in Canticis eſt mentio, eſſe debeant perſimiles, quæ bis eſſe dicitur pulchra, quoad animam ſcilicet & quoad corpus, pulchra internè & externè; perſimiles etiam vrnæ in qua manna aſſeruabatur, quæ tum intus tum foris erat aurea: denique perſimiles domeſticis mulieris fortis, qui veſtiti erant duplicibus, tum ad corpus tum ad animam exornandam. Primò autem de animæ perfectionibus acturus ſum, ac deinde de corporeis tractabo, atque è duabus illis materijs in S. Scripturæ & Sanctorum Patrum officina, breuiter omnem Sacerdotum perfectionem confarcinabo,

Perfectio duplex in Sacerdote neceſſaria tū corporis tum animi.

Cant. 1.

Exod. 16.

Prou. 31.

DE PERFECTIONIBVS ET DOTIBVS INTERNIS.

CAPVT I.

SACERDOTES ESSE DEBENT integri & ſancti.

Lib. 1. Ep. 1.
Sacerdotes omni vitio careant.

OPortet, ait Sanctus Cyprianus, [Sacerdotes & miniſtros qui altari & Sacrificijs deſeruiunt, integros atque immaculatos eſſe; vt pote cum olim Dominus dixerit, Homo qui habuerit maculam, nō offeret panes Deo ſuo, nec accedat ad miniſterium eius:] Ita porro credendum eſt, atque ideo omnis, cuius vita ſancta non fuerit, indignus eſt qui ad ſacros ordines promoueatur.

Leuit. 19.
Sāctus ſit qui Deo ſeruit.

[Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur ne percutiat eos.] Euidens teſtimonium illos Sacerdotes à Deo puniri mereri, qui anima non ſancta & impura illius miniſterium obeunt.

Sacerdos qui vitiū aliquod habet, indignus eſt qui Sacramenta adminiſtret.

[Homo de ſemine tuo, qui habuerit maculam non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſteriū eius.] Denotare hoc volebat, Sacerdotes qui vel minimum vitium prætulerint, ab altari excludendos, & indignos eſſe qui Deo in ſancto Miſſæ Sacrificio panem Angelicum offerant, & Sacramenta illius adminiſtrent, & myſteriorum diuinorum exercitia peragant.

Leuit. 21
In lege Euangel.

[Sancti erunt Deo ſuo Sacerdotes,] ait Leuiticus, [& non polluent nomen eius: incenſum enim

enim Domini, & panes Dei ſui offerunt, & ideo ſancti erunt.] Idem omnino in lege Euangelica præcipitur, quæ omnes Sacerdotes perfectos eſſe vult, cùm ipſi æterno Patri ſacrum illum Euchariſtiæ panem, & precum Eccleſię incenſum offerant; adeò vt qui ſanctitate careant, ſanctum Dei nomen polluant, eiuſque myſteria profanent.

Sacerdotes eſſe debét ſácti.

Iudas Machabęus poſtquam Lyſiam, eiuſque exercitum profligaſſet, [elegit Sacerdotes ſine macula, voluntatem habentes in lege Domini.] Egregium documentum, quo edocemur, illos qui in Sacerdotes electi ſunt, quò Deo deſeruiant, penitus ſanctos eſſe debere, omni macula & nęuo carentes.

Sacerdotes careát macula. 1. *Mach.* 4.

Regius Propheta Eccleſię dignitatem præſagiens, deque illius miniſtris ſermonē inſtituens, ait, [Domum tuam decet ſanctitudo in longitudinem dierum.] Non hic de lapidibus, columnis aut parietibus loquebatur, at verè de Sacerdotibus, quos omnimoda decet ſanctitudo, quam diu in domo Domini, quæ eſt Eccleſia, verſantur.

Dei domus ſit ſácta penitus. *Pſal.* 9.

In veteri Teſtamento in Moſaico Tabernaculo, iuſſu Dei fabricata erant candelabrum ductile & lucernæ ex auro mundiſſimo. [Fecit & candelabrum ductile de auro mundiſſimo, &c. Fecit & lucernas ſeptem cum emunctorijs ſuis.] Quo myſterio deſignatum fuit, Sacerdotes & Religioſos qui candelabra Eccleſiæ, & totius mundi lucernæ & lux ſunt, ex auro mundiſſimo conſtare, id eſt omnigena virtute conueſtitos & penitus ſanctos eſſe debere.

Exod. 37.

Candelabrum & lucernę tabernaculi ex auro erant.

In veteri lege cum Sacerdotibus ſuis Deus

Sacerdotes dicti ſancti reges. *Exod.* 19. 1. *Pet.* 2.

agens hoc eos nomine cõpellabat. [Et vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens ſancta:] quos è turba velut cæteris digniôres ſelegi,& in domo mea conſtitui:]Prophetica ſunt hæc verba & futuræ dignitatis prænuntia: præſagiebat enim iam tum Dominus, futuros Sacerdotes, è plebijs & gregarijs nobiles factos; in Eccleſia penitus ſanctos fore, & tot in illa futuros reges, quot Sacerdotes.

Cap. 28. Aaron veſtimentis ſacris indut⁹ erat, quando offerebat Deo.

In Exodo Moyſi præcepit Deus, vt Aaronem fratrem eiuſque filios veſtibus ſanctis indueret, quotieſcumque miniſterium diuinum peragerent, & Sacerdotij functione exercitioque fungerentur: [Facies veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron, & filijs eius, vt Sacerdotio fungantur mihi.] Veteres illæ cerimoniæ, quas Deus præcepit, denotabant, nouæ legis Sacerdotes, non iam veſtimentis, ſed virtutibus penitùs ſanctis, aliquando cooperiendos, cùm in Eccleſia ſacrificium viuificum immolarent: illa corporis inſignia ſunt, illę animarum ornamenta & phaleræ.

Animal maculoſum Deo offerri nõ poterat. *Deut.* 17.

Vetuit antiquitùs Deus, ne quis ouem aut bouem maculoſum, aut mancum immolaret, huiuſmodi ſe victimam abominari dicens ac deteſtari; [Non immolabis Domino Deo tuo bouem & ouem in quo eſt macula, aut quippiam vitij, quia abominatio eſt Domino Deo tuo.] Deſignabatur hac lege, Sacerdotem Eccleſiæ, qui quotidie immolatur & immolat in ſacroſancto illo Miſſæ ſacrificio, quique ouis eſſe debet quoad ſimplicitatem, & bos quoad laborem, numquam coram Deo comparere, nihilque illi offerre debere, ſi quod in eo peccatum ſit & in anima vitium; hæc enim admodum

dum abominanda ſunt, diuinæque maieſtati grauiter diſplicent.

Iudęorum Pontifex inter cetera quæ illi tempore initiationis proponebantur, hoc in primis erat, [Perfectus eris & abſque macula cum Domino Deo tuo.] Idem, ſi fortè meministis, vobis ò Sacerdotes dictum fuit, cùm ſacri ordinibus initiaremini, & in Sacerdotes vngeremini. Iniunctum ſollemniter eſt & velut iuramentum à vobis exactum, quam diu viueretis, vitam veſtram eſſe debere perfectam, integram, immaculatam, & quam diu coram magno illo Domino agetis, omni prorſus vitio vacare. Aequum igitur eſt, vt promiſſis ſtetis, nec fidem frangatis.

Deut. 18. Quæ Sacerdoti ſacrando proponerentur.

Sacræ litteræ Abſalomi pulchritudinem deſcribentes, eo potiſſimum nomine illum commendant, quòd nulla in eo eſſet macula dicentes, [Porro ſicut Abſalom vir non erat pulcher in omni Iſrael, & decorus nimis: à veſtigio pedis vſque ad verticem, non erat in eo vlla macula, &c.] Item quàm beatus Sacerdos ille eſt, de quo idem omnino dici poteſt; quàm inquam felix eſt, de quo huiuſmodi decantari panegyris poteſt! Perfecta illius laus eſt, de illo cùm dicitur, Nullus eſt hoc Sacerdote vir in vniuerſa prouincia melior; vita eius tota & vnica virtus eſt, à capite & primorum annorum principio ad vſque pedes, & finem ſenectutis, nulla in eo viſa fuit macula vel minima, nihil reprehenſione dignum in vita illius repertum.

Abſalomo nullus in Iſrael pulchior. 2. *Reg.* 14

Mulier illa Sunamitis, viſo magnum Prophetam Elizęum ſæpius per opidum ſuum tranſire, eius vitæ rationem propius intuita ac mores,

Sacerdotes beati ſunt cùm occaſionẽ dant hominibus bonã de illis opinionẽ cõcipiendi.

hominem eum ſanctum eſſe quamprimùm iuſ- dicauit:[Animaduerto quòd vir Dei ſanctus eſt, iſte, qui tranſit ad nos frequenter.] Beati Religioſi ſunt, & beati Sacerdotes, qui vitæ probæ & honeſtæ conuerſationis exemplo omnibus occaſionem dant, bonam de illis opinionem concipiendi, & dum per plateas incedunt, credendi quod ſancti ſint.

4.*Reg*.4.

Verba Ezechiæ ad Sacerdotes regni ſui.

2.*Par*.19.

Rex Ezechias regni ſui clerum reformans, omnes Sacerdotes & Leuitas, vnum in locum congregatos, hiſce verbis allocutus eſt; [Audite me Leuitæ, ſanctificamini, mundate domum Domini Dei Patrum noſtrorum, & auferte omnem immunditiam de ſanctuario.] Regia hæc verba Sacerdotibus demonſtrabant, ipſorum eſſe ſanctorum ritu modoque viuere, altaria & domum Dei emundare, & omnia peccata, immunditias, diſſolutiones & Eccleſiæ corruptiones eijcere.

Ianitores cũſtituti, qui impedirent ne quid immundum ingrederetur tẽplũ.

2.*Par*.25.

Scriptum eſt in libro Paralipomenon, Sacerdotem Ioiadam ianitores in domo Dei conſtituiſſe, qui impedirent diligenterque prohiberent, ne quis immũdus in omni re domum Domini ingrederetur: [Conſtituit quoq; ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eam immundus in omni re.] Ianitores hi ad templi honorem conſeruandum ſtabiliti, ſignificabant quidnam immundi aut vitioſi in Eccleſiam ingredi nefas eſſe, & Sacerdotes qui peccatis, inquinati ſunt, quorumque vita penitus immunda eſt, in eam non admittendos. Vos igitur Præſules qui claues domus illius geſtatis, illiuſque Eccleſiam gubernatis, nefarijs his ianuas occludite; ſunt enim immundi, inquinati, & penitus impuri.

In Sapientia velut prophetico ſpiritu prædi-ctum legimus, annorum noſtrorum hyemem ſapientiæ ſcholam eſſe,& [ſenilem ætatem, vitam immaculatam.] Presbyteri in ſacra ſcriptura Sacerdotes appellantur, & oraculo illo prophetico denuntiatur, ætatem & vitam illorum academiam quamdam virtutum eſſe debere, & ab omni illos vitio liberos & immunes, ac ſanctorum & Deorum inſtar in Eccleſiæ miniſterio occupatos, viuere oportere. Senectus ſchola ſapientiæ. *Sap.* 4.

[Beatus vir,]ait ſapiens,[qui inuentus eſt ſine macula,] cuius vita irreprehenſibilis, & mores inculpati. Verè inquam beati Eccleſiaſtici, qui hodie ſine peccato & vitio reperiuntur, qui modeſtiam ſectantur, quorum vita ſancta penitus & immaculata eſt. Beatus q ſine macula eſt. *Eccl.* 3.]

Hoc examinans Apoſtolus Paulus,& ad prędeſtinationis vſque materiam pertingens, hunc in modū locutus eſt, [ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate.] Sublimis hæc philoſophia inferre vult, Sacerdotes prædeſtinatos eſſe, vt ſint ſancti coram Deo, & quamprimùm ad ordinem ſacrum promouentur, ad ſanctitatem illos deſtinari,& eligi vt ſancti ſint & integræ vitæ coram diuina maieſtate. Sacerdotū ſanctimonia prçelecta. *Epheſ.* 1.

Idem quoque Apoſtolus diſcipulum ſuum Titum inſtituens, qui ad ſacros iam ordines promotus erat, ait, [in omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate verbum ſanum, irreprehenſibile, vt is qui ex aduerſo eſt vereatur, nihil habēs malum dicere de nobis.] Hæc ſcilicet genuina & vera ſancti Sacerdotis imago eſt, ad viuum expreſſa. Quomodo Titum Apoſtolus inſtituerit.

Ioan-

Magna Sacerdoti puritas neceſſaria.
Lib. 3. de Sacerd.

Ioan. Chryſoſt. de Sacerdotum puritate ſermonem inſtituens ait, [Neceſſe eſt Sacerdotem ſic eſſe purum, vt ſi in ipſis cœlis collocatus, inter ipſas cœli virtutes medius ſtaret.] Quaſi dicere vellet, inter Angelorum puritatem & Sacerdotum munditiem nullum omnino diſcrimen inueniri debere.

S. Auguſtini oratio ad Sacerdotes.
Serm. 36. ad presbyteros.
Eſai. 52.
Luc. 8.

S. autem Auguſtinus Sacerdotes alloquens, hac eos oratione compellat, in qua de ipſorum puritate potiſſimùm agit: [Bene munda manus ſit oportet, chariſſimi, quę maculas vaſis alicuius immundi tollere conatur, ne ſi inquinata ſit & polluta, ipſum magis inquinet. Propterea Sacerdotes altiſſimi Dei, vobis dicitur, mundamini, qui fertis vaſa Domini. Vos enim & non alij eſtis, qui vaſa Domini fertis, & quibus datum eſt noſſe myſteria regni Dei] Dicere vult Sacerdotes, cùm cælitus in terram deſtinati ſint, ad aliorum peccata eluenda, ab omni macula & contagio immunes viuere debere.

Epitheta Sacerdoti neceſſariæ ſanctitatem teſtantia.

[Sacerdotes Altiſſimi,] ait idem eodem in loco, vos eſtis, ſal terræ, lux mundi, lucerna accenſa, ciuitas in monte poſita, columnæ templi, arbores ſcientiæ in medio Paradiſi plantatæ, patroni & rectores Eccleſiarum. Vos Angelorum ſocij, cœli ciues, filij Prophetarum, Patriarcharum cognati, denique Apoſtolorum ſucceſſores. Eſtote igitur mundi, & verè mundi, vt dignè, ſicut patres veſtri, vaſa Domini ferre mereamini; vaſa inquam non tam aurea, vel argentea, ſed illa ad quæ redimenda, Chriſtus mori voluit.] Omnes hi tituli notant hauddubiè mirabilem ſanctitatem ſtatui & ordini Sacerdotali neceſſariam.

[Diſpicite vobiſcum Sacerdotes,] ait iterũ eodem

dem loco Auguſtinus, [ac vobiſcum cõſiderate, quales eſſe debeatis, ait enim Apoſtolus, Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, tamquam Dei diſpẽſatorem.] Hoc verò non Præſules & Epiſcopos modò, ſed ipſos etiam Sacerdotes reſpicit, quorum vita eſſe debet adeò inculpata, nihil vt in illis appareat quod meritò reprehendi, culpari aut argui valeat. Sacerdotes ſint irreprehẽſibiles.

Sanctus Proſper ſcribit dici non poſſe, quàm ſancti eſſe debeant Sacerdotes, cùm ipſi ſint, qui velut noui quidam Aarones incenſum precum Deo offerant, illius maieſtatem placent, iuſtitiæ rigorem impediant, iram & iudiciorùm illius furorem auertant. Cum ipſi per Dei gratiam fiant diuinæ voluntatis indices, Eccleſiarum Chriſti poſt Apoſtolos fundatores, fidelis populi ductores, veritatis aſſertores & defenſores, falſorum dogmatum inimici, hæreſum flagellas, baptizatorum Patres, rerum cæleſtium præcones, ſpiritualium conflictuum duces, bonorum operum patroni, alphabetum virtutum, ac fidelium exemplaria. Excellentia hæc epitheta euidenter demonſtrant Sacerdotum vitam angelicam & cæleſtem eſſe oportere. *Lib. 2. de vit. contempl. c. 2* Sacerdoti neceſſaria ſanctitas exprimi nequit

[O Sacerdotes,] inquit S. Auguſtinus, [ſi anima cuiuslibet iuſti ſedes eſt Dei, multo magis ſedes & templum Dei vos eſſe debetis mundum & immaculatum;] ſi ſepulchrum illius glorioſum eſt, quòd corpus exanime aſſeruarit; quanto digniora & glorioſiora eſſe debent corpora veſtra, in quibus Deus quotidie, poſtquam reſurrexit, habitare dignatur, ſi beatus eſſe dicatur venter, qui nouem ſpatio menſium Chriſtum portauit, credendum eſt, corda quoque veſtra Magna puritas Sacerdoti neceſſaria. *Iſai.* 11. *Luc.* 11.

futura

futura beata, in quibus quotidie Dei filius commoratur. Denique ſi fortunata ſint vbera, quæ ſuxit paruulus, beatum hauddubiè eſſe debet os

Pſal. 118. veſtrum, quod quotidie ſanctam illius carnem ſumit, & pretioſum ſanguinem ſugit. Configite igitur timore eius carnem veſtram, & diligenter cauete, ne lingua illa, quæ cœlo ipſum Dei filium euocat, contra Dominum loquatur; ne manus illæ, quæ ſanguine Ieſu Chriſti tinctæ ſunt, peccatorum & ſcelerum ſanguine polluantur. Vera ſunt hæc omnia, & concluſiones hæ benè fundatæ, categoriceque oſtendunt, Sacerdotes penitus ſanctos eſſe, omnique carere debere vitio.

Aug. ſermone. 37. *ad fratres in erem.*

Sacerdotes Moſe & Elia ſint ſanctiores

Lib. 6. *de Sacerd.*

Equidem, inquit S. Ioannes Chryſoſtomus, crediderim eum, qui velut legatus pro ciuitate tota, imò pro vniuerſo terrarum orbe deſtinatus deprecatur, & qui ſupplicis ritu apud Deum pro omnium hominum, non viuentium modò, ſed mortuorum etiam ſcelerum remiſſione intercedit; crediderim inquam, illum, quamuis Moyſes aliquis vel Elias eſſet, ſufficientem, aut dignum non fore, qui tale negotium pro dignitate peageret, tantamque deprecationem ſupplicationemque Deo Patri offerret: Inferre igitur vult, Sacerdotes, qui totius orbis apud Deum aduocati & patroni ſunt, Moyſe ipſo, & Elia ac Prophetis omnibus, ſi quo modo fieri poſſet, eſſe debere ſanctiores.

Sacerdotũ manus Deũ quotidie tractantes eſſe debere penitus ſãctas.

Neceſſe eſt denique, inquit ibidem S. Chryſoſtomus, vt qui pro alijs deprecatur, tantùm in omnibus illos antecedat, quantum æquum eſt ſuperiorem ſubditis præcellere. Cumque Sacerdos Prior ille generalis ſit, qui Spiritum ſanctum inuocat, ac ſummum illud ſacrificium ho-

nore & reuerentia plenum, communi omnium Domino offert, quem ſẽper in manibus habet; quo tandem in numero illum habebimus? quæ illi integritas neceſſaria? quanta ab eo religio petenda? Conſidera quales manus illas adminiſtrantes eſſe oporteat? qualem linguam, quę verba illa effundit? Quid igitur in mundo ita purum & mundum eſſe debet, vt anima illa, quę tantum, tamque admirabilem Deum ac mentem intra ſe ſuſcipit? Hoc conſiderate Sacerdotes, ſtatumque veſtrum & dignitatem perpendentes, conſiderate diligenter, quales eſſe debeatis.

S. Gregorius Nazianzenus, Caſſianus, atque idem Chryſoſtomus teſtantur, tantam Sacerdotum eſſe debere puritatem, vt ſolarium radiorum puritatem debeat tranſcendere, vt Spiritus ſancti ſolatio inſtructus, dicere & gloriari cum Apoſtolo queat. [Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.] Addunt inſuper, Eremitis ipſis, qui in deſerto vitam trahunt, mũdoque nuntium remisère, puriùs & ſanctiùs viuere debere. Ex horum igitur Patrum ſententia, Sacerdotum dignitas eſſe debet ipſa Religioſorum & Anachoretarum puritate maior.

Sacerdotum puritas ſolarẽ ſuperet.
in apolog.
Lib. 12. c. 15. & collat. 23. 6. 7. 8. 9. 10. 17. 20. & 21. Lib. 6. de Sacerd.

[Luminis inſtar,]habet idem Chryſoſtomus, [vniuerſum orbem illuſtrantis, Sacerdotis animus ſplendeſcere oportet.] Infandi & infelices igitur Sacerdotes illi, quorum vita hac ratione non collucet, ſed qui lampades emortuę tedæ ſine lumine ſunt & merum Chaos tenebris refertum.

Ibid.
Sacerdotes facis inſtar rutilent.

In veteri lege iubebatur Sacerdos lauare prius veſtimenta, quàm ad ſacra myſteria accederet. Si in figura tanta obſeruantia, quanta in veritate?

Antiquorũ Sacerdotu ad ſacrificãdũ acce-

dentium puritas. *Exod.* 19 tate. Diſce Sacerdos atque Leuita, quid ſit lauare veſtimenta tua? vt mundum corpus celebrandis exhibeas Sacramentis. Si Iudaicos Sacerdotes nefas erat ad hoſtiarum immolationem accedere, niſi lauiſſent prius veſtimenta; audebiſne non lota antè conſcientia, imo nec corpore quidem, pro alijs deprecari, pro alijs victimam offerre? Vtinam hanc Sacerdotes lectionem retinerent & ad æmulationem Iudaicorum vitam melius inſtituerent.

In quo Sacerdotum puritas conſiſtat. *Lib. de vita cõtempl. cap.* 25 Porrò ipſa Sacerdotum puritas, dicente B. Proſpero, in eo conſiſtit, ſi imperioſitatem quamdam & inſolentiam non induant, ſed humilitatem ſectentur, & omnibus ſint communes & affabiles. ſi fratrum infirmitates benignè per dulcium verborum medicamina perſanent, illos ad curandum perdifficiles iudicarint virtute patientiæ & æquanimiter tolerantes, in moribus & prædicationibus non ſuam ipſorum, ſed Ieſu Chriſti gloriam quærant, opera ſua & verba laudum & præconiorum humanorum titulo aut pretio vanè non venumdent, ſed ad Deum, Sacerdotaliter viuendo, quidquid illis tum honoris, tum gloriæ accedere poteſt, ex animo referant. Denique ſi prætereuntium ſalutationibus non gaudeant inflati, non delectentur honoribus quos dare illis proximus ſolet. Verum hoc exemplar, & viui vitæ Sacerdotalis colores ſunt, cum humilitate ſcilicet imperare, & aliorum infirmitates magna cum benignitate ſanare.

Sãctitatis Sacerdotalis indicia. In eo verò Sacerdotum ſanctitas conſiſtit ſubnectit idem auctor, ſi conſolentur afflictos, paſcant egenos, veſtiant nudos, redimant ca-

ptiuos, ſuſcipiant peregrinos; hincque ſancti eſſe dignoſcuntur, ſi ſalutis viam errantibus indicent, ſi deſperatos ad bonam mentem reducant, ſi errantibus animos ſuggerant, ſi doceant ignorantes, denique ſi quæ eorum muneris ſunt & quæ non ſunt; magna diligentia ſedulitateque docere ſatagant, & ipſo facto exerceant.

Ecquæ, ait eodem loco Proſper, vobis, ò Sacerdotes ſanctitas neceſſaria eſt, cùm miniſtri verbi Dei, adiutores Altiſſimi, oraculum Spiritus Sancti ſitis; per vos enim Deus placatur populo, populus inſtruitur Deo, per vos plurimi hæredes regni cœlorum conſtituuntur, vtpote qui Apoſtolorum eſtis ſucceſſores. Cum igitur Deus ſanctorum rex ſit, eiuſque coadiutores ſint Sacerdotes, mundique patroni, diuinæ ſanctitatis omnes participare debent.

Sanctitas Sacerdoti neceſſaria.

[Cunctos,] ait Saluianus Maſſilienſis, [qui ſacri altaris ſuggeſtu eminent, tantum excellere oportet merito, quantum gradu & dignitate. Nihil enim in mundo haberi poteſt indignius, quàm ſi quis ad honorum faſtigia ſublimatus, meritis ſit infimis, quid enim eſt imperium meriti expers & vile? Quid honorum proderit titulus, vbi ipſe defecerit homo? aut quid eſt dignitas indigni humeris impoſita, quam gemmæ moniliaq. luto cænoue ſuperſtrata. Atque ideo neceſſe eſt, vt omnes qui ad ſacros ſunt ordines eleuati, tantum virtutibus & meritis eminent, quantum honore & culmine eminent & exſtant.]

Lib. 2. ad Eccleſ. Cathol.

Sacerdotes omnes ſanctitate antecellant.

Quorum verborum is eſt ſēſus, Sacerdotem, quem-

quemadmodum in mundo dignitate primus eſt & ſupremus, ceteris ita virtute antecellere debere & merito.

De ſac. alt. myſt. l. 1. c. 9.

Sacerdotes Deo & hominibus grati ſint.

Innocentius tertius Pontifex dicebat olim, tales eſſe debere Sacerdotes, vt & Deo ſint grati, & hominibus accepti. Tales porrò eos reddit virtus, per hanc enim fit vt placeant Deo, & ab hominibus honorentur.

Sanctitate cæteris præſtent.

Ipſe quoque Papa Hormiſdas dicebat, [Emẽdatiorem eſſe conuenit populo, quem neceſſe eſt orare pro populo.] Quibus verbis efficere volebat, Sacerdotem cui iniunctum ex officio eſt, pro vniuerſis terrarum orbis hominibus deprecari, ceteris etiam omnibus eſſe debere ſanctiorem vitæque purioris.

Sacerdos totus ſit ſanctus.

De offic. l. 2. de Saoerd.

Qui in erudiendis atq; inſtituendis ad virtutẽ populis præerit, inquit S. Iſidorus, neceſſe eſt, vt in omnibus ſanctus ſit, & in nullo reprehenſibilis habeatur: qui enim in alterum paratus eſt dicere, carere omni vitio debet & omnis peccati expers viuere: Primò enim ſe corrigat magiſter neceſſe eſt, qui ceteros rectè viuendi voluerit rationem ac methodum edocere: atque ideo cum toti vrbi eſſe debeat exemplar ac norma, tum doctrina illum, tum virtutum exemplo ad virtutum ſtudium debet excitare. Cùm igitur Sacerdos omnium hominum doctor ſit, & alios erudire illi ex officio incumbat, ceteris omnibus ſit ſanctior ac purior oportet, atque vniuerſos virtute tranſcendat.

Sacerdotio ſe indignũ iudicauit S. Frãciſc.

M. Marulus. lib. 3. cap. 15.

Quanta res ſit Sacerdotium, in eo oſtendit S. Franciſcus, quod ſe indignum illo iudicãs, nunquam ſe promoueri ſit paſſus, ſoloque diaconatus officio quoad vixit, contentus fuerit. Cogitent igitur Sacerdotes, quæ ſanctitas ſibi & perfectio

fectio neceſſaria ſit, ſi ſuam Sanctus Franciſcus dignitati imparem iudicarit.

[Sit Sacerdos,] ait Concilium Aquiſgranenſe ex Magno Gregorio, [in cogitatione mundus, actione præcipuus, diſcretus in ſilentio, vtilis in verbis, benignus in omnes, omnia conſiderans; humilitate bonorum ſocius, iuſtitiæ zelo erga improbos ſeuerus.] Is igitur Sacerdotio indignus eſt, cuius acta cogitataque immunda impuraque ſunt.

Sacerdos ſit purus in cogitationibus. *Cap. 9. ex Greg. paſtor. 2. p. c. 5. 6. 7.*

Sic decet, ait œcumenicũ Tridentinum Concilium, omnino clericos in ſortem Domini vocatos vitam moreſque ſuos componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, alijſque omnibus rebus, nihil niſi graue, moderatum, ac religione ac prudentia plenum præ ſe ferant, exigua peccata, quæ magna tamen in ijs eſſe videntur deuitent, vt ita eorum actiones ab vniuerſo mundo honorentur. Hoc notate velim Sacerdotes, ſimulque aduertite, ſi contra feceritis, honorem vos veſtrum lædere, & magnam vobis ipſis iniuriam inferre.

Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de refor. In Sacerdotũ vita aliud non appareat quàm modeſtia & ſapientia.

Quin & idem Concilium decernit ac præcipit, tam ſanctè ac dignè ſuam Sacrdotes vitam componere debere, omnes vt ab ipſis continentiæ, humilitatis, modeſtiæque mutuari exemplum poſſint. Vult inſuper Epiſcopos in menſa ita ſobrios eſſe, tamque modeſtos in omni ſupellectile, vt tum in hac, tum in reliqua vita nihil omnino appareat, quod non Apoſtolicam ſimplicitatem, Dei zelum, & vniuerſalem omnium mundi vanitatum contemptum redoleat ac ſpiret. Omnis enim diſſolutio, & quidquid honorem lædit, Sacerdote eſt penitus indignum.

Sacerdotum vita exẽplo ſit omnibus. *Seſſ. 25. c. 1. de reform. Cõcil. Cart. 4. c. 15. d. 45. c. Epiſcopu. Tolet. 4. Rhemenſ. Affrican.*

Sāctiores ſint Sacerdotes Eremitis.

Iſidor. Peluſ. lib. 2. epiſt. 284.

Concludo igitur cum magno quodam Doctore, quoad ſanctitatem Sacerdotum; illos qui ad hoc officium vocati ſunt, anachoretis ipſis, & eremicolis eſſe debere ſāctiores. Mea & illius ratio hæc eſt, quòd illi nonniſi ſui ipſorū curam ſalutis habeant, at Sacerdotes tam ſui ipſorum quam populi. Eremitæ in rupibus & antris viuunt, ſuas plagas perſanantes, peccata tegentes propria, & coronas ſibi cæleſtes nectentes; at Sacerdotes in theatro expoſiti ſunt, atque omnes in eorum vitam & mores oculos ſuos coniecerunt. Quàm igitur indignum eſt improbos videre Sacerdotes, cùm & religioſis & anachoretis, & recluſis viuere deberent puriùs ac ſanctiùs.

Sacerdotū perfectio.

Sancti igitur eſtote Sacerdotes, & cogitate, Sacerdotem, qui miniſter & famulus Dei æterni eſt, eſſe debere à vitijs ſequeſtratum, rectorem, non raptorem; diſpenſatorem, non diſſipatorem; pium in iudicio, iuſtum in conſilio, deuotum in choro, ſtabilem in Eccleſia, ſobrium in menſa, purum in conſcientia, aſſiduum in oratione, heroicum in contritione; ſit in ſocietate humilis, in lætitia prudens, in agendo promptus, diues in virtutibus, prudens in verbis, & in prædicationibus verax. Haſce vobis dotes comparate, haſce perfectiones acquirite, ita vitam veſtram dirigite, atque tunc merita veſtra in æternum decantabo. [Hæc è varijs deprompta ſunt auctoribus.

CA-

CAPVT II.

Sacerdotes ſint ſapientes ac prudentes.

BEatas tunc demum Reſpublicas fore dixit magnus Plato, ſi quando earum gubernaculo prudentes, ſapienteſque rectores, id eſt Philoſophi, admouerentur. Equidem beatas etiam futuras Eccleſias tum demum puto, cùm prudentes cordatoſque, qui verè Philoſophi ſunt, paſtores presbyteroſque nactæ fuerint. Felices Ecclesiæ cũ ſapientes Sacerdotes illi præſunt. *Plato lib. de republ.*

Dixit olim ſapientiſſimus mortalium Salomon, [vbi non eſt gubernator, populus corruet; ſalus autem vbi multa conſilia, & prudentia.] Et ſanè cùm Eccleſijs ſapientes Paſtores defuerint, animæ in interitum & exitium vergunt, at è contrà, vbi ſapientes Sacerdotes fuerint, qui eoſdem regant ac prudenter dirigant, bonum & ſalus populorum eſt. *Prou. 11.* Benedictio populi ſapiens presbyter.

[Melior eſt,] inquit Eccleſiaſtes, [ſapientia quàm vires; & vir prudens quàm fortis.] Atque ideo Sacerdotes, dum ſapientes & prudentes ſunt, publico & ciuitatibus vniuerſis vtiliores & conducibiliores ſunt, quàm validi duces & generoſi milites robore præſtantes. *Eccle. 5.* Sapientia viribus præſtat.

[Radix ſapientiæ,] ait olim Sapiens, [eſt timere Deum, rami illius lõgæui, &c.] Aio igitur illum ſecutus, Sacerdotes qui Deum timent, verè ſapientes eſſe. Timor Dei radix ſapientiæ. *Sap. 1.*

Scribit Eccleſiaſticus, [verba prudentum ſtatera ponderabuntur.] Quibus verbis Sacerdotibus regula præſcribitur, ſi mòdo ſapientes & prudentes eſſe velint, ſermones illos ſuos ponderare, & verba in ſtatera, appendere debere. *Baruc. 3.* *Eccl. 21.* Sacerdotes verba põderent.

Magnus legiſlator Moſes miſerias & ca-

lamitates Hebræorum deplôrans, dicebat omnes illorum calamitates ac miſerias non ab alio fonte deriuari, quàm quod prudentia deſtituerentur, & temere atque abſque conſilio nouiſſima non prouidentes, beſtiarum inſtar viuerent, [Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia, vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent!] Deplorandus vere Sacerdotum ſtatus eſt, cùm conſilio carent, & prudentiam in actionibus ſuis non adhibent: & vtriuſque defectus innumera eis mala cauſatur, & ruinam tandem extremam accerſit.

Prudẽtiæ defectus in Sacerdote ruinæ occaſio. *Deut.* 32.

Eſt apud Salomonem prouerbium, [Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam.] Sacerdotes animarum duces & populorum ſunt rectores, at cùm illis prudentia deſuerit, regnis exitium ſunt, & ſe ipſos ſimul & infinita hominum millia perdunt & deſtruunt.

Dux imprudens ſuos diſperdit. *Prou.* 28.

Philoſophus Plato de prudentia agens, omnium illam humanorum negotiorum ducem, directricẽ ac gubernatricem appellabat. Hanc ipſe illius ſententiam vſurpans dicere volo, Sacerdotes hac virtute deſtitutos, actiones ſuas dirigere, vitam moderare, negotia gubernare non poſſe, atque ideo ſine hac omnia peſſum ire atque ad interitum tendere.

In Menod. Prudẽtia dux actionũ humanarum.

In hoc propoſitum delapſus Salomon, dixit olim, [ſapientia ædificatur Domus, & prudẽtia corroboratur.] Benè quoque dicam, ſi dixero, Sacerdotum ſapientia domum Dei ædificari, eorumque prudentia fundamenta ac fulcra Eccleſiæ ſuſtentari.

Sacerdotum prudẽtia ędificatio Eccleſiæ. *Prou.* 24.

In prædeſtinationis ſuæ materiam deſcendens Apoſtolus, deque gratia ſibi à Deo collata agens

Sapientia ſignũ prædeſtinationis.

agens ſapientiam ac prudentiam in primis celebrat ac deprædicat, dicens, [Quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia ac prudentia.] Neſcio quo ſpectet Apoſtolus, hoc ſcio, præcipuos ac primos gratiæ effectus eſſe, animam ſapientem reddere, ac præcipua prædeſtinationis ſigna eſſe, prudentiam demonſtrare. Adeo vt Sacerdotes tunc ſeſe prædeſtinatos & in Dei gratia conſtitutos demonſtrent, quando prudentes, prouidi, ac ſapientes fuerint. *Epheſ.* 1.

Scripſit in officijs Marcus Tullius, [prudentes dij amant, & oderunt malos.] Illius ſententiam meo adaptans propoſito, verè dico, Deum impios deteſtari Sacerdotes, & ſapientes, prudenteſque ſummo amore complecti. Deus ſapientes amat.

Primo Regum puer quidam Saulis, coram eo Dauidis merita deprædicans, prudentiam illius cõmendauit, [Ecce vidi filium Iſai Bethleemiticũ ſcientem pſallere, & fortiſſimum robore, & virũ bellicoſum, & prudentem verbis.] Vt egregiam hanc hiſtoriam meo adaptem inſtituto, & allegoricè exponam, dico, quò Sacerdos dignè & ex merito coram omnibus laudetur, à prudentia illum imprimis commendari oportere. Quicunque igitur in verbis ſapiens, & in negotijs prudens eſt, laude dignus eſt & præconio. Dauid ob prudẽtiã laudatus. 1. *Reg.* 16

[Beatus homo,] ſcribit in prouerbijs Salomon, [qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia: melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri.] Beatus, inquam, Sacerdos qui ſapientiam & prudentiam acquiſiuit, eo quod excellentes illæ virtutes, ceterarum omnium duces, diuitijs ipſis & opibus opulentiores ſunt. *Prou.* 3. Sapientiã qui inuenit beatus eſt.

Dixit olim Menander Comicus, [ſi bene prudens ſis, in omnibus fortunatus eris.] Cum illo quo- Menãder prudẽtes

eſſe dixit beatos. quò ad opinionem coincidens, ſentio quoque; Sacerdotem qui ſapit ac prudens & diſcretus in ſuis negotijs eſt, beatum ac fortunatum in omnibus actionibus futurum.

Nihil homine dignius quã ſapientia. M. Tullius eloquentiæ torrens ſcripſit quodam loco, ſapientia nihil eſſe optabilius, nihil præſtantius, nihil homine dignius, eſſeque rerum humanarum & diuinarum ſcientiam. Quod orator hic in genere & latius dixit, in particulari hoc ipſe dixero,& aſſeram, Sacerdoti ſapientia nihil magis optandum,nihil illa haberi poſſe dignius, nihil conuenientius; ipſa ſiquidem in Sacerdote facit, vt norit omnia, tam quæ in cœlo,quàm quæ in terra.

Socratis Apopht. *Socrate.* Interrogatus olim Socrates, quid eſſet Prudentia,[Animę,]inquit,[continuitas.]Idem roganti quinam reuerà prudẽtes eſſent, [Qui non facilè aberrant,]dixit. Bene feliciterque ſapiens ille reſpondit, cuius reſponſioni vt me adiungã atque accommodem, dico illum Sacerdotem verè prudentem eſſe, qui nunquam in exitium ruit,ſemper virtutem conſectatur,nunquam ad vitiorum tramitem deflectit.

Prou. 15. Prudens vitam ſuã diſquirit. Hoc tractans Sapiens, hominem prudentem dixit greſſus dirigere, & quo loco pedes figat diligenter aduertere. Sacerdos profectò qui prudens eſt, greſſus ſuos moderatur, actiones ponderat,& in vitæ vias omni loco inquirit: ſed qui hac virtute caruerit, incertè inambulat, ad ſingulos paſſus offendit, inque omnibus vijs deuiat, & tandem in præcipitem infame præceps ruit.

Mat. 10. Hinc olim Apoſtolis ſuis Chriſtus, ad prudentiam illos exhortatus, dixit, [eſtote pruden-

tes

tes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.] Quibus verbis edocemur illum indignum eſſe qui Chriſti diſcipulus nominetur, aut Apoſtolorum ſucceſſor, qui ſerpentinam prudentiam & columbinam ſimplicitatem non poſſederit.

Chriſtus ſuos hortatur ad prudẽtiã.

Scriptum eſt in Euangelio, gnarum illum ſeruum, quem Dominus ſuper familiam ſuam & rerum omnium gubernationem conſtituit, fuiſſe fidelem, prudentem, prouidum, & ſapientem, [fidelis ſeruus & prudens.] Inſignis profectò locus & obſeruatione dignus, quique demonſtret, Sacerdotem, qui ſeruus Dei eſt, ſed ſeruus ſuper Eccleſię Domum, gubernationemque familiæ & omnium fidelium eſt conſtitutus, Domino ſuo fidelem, prudentem in actionibus, & omni ratione ſapientem eſſe debere.

Seruus patterfamilias laudatur ob prudẽtiã. *Mat.* 24.

Apoſtolus Paulus de dotibus Epiſcopo neceſſarijs; Epiſcopo Timotheo perſcribens, inter cetera oſtendit, illum prudentia eſſe debere ornatum; [Sobrium, prudentem, ornatum.] Quod Apoſtolus ille de magnis Prælatis & Archiepiſcopis dicebat; equidem de Sacerdotibus priuatis in genere dico, aſſeroque ad eorum complementum ac perfectionem inter ceteras dotes atque ornamenta, prudentiam eſſe perneceſſariam.

Prudẽtia Epiſcopo imprimis neceſſaria. 1. *Tim.* 3.

[Prudentia, vel diſcretio,] ait ſeraficus Bonauentura, [non tam virtus eſt, quam quædam moderatrix & auriga virtutum, ornatrixq; affectuum & motum doctrix.] Adeo vt ſi prudentia in Sacerdotibus reperiatur, omnis in illis virtus ſit; at ſi illa defuerit, omnes illorum actiones nonniſi vitia ſint.

Prudẽtia virtutum magiſtra.

Prudẽtia Sacerdotes recta ad Deum ducit.

Atque hæc ſententia fuit magni Anachoretæ Antonij, reliquorumque veterum Patrum, ſolam prudentiam ac diſcretionem religioſos & Sacerdotes recta ad Deum deducere, atque per illam reliquas inuiolatè virtutes conſeruari Per ſolam prudentiam ad ſummum nos perfectionis apicem pertingere, ſine illa verò, omnem conatum etiam intentiſſimum ad vitæ ſpiritualis culmen pertingendi, irritum & penitùs inanem eſſe, eo quod prudentia mater eſſet custos, moderatrixque virtutum omnium. Sacerdos qui hac virtute donatus eſt, ad ſummum perfectionis faſtigium peruenit, cui verò ipſa defuerit, nonniſi tironem ac nouitium credo.

Caſſian. col. 2. c. 4.

Albert. Mag. in parad. animi c. 8. & 34.

Prudentia vera ac perfecta, ſapientibuſq; neceſſaria eſt, ſemper niti ad agnitionem diuinæ naturæ,& profunditatem humanę miſeriæ. Talem porro deſiderabat ſanctus Auguſtinus dicens, [Dominus, nouerim te, nouerim me.] Sapiens porrò ac prudens Sacerdos ille eſt, qui perfectè tum ſe, tum Deum cognouerit.

Sacerdos humilis ſit vt ſit ſapiens.

[Vera] inquit Caſſianus, [diſcretio] ac perfecta prudentia, [nonniſi vera humilitate conquiritur.] Sacerdos quoque verè ſapiens eſſe nequit, niſi verè prius humilis fuerit.

Lib. de sũmo bon. c. 1.

[Nullus,] ait Iſidorus, [ſapientiam Dei plenè recipit, niſi qui ſe ab omni abſtrahere actionum cura contendit.] Sacerdos igitur ex illius ſententia nunquam planè perfectus eſſe poteſt, niſi prius ſe à mundi negotijs & curis ſæcularibus ſequeſtret & expediat.

Serm. 4. ad fratres in eremo.

[Fratres, prudentia,] ait ſanctus Auguſtinus, [vobis neceſſaria eſt, quia docet quid fugiendũ, quid

quid tenendùm ſit.] Docet ipſa ſiquidem, non oportere vos ſuperbire, nec inordinato rerum temporalium amore teneri, vtpote quæ caducæ ſunt, ac ſimul oſtendit cogitare vos debere, ea quæ poſſidetis, aliena eſſe & externa, ſolumque vſum fructum eorum vobis conceſſum. Sacerdos igitur ſapiens ac prudens ſit, qui ſancta humilitate ſe conueſtiens, fugere norit malum, & quod bonum eſt celeri pede ſequi. Prudẽtia ijs neceſſaria.

Prudentia, ait idem ibidem, armemini, fratres, ipſa ſiquidem docebit vos, vt, quæ non poteſtis perpetuò tenere, fructuosè permittatis abire; docebit ipſa, vt in cunctis idem ſitis, tam in proſperis quàm in aduerſis, vt ſitis adinſtar manus, quę ſemper eadem eſt, quamtumuis in pugnum contrahatur, aut in palmam explicetur. Egregia profectò prudentiæ indicia ſunt, varietati ac mutabilitati ſubiectum non eſſe, eundem ſemper vultum monſtrare, ac rupis inſtar fluctibus impetitæ, immobilem perſiſtere. Prudẽtię effectus.

Quin & eodem loco ſubiungit, Prudentiam ſectamini fratres; nam ipſa docet, quomodo reprehenſibilis ſit nimia laudatio, & immoderata vituperatio: illa ſiquidem adulatione, ſed iſta ſuſpecta malignitate: prudentia verò veritatis teſtimonium perhibet, & damnat auaritiam. Porrò vanitatem contemnere, vituperia irridere, atque aduerſus omnes adulationes ſeſe armare, prudentiam ſingularem arguit. Ipſa docet fugiẽdas ſummas laudes & ſũma vituperia.

Prudentiam igitur fratres diligite & cordi imprimite, nam diſcretioni vnita multa promittit, & plura quàm promittat præſtat, promiſſaque complet. Ipſa docet quomodo præſentia Reſpicit prçterita, præsẽtia, futura. *Ibidem.*

ſentia ordinentur, præterita recorderis, & futura quomodo prouideas. Sacerdos verò prudens eſt, qui præſentia rite diſponit, præterita præ oculis habet, deque futuris etiam ſollicitus eſt.

Nulla ſine prudẽtia virtus. *De cõſtit. monaſt. c. 15.*

Prudentiæ virtus adeò neceſſaria eſt, tantique momenti, vt teſte Baſilio, in omni quæ ſuſcipitur actione, ipſa præcedere debeat; nam prudentia remota nihil cuiuſuis generis eſt, quod licet bonum videatur, non in vitium recedat. At vbi ratio & prudentia in ijs quæ bona ſunt locum occupant, dici non poteſt, quæ commoda, quæ bona ſecum trahant. Prudentia igitur actionum anima eſt, & quidquid ab illa non animatur, vitæ expers eſt, & omni merito deſtitutum; Sacerdos verò qui hac virtute caret, inſtar corporis exanimis eſt.

Prudẽtia tria reſpicit. *Bonauẽt. de proceſſ. relig. c. 1.*

Porrò, Sacerdotes, prudentes vt ſitis, tria omnes actiones veſtræ reſpiciant neceſſe eſt. Circumſpiciendum enim primò eſt, an liceat; ſecundò num deceat; tertiò an expediat. Quæ tria prudentiam ſpirant & ſapiunt.

Sacerdotes prudẽtes cõparati animalibus Ezech. *Greg. hom. 1. in Ezech. diſt. 88. c. Decreuit.*

Animalia quæ Ezechiel Propheta conſpexit, & in circuitu & intrinſecus plena oculis fuiſſe memorantur, Quicumque enim honeſte actiones ſuas externas moderatur ac diſponit, internas autem negligit, in circuitu oculos habet, non verò intrinſecus. At ſancti intuentur tam que foris ſunt, quàm quæ intus, atque idcirco oculos & in circuitu & interius habent, quod prudentiæ eſt. Hiſce animalibus ſimiles ſint Sacerdotes, vndique habeant oculos & omnem in partem excubent, intueantur intrinſecus, & vigilum inſtar ex-

terna

terna pericula detegant, atque hoc demum eſt eſſe ſapientem.

Sacerdos igitur ſit ſanctus ac religioſus; quia in ſola religione, id eſt in ſumma Dei notione ſapientia ſita eſt; atque ideo is ſe verè ſapientem dicere poteſt, qui veram Dei habuerit cognitionem. Et ſane vt meræ ſtultitiæ argumentum eſt Deum non cognoſcere, ita quoque euidens ſapientiæ teſtimonium, eiuſdem cognitione præditum eſſe, ac præſertim Sacerdotibus.

Sapientia in Dei cõſiſtit cognitione. *Lactant de falſa ſapient. c. 21.*

Sacerdos ſapientiæ expers, oculis captus verè dici poteſt ac cæcus: nam, teſte Lactantio, vt ſol oculorum, ſic ſapientia lumen eſt cordis humani.

Sacerdos ſine ſapiẽtia, cæcus eſt. *De origi. error 5. c. 8.*

Prudentia virtus admodum neceſſaria eſt, ſed quis eius ſit vſus imprimis ſciendum eſt. Pauci quippe ſunt qui vtiliter; pauciores qui humiliter præſunt; qui autem ad hoc idonei ſunt, illi nimirum ſunt, qui matrem virtutum diſcretionem perfectè adepti ſunt. Vobis, Præſules, hæcce decantantur, vobiſque hic inſinuatur, ad bene alios regendos, diſcretionem & prudentiam vobis eſſe neceſſariam: hæc ſiquidem virtus Prælatis authoritatem elargitur, ſine illa verò cuncta peſſum eunt.

Quis ſit prudẽtiæ vſus. *Bernard. l. 2. de cõſider.*

[Prudentia eſt,] ait idem Bernardus prudenter prudentia vti, eiq. charitatem velut ſociam addere, nam virtus diſcretionis abſque feruore charitatis iacet, & feruor vehemens abſque diſcretionis temperamento præcipitat:] adeò vt zelus regere debeat diſcretionem, & diſcretio zelum, ne ſolicitudo & cura ſubditorum ſuper-

Prudẽtiæ ſit annexa charitas. *Lib. 2. de conſid. & ſerm. 2. ſup. cãtic.*

ſuperiori deſit, & viciſſim ipſe arroganter & ſuperbè non præſideat. Sacerdos verò qui hæc duo in vitæ ſuæ ratione conciliare potuerit, id eſt, diſcretionem cum charitate, zelum cum prudentia vnire, næ ille ſapiens ac prudens habendus.

In modo bene viuē di ſerm. 63.

Omnia p prudentiā guberna- tā perfe- cta ſunt.

[Denique,] ait iterum idem Bernardus, [vbique dominatur ratio, & in omni re eſt aliquod moderamen, nihilq; firmum ac ſolidum eſt, ſi prudentia non conducat; prudentia porrò mediocritatem includit, atq; omnia mediocria & moderata vtilia ſunt & in ſuo genere perfecta: quæ cùm temperantia ſimul ſalubria ſunt; bona autem immoderato vſu ſumpta noxia efficiuntur: omnis enim nimietas exceſſus eſt & in vitio deputatur, & ad extrema pertranſit, extrema verò vitium ſunt.] Mediocritatem igitur ſectemini Sacerdotes, omnes actiones veſtras ad rectam normam dirigite, ac cogitate, indiſcretum illum eſſe, qui nimium ſapere velit.

Prudētia neceſſaria in virtutū exercitio *Lib. 28. Moral. cap. 6.*

Eſtote igitur prudentes (ò Sacerdotes) in virtutis exercitio, vti vos magnus hortatur Gregorius, ac cogitate, præclaram illam gemmam ſæpenumerò amitti, ſi indiſcretè retineatur, & ſi cum diſcretione relaxetur, conſeruari. Interdum enim ex ſtudio arcus relaxatur, vt in ſuo tempore maiori cum vtilitate tēdatur. Violentas igitur deuotiones interdum relaxate, vt poſtea magis magiſq; eaſdem accendatis. Vbi igitur mediocritas non fuerit, non eſt virtus, nullum ad hæc violentum perpetuum eſt.

Orat. 17. de humilit.

In correctionibus fraternis, vti cautè monet S. Baſilius, eſtote prudentes, diligenterque cauete, ne dum alios reprehenditis, cæco affectu ac præci-

præcipiti paſſione tranſuerſum, extra rationis limites abripiamini, præcipitantem omnem & impetum vehementem fugite, neque ob res paruas aut nihil, aliquem condemnate, quaſi vos omnibus numeris iuſti ſitis: ſed cum omni humilitate ad hoc procedite, litem hanc ſincerè diſcutite, ſumma cum integritate negotium hoc decidite, ac ſcietis velim omnia hæc in prudentiæ ludo edoceri. Prudentis ſiquidem medici eſt, molliter ac benignè ægrum tractare, duriùs verò cum illo agere, barbariem ſapit, atque immitem operatorem arguit. *Prudētia neçeſſaria in correctione fraterna.*

Eſtote prudentes in conuerſationibus veſtris, ait Auguſtinus, & viſitationibus, vbi adfuerint alij, & temporibus ac locis & perſonis vos accommodate: viuere enim ſecus quam viuunt quibuſcum agimus, ſuperſtitioſum eſt, limites verò & terminos hominum piorum tranſgredi, vitium eſt, & improbitatem redolet. Sed his ſe attemperare, & inſtar aliorum viuere, Philoſophicum eſt, pietatem ſapit. Dicere vult, Sacerdotes illos, qui tempori ſeruire & hominum ſe genio accommodare neſciunt, ſtultos ac ſtolidos, qui verò vtrumque præſtare ſcitè norint, prudentes verè poſſe appellari. *In cōuerſatione neceſſaria eſt. Diſt. 41. c. eod.*

Prudentia igitur in omnibus neceſſaria eſt, & ipſi etiam prudētiæ, [Dixit] enim olim Sapiens, inquit B. Ignatius, [Prudentiæ tuæ pone modū, neque enim decet ſine modo eā virtutē eſſe, quæ reliquarum virtutum modus & menſura eſt.] Vos verò virtutum ſtudioſi prudentiam in primis diligite, ac conſiderate, quantopere illa ceteris virtutibus, cùm ſibi ipſi ſit etiam neceſſaria. *Prudētiæ prudētia neceſſaria. B. Ignatius Loiola in reg. c. de prudentia rerū agend.*

[Nō ſolùm,]ait Chryſoſtomus, [mundū purumq. Sacerdotē eſſe oportet, vt qui tali miniſterio *Lib. 6. de Sacerd.*

dignus

Sacerdos prudẽs ſit & cautus. dignus habitus ſit; ſed etiam prudentem ac longo rerum variarum vſu experientiaq; donatum, vt non minorem rerum ſæcularium, quàm mundani ipſi in mundo commorantes, cognitionem habeant. In omni igitur re verſatus trituſque ſit, omniumq; rerum experientiam habeat.] Quid ni, ò venerabiles Patres? Pietas enim & deuotio, ac negotiorum ſæcularium tractatio incompatibilia nequaquam ſunt.

Et in omnibus probatus. *Idem qui ſuprà,* Cùm verò neceſſe ſit, Sacerdotem diuinis myſterijs deſtinatum cum hominibus conuerſari, & domos interdum adire eorum qui habent vxores, proles, famulos, quique diuitijs & opibus pollent, magnaque negotia obeunt, varij ſint oportet, ad omnes caſus infracti, & multarum rerum experientia clari. Atque in hoc qui ſe cum dignitate gerit, is verè prudens eſt; qui verò partibus ſuis defuerit, nonniſi ſtolidum brutum eſt.

Sit vniuerſalis. Et ſanè vniuerſalem eſſe Sacerdotem decet, & encyclopædiam quamdam & publicam rerum omnium notitiam in ſe habere, ac varium eſſe, non tamen occultum, ſubdolum, vafrum, adullatorem, neque contumelioſum; ſed verè politicum, libertatis & cãdoris plenum, quique vtiliter ſe rebus ac negotijs publicis accommodare norit, temporique prudenter ſeruire; quique non minus facilis ſit quàm auſterus. Magnum igitur Sacerdotum ornamentum ac decus, omnia negotia dignè obire, & omni de re conſilium prudens ſuggerere poſſe.

Suid. in vita S. Chryſ. Greg. 2. part. Paſt. cap. 7.

Sit prudens vt ſerpens. Eſtote igitur prudentes, Sacerdotes, tempori vos attemperate, dignè viuite, ſapientes & cordatos vos oſtendite; recordemini etiam docu-

documenti quod ipſe Dominus primis Sacerdotibus tradidit, [Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.] Serpentinæ aſtutiæ comes accedat columbina ſimplicitas; quæ duæ partes ſemper ſe mutuo ſequi debent. *Mat.* 10.

CAPVT III.

SACERDOTES ESSE OPORTET conſtantes & immobiles.

IPſe Redemptor Chriſtus ſummus Euangelicæ legis Sacerdos primos Sacerdotes inſtituens, primatum & præcipuum eorũ caput dici voluit Petrã, eumq; Eccleſię ſuæ in fundamentũ dedit dicens, [Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam.] Petra porrò, conſtãtiæ ſymbolum eſt, ſimul etiam oſtendere voluit, velle ſe vt ſui Sacerdotes Eccleſiæ, petrarũ inſtar conſtantes & rupibus pares ſint, quæ quamuis fulminibus impetantur, tonitru concutiantur, loco tamen minimè mouentur aut cedunt.

Sacerdotes inſtar Petrę ſint immobiles.

Mat. 16.

Porrò Sacerdotis mens Proteo non debet eſſe mutabilior, non gallinaceus campanilium ad omne flabrum mobilis, nõ coturno verſatilior, non chamæleonte mutationi ſubiectior, omnes in ſe formas & figuras admittens; ſed in eodem ſemper ſtatu perſeueret, ſeſeque immobilem oſtendat, in quo palmam imitetur, quæ etiam vi maxima attracta non flectitur; incudem quoque ictibus aſſiduis reſiſtentem; arcam denique Noẽi, à naufragio liberam, ſed quò imbribus & fluctibus magis impetebatur, eo cęlo magis

Sacerdos nõ ſit mutabilis.

Gen. 7.

gis impetebatur, eo cœlo magis approximantē; [Factumq; eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terram, & multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra.] Idem omnino faciat Sacerdotis anima, & quocumque demum tentationum turbine concutiatur, naufragium tamen in peccati fluctibus non faciat.

Ad mortē vſque ſit cōſtās. *Lib.* 1. *Ep.* 3.

[Sacerdos Dei,] inquit Cyprianus, [Euāgeliū tenens, & Chriſti præcepta cuſtodiēs occidi poteſt, vinci nō poteſt.] Exēplo ſit magnus Domini Sacerdos Zacharias, qui cùm minis non flecteretur, & omnem ſuppliciorum feritatem rideret, in medio templi fuit iugulatus, atque vnà cū anima haſce emiſit voces, [Vos reliquiſtis viā Domini, & Dominus relinquet vos.] Ad Prophetæ huius imitationē cōſtantes & infracti ſint Sacerdotes, heroica mente præditi, & animum in maximis etiam periculis non deſpondeant.

Exod. 28.

Sacerdos Iudaicus coccū bis tinctū habebat in veſte.

In Exodo pręcepit Deus, vt ſummi Pontificis veſtes ex auro, purpura, hyacintho fierēt & cocco bis tincto: [Faciant autem ſuperhumerale de auro & hyacintho, & purpura & cocco bis tincto.] Aurum, purpura, & cocus, nūquam colorem mutant, & in eodem ſemper decore permanent; quòd verò hiſce ſummus Pontifex cōueſtiretur, denotabat, ſtabilem illum, conſtantem & in Dei obſequio infractum eſſe oportere, nihilque reperiri poſſe indignius, quàm Sacerdotem mutabilitati & variationi obnoxium.

Cogitationū varietas incōſtantiæ ſignum. *Leuit.* 13.

Inter cetera lepræ indicia & ſigna, hoc erat imprimis, ſi quando in ægro pili colore mutato alium induerent, [Qui cùm viderit pilos in album mutatos colorem, &c. plaga lepræ eſt.] Pili cogitationum ſunt ſymbola, & lepra peccatorū: deſignare autē vult myſterium, cùm cogitatio-

nes

nes colorem mutant, & aliud propoſitum concipiunt in mente debili & infirma, etiam in religioſo, inconſtantiam, id eſt leuitatem arguere, multorumque id vitiorum ſubeuntium argumentum eſſe.

Magnus ille rex Dauid, diuino quodam zelo actus, & beneficia à Deo ſibi collata longa ſerie recenſens, imprimis illum deprædicat, quòd conſtantiam clienti ſuo dederit, pedeſque non in arena mobili, ſed in petra dura fixerit, [Statuit ſuper petram pedes meos.] Ad regis huius imitationem Deo ingentes agere debet gratias Sacerdos, quod dono illum conſtantiæ ornarit, cogitationeſque eius, qui animæ pedes ſunt, ſuper petram firmitatis, non verò ſuper arenam vanitatis inconſtantiæque collocarit.

Dauid Deū laudat quod ſibi dederit cōſtātiam. *Pſal, 39.*

Cordata illa Iudith aduerſus Holofernem regis Aſſyriorum militiæ præfectum cùm conſpiraſſet, & ſua iam molimina ad effectum perducere vellet, genibus in terram proſtratis, ita Deum deprecata eſt, [Da mihi in animo cōſtantiam, vt contemnam illum, & virtutem vt euertam illum.] Sacerdotum preces, precibus mulieris huius eſſe deberent perſimiles, aſſidueque à Deo cor conſtans, immutabile, animam fortem & generoſam & virtutem infractam petere; ipſi enim ſunt, qui iam inde à principio vocationis ſuæ aduerſus mundum, carnem, diabolumque conſpirarunt.

Iudit cōſtantiam à Deo petijt. *Iud. 9.*

Ingens illud, mirabile & capax templum, quod vidit olim Propheta Ezechiel, è lapidibus quadratis conſtructum erat, [Quatuor autem menſę ad holocauſtum de lapidibus quadris exſtructæ.] Quadratū porrò cōſtātiæ Symbolum

Quadratū cōſtātiæ ſymbolum. *Ezech. 40.*

eſt, ad quodcunque enim latus figuram illam conuertas, idem ſemper ſchema demonſtrat & faciem. Denotare autem volebat, Sacerdotes, qui lapides angulares Eccleſiæ ſunt, quadratos penitus eſſe debere, id eſt in propoſito conſtantes, in votis immutabiles, & in exercitijs ſtabiles, debere inquam eſſe quadratos, non verò varios ac mutabiles.

Ezech. 40

Incõſtantia nec in cœlo nec in terra apparet. *Apoc.* 21.

Ciuitas illa magna, quàm Ioannes in Apocalypſi deſcribit, quoad ſitum in quadro poſita eſſe dicitur, [Et ciuitas in quadro poſita eſt.] Sicue autem ciuitas illa Eccleſiam repræſentet, ſeu cælum beatorum domicilium, demonſtrare tamen vult, tum in cœlo tum in Eccleſia nil niſi conſtantiam reperiri poſſe, cuius imago eſt quadrata figura: & quemadmodum Sancti qui cælo continentur, numquam mutantur, ita nec Sacerdotes, quos Eccleſia complectitur, variari poſſunt, nec vllam inconſtantiæ notam præ ſe ferre.

Luna incõſtantiæ ſymbolũ. *Apoc.* 12.

Apocalypſeos Cap. XII. mulier deſcribitur prodigioſa, ſuis lunã pedibus premens, & ſolem humeris geſtans. [Signum magnum apparuit in cœlo, Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius.] Multa quæ extra propoſitum noſtrum ſũt relinquendo, ſi mulier hæc Eccleſiæ typus eſt, ipſaque Luna inconſtantiæ ſymbolum, cùm perpetuò mutetur; ipſum proculdubiò myſterium aliud non indicat, quàm dum Eccleſia quidquid mutabile eſt pedibus premit, Sacerdotes, qui eiuſdem rectores ſunt & adminiſtri, ſtabilem ac firmam mentem præſeferre debere, & numquam à conſtantiæ quadro deflectere.

Incõſtans Lunæ ſimilis. *Eccliſ.* 27

Hinc in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, ſtultum ſicut lunam mutari, iuſtum autem permanere

vt ſo-

vt ſolem, nec vmquam mutari. Hoc materiæ meæ accommodans, dico, Sacerdotem ſapientem numquam in propoſito & conceptibus ſuis mutari, in tentationibus rupis inſtar firmum perſiſtere, in profeſſione non variare, & verum mundo ſolem exiſtere: at qui ſtabilis non eſt, qui ad ſingula momenta veſtem mutat, quique plures opiniones, quàm chamæleon colores, aſſumit, ventoſum eſſe, ſtolidum, euanidum, lunaticum, & cerebro deſtitutum.

[Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam: eſto firmus in via Domini, & in veritate ſenſus tui,] ait Sapiens. Monitum hoc Sacerdotes imprimis concernit, qui leuis armaturæ equites eſſe non debent, & in omnem ſemitam deflectere, nouitates conſectando, ſed in acie virtutis ſtabiles perſiſtere, nec vmquam à ſemita iuſtitiæ deuiare. Sacerdotes ſint in virtute ſtabiles. *Eccleſ. 5.*

[Moriamur,] dicebant ſeptem fratres Machabæi, [omnes in ſimplicitate noſtra, & teſtes erunt ſuper nos cœlum & terra, quod iniuſtè perditis nos, &c.] Egregium hoc Sacerdotibus documentum eſt, vt aduerſus triſtia & aduerſa ſe infractos præbeant, tyrannidi ſe obijciant, & ſtatum religionis, diuinaſque conſtitutiones ad mortem vſque & ſanguinem defendant, ac viriliter tueantur. *2. Mach. 6.*

Vnde conſulit Apoſtolus Chriſtianis Neophytis Epheſi commorantibus, [Nō ſimus paruuli fluctuantes & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum.] Illi verò omni vnda ventoque abripiuntur; & inſtar paruulorum fluctuantur, qui inconſtantes ſunt, reſque nouas conſectantur: Sacerdotes verò Paruulorum propria eſt incōſtātia *Epheſ. 4.*

viros ſe eſſe demonſtrent ac rupibus perſimiles, quæ quibuſcumque tandem fluctibus concutiantur, non cedunt.

Heb. 3. Sacerdotibus perſeuerãtia neceſſaria.

[Participes Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantię eius vſque ad finem firmum retineamus.] Sacerdotes autem imprimis Chriſti eiuſque meritorum participes ſunt, modò in Dei ſui ſeruitio ac cultu ſtabiles perſeuerent, principiumque fini reſpondeat, & concluſioni exordium.

Collat. 6. cap. 1. Anima Sacerdotis adamãti eſſe debet ſimilis.

Hinc dixit olim religioſus Caſſianus, Sacerdotis animam ac mẽtem non debere ceræ molli, vel alteri cuidam materiæ teneriori, quæ omnem in ſe impreſſionem recipiens, numquam eamdem figuram retinet, ſed aliam & aliam iuxta characteres recẽter impreſſos admittit, eſſe perſimilem; ſed adamanti, cui cùm figura aliqua fuerit impreſſa, aliam non admittit, neque enim duabus eſt locus. Vt conſtantiam ſcilicet illorum demonſtraret, vtpote qui numquam variare aut eradere primi characteris figuram debeant: qui verò facillimè mutant & ad omnem ſe figuram adaptant, ceræ ſunt, omnes figuras admittenti, perſimiles.

Idẽ coll. cap. 25. Sacerdotum conſtantia in tribulationibus lucere debet.

At in tribulationibus præſertim, veri Sacerdotis animus immobilem ſe præſtare debet. Excellentis enim virtutis eſt actus, ſi anima miſerijs circũuallata, & afflictionibus preſſa, ſemper immobilis ac firma perſeuerat, ſi inquam vndique impetita numquam ſuccumbat, ſed in protectione Dei cœli & in adiutorio Altiſſimi confidens, in medio tumultuum & aduerſitatum conflictu, inuicta inimicos vincat, & de impatientia honorificos triumphos ſtatuat. Ille quippe verè maſculus & generoſus eſt, animique

que heroici, qui in afflictionum certaminibus & triſtium impetu animum non deſpondet, ſed fortior inſurgit.

[Bonam vitam Sacerdotis ego puto, & mala pati, & bona facere, & ſic perſeuerare vſq. in finem.] Succincta ſententia, ſed neruoſa, quęque oſtendit, cor in afflictionibus immobile & infractum habere, veri Sacerdotis triumphum & gloriam eſſe.

Vita boni Sacerdotis eſt dura pati. *S. Bernardus ſerm. de S. Apoſt. Pet. & Paulo.*

Deus Ieremiam Prophetam olim delegans ad verbum & voluntatem Dei denuntiandam, his eum eſt verbis allocutus, [Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam & in columnam ferream, & in murum æneum.] Quibus verbis oſtēdere volebat, eum, cùm ad opus Dei aſſumptus eſſet, inſtar loci muniti inuictum, inſtar columnæ ferreæ immobilem, & muri ænei inſtar infractum eſſe debere. Poſt Prophetæ illam conſtantiam, denotare volebat, Sacerdotes, qui ad altiſſimi munus exequendum vocati ſunt, nihil metuere, ſed loca munita, columnas conſtantiæ, & muros animoſitatis eſſe debere.

Sacerdotes ſimiles columnæ ferreæ & muro æneo. *Ierem. 1.*

Et ſanè ita conſtantes eſſe debent Sacerdotes, numquam vt, vel ob fortunæ impetus vel afflictionum flagella, vel paſſionum inſultus, vel calumniantium improperia de ſententia animiq. propoſito decedant. Si quis enim ob populi dicta animo ſtatim deijci cœperit, nihil vmquam quod generoſum admirandumq. ſit, parere poterit. Verba autem & calumnias negligere, conuitiaque inſultantium irridere, vera conſtantiæ imago eſt, atque Sacerdotes cum primis deceat.

Sacerdotes dicta populi cō temnant. *Chryſoſt. l. 5. de Sacerd.*

Adeò quoque Sacerdotes conſtantes eſſe debent, vt non magis commoueantur adulationi-

Obliuiſcā tur adulationes & negligāt detractiones.

Serm. 63. Cantic.

bus, quàm affligantur calumnijs: illæ obliuioni tradendæ; hæ diſſimulandæ, ait Bernardus. Quod qui facere neglexerit, nec Deo gratus nec hominibus futurus vtilis.

Tāti honores quāti iniurias faciant.

Bonau. in pharet. l. 2. c. 32. ex Senec.

Tanta quoque eſſe conſtantia debet Sacerdotis, vt eum honores & iniurias vulgi in promiſcuo habere oporteat, illis non gaudendo, ob has verò non ſe contriſtando. Magnum porrò conſtantiæ argumentum eſt, aduerſus omnia accidentia immobile cor habere.

Homo cōſtans non debet curare q̄ dicit mūd⁹.

Eccleſ. 11

S. Thom. in 6. cap. Matth.

Et profectò quicūque obſeruat & ſpectat ea quæ mundus dicit, numquam quid boni præſtabit, iuxta ſapiētis axioma, [Qui obſeruat ventos, non ſeminat; & qui conſiderat nubes, numquam metet.] Dicere vult, mundi gannitum & obtrectationes conſiderare, ac vanitates obſeruare & nubes, non cōſtantię ſed ſtoliditatis ſignum eſſe.

Exod. 28.

Sacerdos aduerſus proſperitatem & aduerſitatē armatus ſit.

2. p. paſt. c. 3. 2 Cor. 6.

In veteri teſtamento Sacerdotis Moſaici humeri velamine ſuper vtramque ſcapulam extenſo velabantur. Vnde Gregorius, [Supernæ vocis imperio in vtroque humero Sacerdos ſuperhumeralis velamine aſtringitur, vt contra aduerſa ac proſpera, virtutum ſemper ornamēto muniatur.] Denotat myſterium, Sacerdotem ſemper armis virtutis aduerſus felicitatem atque aduerſitatem eſſe armatum debere, vt ſub armis iuſtitiæ à dextris & ſiniſtris incedens, nullum in latus deflectat, ſed conſtantiam velut ſymbolum præſeferat.

Conſtans paſſionibus reſiſtit & omnibus.

[Hominem conſtantem,] ait eodē loco Gregorius, [proſpera non eleuant, non aduerſa perturbant, non blanda vſque ad voluptatem demulcent, non aſpera vſque ad deſparationem premunt, & nulli affectui aut prauæ inclinationi deditus, in omnibus actionibus ſe oſtendit

verè

verè ſapientem eſſe. Huiuſmodi cum ſit Sacerdos, quidquid aduerſi fortuna ſuggerit, illum haud deprimit; quidquid verò blandi ſpondet & offert, non ſuſtollitur. fortunis ſuperior eſt.

[Per bonam & malam famam à dextris & à ſiniſtris Chriſti miles,] ait S. Hieronymus, [graditur, nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur,] diuitijs non inflatur, nec ob paupertatem confunditur, tam læta quàm triſtia ridet & exſibilat. Hoc autem ritu Chriſti Sacerdos viuat, ſi modo ſuam velit probare conſtantiam, animoque ſe generoſo eſſe conetur oſtendere. *In prol. in Esther. Bonau. in phar. l. 2. cap. 32.*

Scribitur in Eccleſiaſtico, [Homo ſenſatus in ſapientia manet ſicut ſol, nam ſtultus ſicut luna mutatur.] Huic ſententiæ quàm proximè accedens, dico Sacerdotem, qui mutationi non ſit obnoxius, ſolis naturæ quàm maximè ſimilem eſſe, at qui variatur & inſtabilis eſt, lunatico ſe ſimilem perhibere. Conſtans ſoli comparatur. *Cap. 27.*

Chriſtus Dominus Zachariæ filium Ioannem deprædicans, eiuſque encomia coram omnibus Iudæis depromens, conſtantiam illius imprimis commendauit dicens, [Quid exiſtis in deſertum videre? an arundinem vento agitatam?] Porrò illi inter Sacerdotes filij Dei ore deprædicari merentur, qui arundini ſimiles non fuerint, ſed ventis & turbinibus reſiſtunt, animum infractum gerunt, & Baptiſtam imitantur. *Mat. 12. Luc. 7.*

(:o:)

CAPVT IV.

SACERDOTES CASTITATEM ſectari debent.

Apo. c. 1. Sacerdotū zona ſit caſtitas.

VIdit olim Ioannes Euangeliſta Angelum in ſuæ Apocalypſeos limine, [veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea.] Quotquot zonam hanc exponere conati fuerint, caſtitatis illam eſſe ſymbolum dixere, qua Sacerdotes omnes, qui Angeli in Euangelio dicuntur, cinctos eſſe oportet.

Sacerdotes ad Euchariſtiā ſine caſtitate accedẽtes diuinā punitionem merētur. *2. Reg. 6.*

Oza Cariathiarenſis, quòd Arcam Domini labantem tangere præſumpſiſſet, temeritatis ſuæ pœnas dedit, ac repentina fuit morte percuſſus. Multorum auctorum eſt opinio, ideo illum vindictam diuinam ſenſiſſe, quòd immundus eſſet, & nocte præcedente coniugali ſe copula coinquinaſſet, [Iratuſq. eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate, qui mortuus eſt ibi iuxta arcā Dei.] Myſterium docet, Sacerdotes ad quos egregiam illam arcam teſtamenti, id eſt Sacram Euchariſtiam, tractare & complecti ſpectat, ſemper mundos eſſe debere; qui verò polluta anima ad illam accedere præſumunt, cœli vindictam prouocare, ac diuinam punitionem promereri.

Caſtitatis Sacerdotibus neceſſariæ figura. *Exod. 28.*

Præcepit olim Moyſi Deus, vt feminalia linea concinnaret, quibus Sacerdotes carnem turpitudinis ſuæ, à renibus vſque ad femora, cooperirent. His verò Aaronem eiuſque filios vti voluit cùm tabernaculum teſtimonij ingre-

grederentur. Hac verò cæremonia aliud Deus inſinuare noluit, quàm caſtitatem & puritatem Sacerdotibus imprimis neceſſariam eſſe.

Regius propheta poſtquàm peccatum agnouiſſet, & pænitentia illud ipſum eluiſſet, cordis munditiem & ſpiritũ rectum à Deo poſtulauit, [Cor mundum crea in me Deus,& Spiritum rectum innoua in viſceribus meis.] Sacerdotes, qui pluſquam Prophetæ & reges in Euangelio dicuntur, ad Regis huius imitationem ſpiritum rectum,cor mundum, & animam caſtam inprimis deſiderare par eſt,ac cum Propheta dicere, [Cor mundum crea in me, & Spiritum rectum innoua in viſceribus meis.]

Sacerdos deſideret in primis cor mundum.
Pſal. 50.

Inter cætera Salomonis Prouerbia, hoc imprimis eluceſcit,[Qui diligit cordis munditiem, propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem.] Præſagium pro Sacerdotibus egregium hoc eſt,illos,ſi animam mundam habeant, & caſtitatem diligant, à Deo amatum iri, ac Principis huius clientes fore.

Sacerdotes caſti Dei deliciæ.
Prou. 22.

Aſſeuerat Sapiens per puritatem & incorruptionem homines ad Deum accedere, eiuſque vicinos fieri, [Incorruptio facit eſſe proximum Deo.] Et ſane tunc Sacerdotes cùm caſti fuerint, & ab omni corruptione cor liberum habuerint,tam Deo eſſe vicinos quàm à terra elongatos. Per hanc quippe virtutem ex hominibus redduntur Angeli.

Caſtitas homines Angelos reddit.
Sap. 6.

Bethulienſes Holoferne profligato, & exercitu Aſſyriorum ad internecionem deleto, Iudith bellatricem deprecantes, eiuſque panegyrin & præconia decantantes dixerũt,[Tu gloria Ieruſalẽ,tu lætitia Iſrael,tu honorificẽtia populi noſtri, quia feciſti viriliter, & confortatum eſt

Iudith ob caſtitatem à Bethulienſibus laudata.
Iudith.

cor

cor tuum,eo quod caſtitatem amaueris.] Vt hoc ad meos adaptem numeros dico, Sacerdotes eſſe Eccleſiæ gloriam, voluptatem populi, & totius orbis ornamentum, cùm caſtitatis ſtudioſi fuerint; tunc enim ſe generoſos oſtendunt, tuncque illos Chriſtianitas obſtupeſcit.

Sap. 4. Nihil caſtitate illuſtrius.

Æterna autem ſapientia de hac virtute ſermonem inſtituens, admirando loquitur & exclamando. [O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate!] Sacerdotes omnes nobiles ſunt & principes; nihil porrò coram Deo haberi excellentius poteſt, quàm ſi caſtitatem ipſi complectantur, inque vitæ ratione honeſtatem conſectentur.

Sacedotes caſtitate oſtendere debēt eſſe ſe Dei miniſtros. *2. Cor. 6.*

Corinthijs ſcribens Apoſtolus, his eos uerbis compellat; [Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, & tribulationibus, &c. in caſtitate & ſcientia.] Sacerdotum & Religioſorum eſt omnibus in rebus oſtendere, eſſe ſe ueros magni Dei miniſtros, idque patientia, afflictionibus & præſertim inuiolabili caſtitate.

1. Tim. 4. Caſtitas Timotheo cōmendata.

Inter cetera parœnetica præcepta Thimotheo Epiſcopo ab Apoſtolo tradita, hoc præcipuè eluceſcit, [ſed exemplum eſto fidelium in uerbo, in conuerſatione, & charitate, in fide, in caſtitate.] Non omnino extra lineam mihi uideatur, ſi Sacerdotibus hoc accommodauero horum quippe eſt ſatagere ut bono omnibus exemplo ſint, tum uerbis & commercio ſermonis, tum uerò uitæ honeſtate.

Titus Senes, ut caſti ſint ad monet. *Tit. 2.*

Titus Pauli diſcipulus, & Epiſcopali iam ordine inſignitus, ad Euangelium diſſeminandum deſtinatus, monetur imprimis ab Apoſtolo, [Senes,] ut hortaretur, [quò ſobrij eſſent, pudici,

pruden-

prudentes, ſani in fide.] Sacerdotes uerò in S. ſcriptura presbyteri, id eſt ſeniores dicuntur; hi igitur caſtitatem, prudentiam, & religionis fideique myſteria edoceant & reipſa etiam oſtendant.

Quin & Ethnici egregiæ huius uirtutis merita dignitatemque conſiderantes, uiderunt adeo illam dijs gratam eſſe, ut ſacrificulos ſuos myſterijs pepulerint, & uictimas immolare uetuerint, qui minimè puri & integri ad immolandum accederent; unde Poeta. Nouerũt Ethnici caſtitatẽ Deo placere.

Vos quoque abeſſe procul iubeo, diſcedite ab aris
Que is dedit heſterna gaudia nocte Venus.
Caſta placent ſuperis, &c. *Tibull. l. 2.*

An non uos, ueri Dei Sacerdotes, præ pudore emori par eſt, cùm uideatis Etnichorum myſtas aras accedere nequaquam audere alicuius immunditiæ macula inquinatos; uos uerò penitus immundi & ſcelerati cùm ſitis, ſancta in Eccleſia myſteria tractare non ueremini. Quare agitè impuri ab aris diſcedite, ſolos caſtos Deus complectitur.

Cicero in legum Romanarum commentario hanc circa puritatem ſacrorum recenſet, [Ad Diuos adeunto caſtè, pietatem adhibento, opes amouẽto: qui ſecus faxit, Deus ipſe uindex erit.] Leges Euangelicę idem penè prohibent; nefas enim putant; Sacerdotem ad Deum accedere, ſi non integer ſit & purus, omnemque ab illo hic pietatem requirunt, opes etiam uolunt contemnere: qui uerò ſecus facere præſumpſerit, ſibi perſuadeat Deum uindictam ſumpturum, & ſuo tempore puniturum. Quę lex ſit de ſacris adeundis. *2. de leg.*

Tam-

Veſtales viuæ terra obruebantur ſi caſtitatē violaſsēt. Tam ſtudioſi Romani veteres fuere caſtitatis tamque ſeueræ illius neglectæ caſtigatores, vt Veſtales virgines, ſi quando virginitatem proſtituiſſent, viuas terra obruerent. Vnde Satyricus:

Iuuē. Sat. 5. *Sanguine adhuc viuo terram ſubitura Sacerdos.*

& alius Poeta.

Ouid. 6 Faſt. *Sic inceſta perit, quia quam violauit, in illa Conditur,*&c.

Si Ethnicorum leges tam rigidè amiſſam in Veſtalibus pudicitiam caſtigarunt, credendum hauddubiè eſt, leges tum diuinas tum humanas multo grauius in Religioſos & Sacerdotes animaduerſuras, qui toties promiſſam & iuratam voto caſtitatem violarint.

Dicebat olim laſciuus quidā adoleſcens Pythagoræ, maiori ſe cum voluptate inter mulierculas, quàm inter Philoſophos verſari, cui mox ille reſpondit, [Et ſues libentius in cæno, quàm in aqua verſantur.] Quo reſponſo indicare & ipſe & ego volumus, illos qui libentius peccato adhæreſcunt quàm virtuti, inter mulieres garrire quàm inter Philoſophos verſari, in cæno quàm in limpidis amnibus volutari malunt, ſues & immundos eſſe porcos: denique vt breui omnia concludam, Sacerdotes qui hoc ritu vitam inſtituunt, & caſtitatem peroſi ſunt, immunda verè poſſe animalia appellari.

Laertius.

Impudici ſuibus ſimiles.

Lacænæ cuiuſdam apophthegma. *Herodotus.* Lacæna paupercula rogāta quam dotem marito eſſet allatura, [pudicitiam,] inquit, [à maioribus traditam.] Vt hocce puellæ reſponſum meo adaptem inſtituto, dico animas veſtras, Sacerdotes & Religioſi, filias quaſdam cæleſtes eſſe & ſponſas Ieſu Chriſti; maiores porrò diuitias, & luculentiorem ei dotem afferre non po-

teſtis,

teſtis, quam ſi pudicitiam, quam illi promiſiſtis, inuiolabilem conſeruetis.

Sacerdotes noui Teſtamẽti ſemper ſeruare debẽt caſtitatem.

Hinc, vt ait venerabilis Beda, Sacerdotibus ſemper ſeruanda eſt caſtitas; & quoniam in veteri teſtamento per ſucceſſionem à progenie deſcendebant Aaronis, hinc neceſſe erat, vt vxoribus ad filiorum procreationem, qui in dignitate ſuccederent, vterentur: at modo quando carnalis ſucceſſio non eſt neceſſaria, & omnia ſpiritualiter fiunt, Sacerdotibus, vt ſemper altari valeant aſſiſtere, ſemper eſt ab vxoribus abſtinendum inuiolateque caſtitas obſeruanda. Neque enim par eſt & conſentaneum, vt qui ſordidus & peccatorum maculis inquinatus eſt, ad res adeò ſanctas & myſticas accedat.

Beda in Luc. l. 1. c. 1. diſt. 31. c. Sacerdotibus.

Caſtitas obſeruata etiã à Sacerdotibus antiquis.

Priſcis temporibus de templo Sacerdotes anno vicis ſuæ non diſcedebant, ſicut de Zacharia legimus; nec in domum quidem ſuam ſe conferebant, quamuis ad filiorum generationem, matrimonij ijs vſus & coniugalis copula licita eſſet. Multo igitur magis noui teſtamenti Sacerdotes ſeruare caſtitatem par eſt, feminas non attingere, in Eccleſia permanere, & ſemper vitam puram ducere, cùm officio ſuo nullo non tempore fungantur.

Innoc. P. Epiſt. 2. c. 9. diſt. 31. c. tenere debet.

Multo magis nouæ legis quàm veteris Sacerdotibus ſeruãda caſtitas.

Si caſtitas præcipiebatur Sacerdotibus antiquis, qui nõniſi figuris præerant, nouæ legis Sacerdotibus magis eadem erit neceſſaria, qui veritatis ipſius adminiſtri ſunt, & qui omni penitus die diuinis officijs funguntur vel baptiſmum conferendo, vel diuina Miſſarum ſollennia celebrando. Et ſanè maior Sacerdotibus Euangelicis caſtitatis ſeruandæ neceſſitas incumbit quàm Moſaicis ac ſynagogicis.

Ambroſ. in Ep. ad Tim. Iuo p. 6. c. 94.

In ſignum verò huius Sacerdotalis pudicitiæ

XX. Cõcilia cælibatũ ſtatuunt.

Sacerdotes omnes ſollenne caſtitatis votum emittunt, perpetuumque Deo cælibatum vouent, ad quem illos Eccleſia perpetuò obligat. Voti verba ſacrorum Conciliorum actibus continentur, ſecundi & quinti Carthaginenſis, Africani, Romani, primi, ſecundi, tertij & octaui Toletani, Agathenſis, Arauſicani, Niceni, Arelatenſis, primi & ſecundi Turonenſis, tertij, quarti, quinti Aurelianenſis; primi Matiſconenſis, Altiſſiodorenſis, & Moguntini, & poſtremò Tridentini

Seſſ. 24. c. 9.

Lib. 1. Sacerdotes imitãtur pudicitiã virginalem.

Permitte, ait Hieronymus aduerſus Iouinianum ſcribens, aut Sacerdotes nuptias inire: atque ex hoc mera apparebit in mundo confuſio, idem enim futuræ ſunt virgines quod coniugatę, aut ſi Sacerdotibus non licet vxores tangere, in eo ſancti ſunt, quia imitantur pudicitiam virginalem. Matrimonium enim pro ſæcularibus eſt, virginalis verò pudicitia pro Sacerdotibus.

Argumẽtũ pro Sacerdotali caſtitate.

Vnde idem eodem loco ait, Hinc inferre licet, ſi ſæcularis, & quicunque fidelis, ſanctè orare non poteſt, niſi à matrimonij onere, & negotijs liber ſit & expeditus: & Sacerdos ſemper pro populo offerre debet ſacrificia & orare; ſequitur, illum ſemper matrimonij expertem & cælibem viuere debere. Neque enim voluptates carnales & ipſa pietatis exercitia inter ſe conueniunt, at caſtitas & preces oratioque aſſidua ſe mutuò optimè patiuntur.

Magna puritas Sacerdotũ antiquorum.

Nam & in veteri lege qui pro populo hoſtias offerebant, non ſolum in domibus ſuis non erant, ſed purificabantur, ad tempus ab vxoribus ſeparati, vnde nec vinum nec ſiceram, nec quidquid ad voluptates carnales excitaret, bibe-

Idẽ ibid. diſt. 31. cap. Si.

bibebant. Quid? annon igitur noui teſtamenti Sacerdotes, qui quotidie ſacram illam hoſtiam offerunt, mundum relinquent? an non à carnis illecebris ſe ſequeſtrabunt? annon toto vitæ tempore purificabuntur? *Laicus. Gloſ. ſuper epiſt. 1. Pet. 3.*

Eligebantur, ait ibidem S. Hieronymus olim coniugati in Sacerdotium; non nego, neque enim tot erant virgines, quot requirebatur Sacerdotes; at hodie cælibatus indiſſolubili vinculo Sacerdotio annexus eſt. Honorabile quidem ſæcularibus matrimonium, ſed Sacerdotibus ſacrilegium eſt. Mariti olim ad Sacerdotium promoti.

[Apoſtoli aut fuere virgines, aut à nuptijs continentes, adeo vt Epiſcopi, præsbyteri, diaconi, aut virgines iam eligantur, aut vidui, aut certè poſt Sacerdotium in æternum pudici,] ait idem qui ſupra Hieronymus. dicere vult caſtitatem à Sacerdotio indiuiſibilem eſſe. Apoſtoli virgines aut côtinentes. *Epi. 50. diſt. 32. c. Nemo.*

[Sedis Apoſtolicæ Eccleſiæ,] habet idem Hieronymus aduerſus Vigilantium, [aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt.] Quibus verbis euincere vult, nuptias eſſe pro ſæcularibus, non verò pro clericis inſtitutas. Eccleſia Sacerdotes virgines aut caſtos habet.

Volumus, ſtatuit magnum Concilium Carthaginenſe, vt Sacerdotes omnes & diaconi, quemadmodum ſanctos prælatos & bonos Dei Sacerdotes, & omnes qui diuinis Sacramentis vacant, decet, caſti ſint & omnibus in rebus côtinentes, vt eo facilius ac melius quæ à Deo ſibi dari poſtulât, obtineant, vt verò quod Apoſtoli docuere, & omnis ſemper obſeruauit antiquitas, nos quoque inuiolatè obſeruemus, placet vt in omnibus & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, Caſtitas Sacerdotibus indicta per Concilia. *Côt. Carth. 2. diſt. 32 c. Epiſcopus.*

tur,

tur, qui altari deſeruiunt. Pudicitia igitur, ex mente Concilij, cœlo Deoque adeò grata eſt, vt cùm Sacerdos eandem ſeruat, preces eiuſdem quam primùm exaudiantur.

Epiſt. 81. *cap* 3. *&* 4. *diſt.* 32 *c. Omniũ.* Ipſa namque Sacerdotum vocatio ac munus, vt Leo Magnus aſſerit, adeo ex ſeipſo eminens ac diuinum eſt, vt quod à ceteris Eccleſię membris ſine ſcelere, ac delicto libereque peragitur, illis maximo vitio vertatur: nam cùm ijs qui in ſæculo viuunt, & ab ordine clericali excluſi ſunt, matrimonium, carnalis copula, & liberorum procreatio licita ſint, ne ſubdiaconis quidem ad maiorem puritatem deſignandam, matrimonij vſus aut connubium licitum eſt. Dic igitur, num Sacerdotes verè caſti & pudici eſſe debeant.

Subdiaconis etiã caſtitas imperata

Qui caſtus eſſe renuit Sacerdotio indignus.

Idem quoque eodem loco ait, [Leuitico miniſterio aut presbyterali honore, aut Epiſcopali excellentia ne quiſquam idoneus æſtimetur, qui ſe à voluptate vxoriâ nec dum frænaſſe detegitur.] Dicere volebat, illum qui aliud quàm puritatem ſpirat, Sacerdotio indignum eſſe.

Sacerdotũ officiũ magna puritate exercendum.

Lib. 1. *offic. c.* 50. *& Epiſt.* 28. [Inoffenſum,] dicebat S. Ambroſius, [exhibẽdum & immaculatum miniſterium, nec vllo coniugali violandum cognoſcitis: vt nouiſtis etiam, quòd cum corpore honoris pleno & pudore ſine corruptione & ab omni commercio maritali ſequeſtrato, ſacri huius myſterij gratiam recepiſtis.] Egregiæ huius doctrinæ recordemini Sacerdotes, & tanta veſtra ſit ſanctitas, quanta veſtra ad caſtitatem obligatio eſt.

Caſtitas miniſtris Eccleſiæ in primis neceſſaria.

[Omnibus caſtitas perneceſſaria eſt,] ait Auguſtinus, [ſed maximè miniſtris Eccleſiæ altaris quorũ vita aliorum debet eſſe eruditio.] Et ſane tales habere Deũ miniſtros par eſt, quos nulla

Serm. 1. *dom.* 25. *poſt. Trinit.*

contagio

contagio carnalis inquinat commercij, ſed qui è contra omni caſtimonia reſplendeſcant, atque vndecunque honeſtatis ac probæ vitæ exemplo eluceant. Certum quidem eſt omnibus omnino hominibus caſtitatem conuenire, ſed ad Sacerdotes illa potiſſimum ſpectat, quorum vita alijs exemplo eſſe debet & ſtimulo.

Sacrum ordinem ſuſcipiens, inquit Papa Bonifacius, muliebrem copulam penitùs reſcindit, connubijs ſe abdicat, & ſollenne caſtitatis votũ emittit, quod toto vitæ tempore illum inuiolatè obſeruare oportet. Quicunque igitur Sacerdos caſtè non vixerit, voti ſui violator eſt, perfidus, profanus, & verbo vt dicam ſacrilegus.

Bonif. 8. de volo l. c. vn. diſt. 28. c. nul-lum.

Sacerdos votum caſtitatis emittit.

[Ideo,] ait Ambroſius [rectè Sacerdotes cõparãtur apibus, quia ſicut apes caſtitatẽ corporis præferunt, cibũ vitæ cœleſtis exhibẽt, aculeũ legis exercẽt. Puri enim ad ſatisfactionẽ, ſuaues ad refectione, ſeueri ad vltionẽ. Apibus planè ſunt cõparandi; qui velut alueario quodam gratiam ſanctæ matris Eccleſiæ continent, in qua dulci prædicatione diuerſorum meritorũ cellulas cõponẽtes, ſubitò de vno examine Saluatoris plurã fidelium examina producunt.] Hoc recordemini Sacerdotes, & notate, vos, dum caſtitatem conſectamini & ſeruatis; apes eſſe, dum verò eandem deſtruitis, hircos immundos, infectione, pædore, horrore & abominatione plenos.

ſerm. 83.

Sacerdotes apibus ſimiles.

Cogitate igitur, caſtitatem virtutem eſſe, quæ Deo nos commendat, & angelos facit, quæ nos ſuper æthera volando conducit, ipſa virtus eſt, ſine qua vaſa Domini ferre non poſſumus, quæ vbi defuerit, omnium rei ſumus criminũ. Ideoque diligenter danda opera eſt, vt omnem non modò fornicationem procul à nobis elimine-

Caſtitatis effectus.

mus, ſed omnem etiam vel minimam ſuſpicionem ac cogitationem. Nec enim decet clericum cum mulieribus ſedere & fabulari, fugite inquam, fugite colloquia mulierum, fugite ſuſpectarum perſonarum commercia, hancq; virtutem diligite, per hanc ſiquidem adeo exornamini, vt Angelos vos ex hominibus conſtituat.

Augu. ſerm. 37. ad fratres eremi.

Ac caſtitatem conſeruandā deliciæ fugiendæ.

In Pſal. 131.

Cogitate, inquam, in hac corporis ciuitate animum Ducis in modum præeſſe, ait Auguſtinus, & dominari: ipſius ſiquidem partes ſunt voluptates cohibere, omnes prauos affectus ac delicias ſub ſuum imperium redigere; at ſi delicias & ineptias conſectemini, periculo vos exponitis, perniciē capiti veſtro accerſitis; ſi mulierum ſpectacula, fabulas & colloquia animos demulcentia ametis; ſi temperantiam & ieiunium negligatis, non eſt profecto mirum, ſi hiſce illicijs ineſcati continentiam amplecti nequeatis. Dicere hauddubiè vult Sacerdotibus, ſi modò caſti eſſe voluerint & bene audire, muliebria deuitanda commercia, familiaritates, colloquia, conſuetudines fugiendas, & ieiunio & rigida membrorum emaceratione corpus è contra edomandum; & quicunque ſalutare hoc conſilium ſpreuerit, ſeſeque periculo expoſuerit, in caſtitatis amittendæ diſcrimine verſari.

L.6.c.17.

Caſtitas quo nobilior, quo frequentius impetitur.

[Ipſa enim caſtitas,] teſte Caſſiano, [quanto ſublimior, & quo diuinius illius præmium ac cæleſtius, tanto grauioribus hoſtium inſidijs impugnatur, eo frequentioribus telis impetitur; ideoque intentius adhibere debemus nō ſolum continentiam corporis, verum etiam cordis cōtritionem cum aſſiduis orationum gemitibus: quatenus clibanus carnis noſtræ, quæ rex Babylonis diabolus ſuccendere non deſiſtit incenti-

uis

nis ſugeſtionum carnalium, dulci ſpiritus ſancti rore deſcendente penitus exſtinguatur] & emoriatur. Caſtè igitur viuite Sacerdotes, viuite cum honeſtate, diligenter vos cuſtodite, feminas & amores illicitos fugite, vobiſque proponite caſtis diabolum ſemper bellum mouere.

CAPVT V.

Sacerdotes ſint hoſpitales & charitatem in proximum exerceant.

CHaritas Sacerdotes adeò propè reſpicit, tamque eorum ſtatui propria eſt, eorum vt crumenæ populi & totius reip. crumenæ, menſæ verò inopum ſuſtentacula & refectio; domus denique pauperum receptacula eſſe debeant. Charitas decet Sacerdotes. *Concl. Nann.*

[Vade & adduc aliquos de tribu noſtra,] dicebat ſenior Tobias, [timentes Deum, vt epulentur nobiſcum.] Ad iuſti huius imitationem nunquam Sacerdotes ſoli comedant, ſed ſemper aliquos, & præſertim egenos, ad menſam ſuam vocent; quoniam eiuſdem tribus & ſanguinis ſunt, & verè eorum fratres Chriſtiani, eodem geniti patre. Inuitent pauperes ad menſam. *Tob. 2.*

Merita ſua coram Deo recenſens Iob Propheta, hoſpitalitatis ſe nomine imprimis commendabat, dicens, [Foris non manſit, quamdiu vixi, peregrinus, oſtium meum viatori ſemper patuit.] Sanctum hunc prophetam ſequēdo ſacerdotes peregrinos in domum ſuſcipere debent, nec permittere vt viatoribus egenis oſtium occludatur. *Iob. 31.* Peregrinos ſuſcipiant.

Iſai. 58. [Frange,] ait Propheta, [eſurienti panem tuum, & egenos vagoſq. induc in domum.] Directè hoc Sacerdotes concernit, ad illos enim ſpectat panem eſurientibus frangere, & externos & peregrinos in domum deducere.

Inducant externos in domũ.

Chriſtũ recipit q recipit pe regrinũ.

Chriſtus ait in Euãgelio, [Qui recipit vos me recipit; & qui recipit me, recipit eum qui me miſit.] Sacerdotes vero, & ij præſertim qui peregrinos in domum admittunt, pauperibuſque ſuccurrunt; Chriſtum hauddubiè recipiunt, & cum illo Patrem à quo miſſus eſt. O beatum domicilium, in quo omnis illa diuinitas hoſpitatur.

Mat. 28. Qui in domũ peregrinos receperint, in die iudicij mercedẽ recipient.

In magno iudicij die cùm conſcientiarum arcana iudex ille terribilis excutiet, & quando cum vnoquoque rationem ponet, inter cetera pijs in mentem reuocabit, [Hoſpes eram, & collegiſtis me.] Quam beati felicesque futuri ſunt tunc Sacerdotes, qui in iudicij ſui vtilitatem, egregiam illam beneficij recognitionem, quod olim ſcilicet pauperes receperint benigneque tractarint, audient.

Hebr. 13. Hoſpitalitatem cõmẽdat Apoſtolus.

Hinc contribules ſuos & fratres alloquens Apoſtolus, ita eoſdem ad magnam hanc virtutem exhortatur, [Charitas fraternitatis maneat in vobis: & hoſpitalitatem nolite obliuiſci: per hanc enim placuerunt quidam Angelis hoſpitio receptis. Mementote vinctorum tamquam ſimul vincti, & laborantium; tanquam & ipſi in corpore morantes:] Quod in Hebræis ad omnes omnino fideles dixit, ad Sacerdotes potiſſimum ſpectat. Horum enim eſt tria illa religionis puncta obſeruare, omnes ſcilicet vt fratres diligere, in carcerem coniectos & vinctos inuiſere, & pauperes in domum recipere; cùm ipſa

ipſa meruerit hoſpitalitas, Angelos in peregrini ſpecie comparentes olim recipere.

Tanti Salomon regiam hanc virtutem faciebat, vt diceret, charitate vniuerſa cooperiri delicta, & quidquid commiſſum, ob hanc vnam quodammodo diſſimulari. Hanc igitur complecti Sacerdotes oporteret, cùm illius adminiculo omnia omnino peccata deleantur. Caritas peccata abſcōdit. *Prou.* 10.

Apoſtolus etiam maiora dicit, [ſi linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam; factus ſum velut æs ſonans aut cymbalum tinniens. etſi habuero prophetiam & nouerim omnia myſteria; etſi diſtribuero in cibos pauperū omnes facultates meas.] Idem de vobis ipſis dicite Sacerdotes, & ita ſentite, vos, quamuis linguis omnium tum hominum tum Angelorum loqueremini, ſi charitate deſtituamini, nihil omnino eſſe, & opera veſtra meriti omnis eſſe expertia. 1. *Cor.* 13. Sine caritate homo nihil eſt.

Ipſe quoque Apoſtolorum coryphæus Petrus ait, [Ante omnia autem ſummam in vobis metipſis charitatem habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.] Summo huic Sacerdoti credite Sacerdotes, eiuſque monitis acquieſcentes, charitatem amplectimini, cuius eæ ſunt vires & robora, vt peccata veſtra cooperiat. Cooperit peccata caritas.

Dicere ſolebat Plato, bonos viros & probos eſſe debere in republ. communes. Equidem illius inſiſtendo veſtigia & Chriſtianè loquens dico, expedire hauddubiè & neceſſarium eſſe vt Sacerdotes & religioſi omnibus communes & obuij ſint, id eſt, charitatem erga omnes & quoslibet exercentes. *In Timæo* Plato volebat bonos eſſe cōmunes.

Sacerdotes cibos pauperibus communicēt. *Epiſt.* 1.

Inſignes & viui charitatis fomites ſunt, ait magnus Papa Clemens, ſi quis menſam ſuam & epulas omnibus faciat communes; ita quippe naſcitur amor, omniſque boni cauſa in hac communione conſiſtit, ideo cibos veſtros alijs communicate, ferculorumq. veſtrorum participes ſint alij, perq. temporalia hæc pacis obſequia, & charitatis fructus facite, vt æterna & cæleſtia gaudia adipiſci mereamini. Eſurientes reficite, ſitientibus potum, nudis veſtitum date, ægros viſitate, vinctos iuuate, peregrinos in domibus veſtris ſuſcipite exemplo pijſſimi Patriarchæ Abrahæ. Sanctus hic Pontifex omnia miſericordiæ opera Sacerdotibus & clericis commendat, ſed imprimis vt pauperum patrocinium ſuſcipiant.

Peregrinos hoſpitio ſuſcipiat. *Iuo p. 6. c.* 257. *ex Conc. Nann.*

[Curam hoſpitum,] ait concilium Nannetenſe, [maximè pauperum, atq. debilium, orphanorum quoque atque peregrinorum habeat præsbyter:] quibus de menſa ſua iuxta qualitatem ſuam cibos impertiat, domum ad hoſpitandum præbeat, & dignè illos tecto recipiat, ſcitote enim Sacerdotes non alios vobis clientes & paraſitos dediſſe Deum quàm pauperes, nec alios hoſpites quam peregrinos.

Hoſpitalitatē Sacerdotibus ſuadent Concilia. *Iuo p. 6. c.* 28. *ex eod. Cōc. Gen.* 18. *Heb.* 13 *Mat.* 25. *Iob.* 31

[Volumus,] ait idem Cōcilium, [vt præsbyteri, qui bonum exemplum charitatis omnibus oſtendere debent, hoſpitales exiſtant, iuxta Dominicum & Apoſtolicum præceptum & erga eos qui foris veniunt, benignos ſe exhibeant; per hoſpitalitatem enim placuerunt quidam Deo Angelis hoſpitio receptis, ipſe quoque Chriſtus in die iudicij dicet, hoſpes eram, &

colle-

collegiſtis me; Iob etiam de ſe teſtatur, oſtium meum viatori placuit,] Egregia profectò charitatis exempla, è quibus Sacerdotes diſcant eleemoſynas erogare, ſeſeque benignos pauperes oſtendere

Quoniam verò quidquid habent clerici, pauperum eſt, idcirco domus illorum omnibus debent eſſe communes, ſed ita vt ex domibus priuatis fiant hoſpitalia & publica Xenodochia ad excipiendos pauperes & hoſpitandos peregrinos. Ecquæ igitur Sacerdotum veſania eſt, tantum opum congerere, tantum congerendis pecunijs inſudare, cum omnia quæ habeant, modò neceſſitatibus debitis prouiſum ſit, ad pauperum patrimonium ſpectent?

Omnia Sacerdotum bona ad pauperes ſpectant.

Hieron. 16.q.c.fin. diſt.c. Archidiaconi.

Hic inſurgit & eloquentiam oſtentat Ambroſius dicens, [Eſt publica ſpecies humanitatis, vt peregrinus hoſpitio non egeat, ſuſcipiatur officioſè, pateat aduenienti ianua.] Honeſtum & conſentaneum eſt, & apud omnes mundi nationes ſummo in honore habetur; honorificè externos ſuſcipere, hoſpitalem menſam parare, & officio liberalitatis ijſdem occurrere, eorumq; aduentum expiſcari & inquirere. Atque vt his miſericordiæ actibus vti, inſignis humanitatis argumentum eſt, ita quoque, eoſdem negligere, egregiæ crudelitatis imago.

Humanitatis ſpecies peregrinos ſuſcipere.

Lib. 2. de offic.c.21.

[Hoſpitalem Sacerdotem eſſe oportet, ne ſit de numero eorum, quibus in iudicio dicetur, [Hoſpes fui & non ſuſcepiſtis me.] O beatum Sacerdotem ſi hoſpitalitatis beneficio impedierit, ne inſtar iudex aduerſus ſe ſeueram ſententiam pronuntiet!

Qui hoſpitales non fuerint in iudicio cõdemnabũtur.

Gratian. diſt.12.c.1

Non ipſemet Chriſtus ſolum nos exhortatur

Omnes ad hoſpitalitatem excitãdi. *Cap. 2.*

vt ſectatores ſimus hoſpitalitatis, cùm ſe dicit in hoſpitem receptum fuiſſe; ſed eius etiam Apoſtolus omnibus pene ſuis præceptis eodem nos inuitat. Ideo, fratres cariſſimi, ait Concilium Matiſconenſe, neceſſe eſt, vt vnuſquiſque noſtrum in hoc ſe officio exerceat, nec ipſe modò hoc reipſa oſtendat, ſed alios etiam eodem inuitet, vt ita operibus ſuis miſericordiæ pro peccatis noſtris intercedere queant, & per veram hoſpitalitatis teſſeram nos Deo reconciliare, eiuſque nobis numen propitium reddere. Sacerdotes igitur Dei filij exemplo, Apoſtolorumque eius præceptis obſequentes, charitatem erga omnes exerceant.

Hom. 23. In Luc. Pauperes etiam trahendi.

Tanti magnus Gregorius virtutem hanc faciebat vt diceret, [peregrini ad hoſpitium non ſolum inuitandi ſunt, ſed etiam trahendi & compellendi.] In hoc verò perfectio & ſummus charitatis Chriſtianæ apex conſiſtit.

Regius actus eſt pauperes, recipere. *Mat. 22.*

Pater ille & rex Euangelicus, qui nuptias filio parauit, ſeruos in exitus viarum miſit vt claudos cæcos & ægros & ceteros quoſcumque ad nuptias, ceteris venire nolentibus, vocaret, imo & compelleret, [Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias, &c.] Actus verè regius eſt, pauperes peregrinos inuitare, illos menſæ adhibere, imo & magna obſequij ſignificatione & honore ad intrandum compellere.

Epulo damnatus quod in pauperes rigidus fuiſſet.

Epulo ille eo potiſſimùm nomine damnatus legitur, quod immitis in egenos eſſet; epulabatur quotidie regificè & opiparè, ſed miſero Lazaro nihil omnino cedebat: canes domum eius obſederant, & ſaginabantur, ſoli pauperes excluſi, fame emoriebantur; [Epulabatur

quo-

quotidie ſplendidè, & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius.] Videte Sacerdotes, quibus ſuppetunt opes, ne, dum peregrinos recipere, & benefacere pauperibus negligitis, damnationis ſententiam in caput veſtrum deuocetis. Sepe enim beſtias maioris facitis, quàm homines pretioſo Chriſti ſanguine redemptos. *Lucæ. 16.*

Iuſta indignatione Dauid rex aduerſus ſtolidum Nabal commotus fuit, quòd commeatum militibus eius, fame propemodum enectis, denegaret, à quo tamen ingentia beneficia receperat, ita inquam exacerbatus fuit, vt niſi prudens Abigail pro marito deprecata eſſet, domū eius & familiam vniuerſam vindice gladio deleuiſſet, [Et ait Dauid; Verè fruſtra ſeruaui omnia quæ huius erant in deſerto, & non perijt quidquam de cunctis quæ ad hunc pertinebāt.] Stolidum hūc nolite imitari Sacerdotes, & cùm epulas veſtras adornatis, pauperum Chriſti militum, id eſt peregrinorum, qui pro vobis in via depugnant & deprecantur, nolite obliuiſci, ne princeps ille cæleſtis indignatus, iuſtas de veſtra ingratitudine pœnas ſumat, voſque neci det.

Nabal ingratus erga Dauidis milites.

1. Reg. 25.

Mulier illa Samaritana cùm aquam Redemptori ſitienti, qui ſolus peregrinus in Ieruſalem, negaſſet, acriter ab eodē reprehenſa fuit, & audiuit, [ſi ſcires donum Dei, & quis eſt, qui petit à te aquam bibere, dares illi vtique.] Si ſciretis Sacerdotes, ecquod donum, ecquæ gratia, quod timenti ipſa ſit hoſpitalitas; ſi inquam ſciretis quis à te petat, dum hoſpitium petitur, numquam peregrinos à domo arceres; qui verò aquam, cibum, tectum, lectum peregrinis denegat,

Qui peregrinis quid denegāt Samaritanæ ſimiles.

Ioan. 4.

negat, Samaritanus eſt, non Chriſtianus.

Geneſ.24. Rebecca charitatis exemplũ. Laudatur verò è contra in ſacris litteris Rebecca, quòd erga Abrahæ procuratorem benignam ſe & piam declaraſſet, ac potum tum ei, tum camelis illius hauſiſſet, & ſanè ingens hæc charitas matrimonij illius occaſio fuit, & cauſa, cur cum ſanctiſſimi Patriarchæ filio Iſaac connubium iniret, [Cumq. ille bibiſſet, adiecit, Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant.] Illi porrò Deum in ſponſum habere ac nanciſci merentur, qui pios ſe & benignos in egenos oſtendunt, pauperibus potum, peregrinis domum elargiuntur, peregrinis inquam, veris magni Dei Patriarcharum ſeruis.

Hoſpitalitas erga omnes exercẽda. *Diſt.42.c. Siquis deſpicit.* [In hoſpitalitate,] ait Concilium Gangrenſe, non eſt habendus delectus perſonarum, ſed indifferenter quibuſcumque ſufficimus, hoſpitales nos exhibere debemus.] Hoc modo qui viuit, Chriſtianè viuit, ac magnum illum Patrem imitatur, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos.

Erga omnes exercẽda charitas. *Contra 5. hæreſes.* [Obſecutus eſt,] inquit Auguſtinus, [Loth Angelis tanquam peregrinis conſuetudine hoſpitalitatis, liberatus à periculo ciuitatis, & temporale euaſit incendium.] Hinc diſcite Sacerdotes, hinc diſcite Chriſtiani, ſine vlla perſonarum diſcretione & indifferenter hoſpitalitatem ſectari, ne ſi fortè ianuam veſtram alicui occludatis, is ipſe ſit Ieſus Chriſtus, cui humanitatem & benignitatem denegaueritis.

CA-

CAPVT VI.

Sacerdotes eleemoſynis erogandis incumbant, & liberalitati ſtudeant.

VNiuerſa lex, quæ vtroque teſtamento continetur, in primis opera miſericordiæ Sacerdotibus commendat, liberalitatem inquam, largitionem & eleemoſynas, iiſq; ſuadere conatur, vt quidem Auguſtinus teſtatur, illos non poſſeſſores, ſed diſpenſatores dumtaxat Eccleſiaſticorum bonorum debere appellari. Vt hinc diſcant rebus mundi huius non adhæreſcere, cùm Deus illos non ad ea poſſidenda, ſed ad eadem pauperibus alijſque communicanda elegerit.

Sacerdotes diſpẽſatores sũt bonorũ Eccleſiaſt. non poſſeſſores. *Epiſt. 50.*

Ideo, vt Nannetenſe Concilium tradit, [inſtruendi ſunt Presbyteri, pariterq. admonendi, quatenus nouerint decimas & oblationes, quas à fidelibus accipiunt, pauperum & hoſpitum & peregrinorum eſſe ſtipendia: atque ideo eadem non vt propria vſurpanda, ſed velut fidei commiſſa.] Agnoſcant proinde, eſſe ſibi aliquando de ijs coram Deo, in vniuerſalis iudicij die, rationem reddendam, quæ ſi indebitò modo vſurparint, nec in pauperes diſpertiuerint, acriter ſe corripiendos. Hoc igitur documentum mentibus veſtris imprimite, Sacerdotes, ac noueritis reditus & cenſus Eccleſiaſticos non in veſtrum ſolum vſum inſtitutos, ſed vobis in manus traditos, vt pauperes eorum etiam redderetis participes.

Iuo 3. p. cap. 20. ex Conc. Nann. Sacerdotum bona nõniſi bona cõmẽdataria ſunt.

[Facultates Eccleſiarum,] ait Bernardus, [patri-

patrimonium ſunt pauperum: Res pauperum non pauperibus dare, par ſacrilegio crimen eſſe dignoſcitur:] & quidquid rerum harũ miniſtri, diſpenſatores, non domini, non poſſeſſores, vltra veſtimenta & victum ſubtrahunt, furtum eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. O verba terribilia! Audite, Sacerdotes quid ſanctus hic vir doceat: Pauperibus ſcilicet non dare, boniſque Eccleſiaſticis abuti, eſſe bona aliorum detinere, eſſe diripere, & ſacrilegium committere.

Nihil è bonis Eccleſiaſticis Sacerdotes ſuſpent præter *victum et veſtitũ in illud Matth.*

Ecce nos.

Noris, Sacerdos, ait idem Bernardus, [quidquid præter neceſſarium victum, & veſtitum ſimplicem de altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.] Quid igitur prodeſt, Sacerdotes, rebus mundi adeò indulgere, totque diuitias coacervare, ſi eaſdem cuſtodire furtum ſit, & ſacrilegium?

Epiſt. 2. ſacrilegiũ eſt bonis Eccleſiæ abuti.

Eiuſdem quoque ſententiæ eſt Hieronymus, aitque [Aliena rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur.] Quotnam igitur hodie in Eccleſia fures ſunt, qui vltra neceſſaria tot diuitias coaceruant?

Tenere quid vltra neceſſitatẽ rape eſt *Diſ. 42. in princip.*

[Memẽto,] ait Auguſtinus, [quòd pauperem vitam Sacerdos gerere debet:] ſi enim inſoleſcat & ſuperbiat, ſi opima beneficia poſſideat, præter victum ac veſtitum, ne de ſuperfluo eleemoſynam facere differat, quia omnia pauperũ ſunt. Solum vitam ex beneficijs ſuſtentet, quæ verò reſtant in pauperum vſus conferenda ſunt.

Ep. 39. ad fratres er. Sacerdos in paupertate viuat.

S. Hieronymus huius animi cum eſſet, dicere auſus eſt, ac de ſe liberè profiteri: ſi pars Domini ſunt & ſors hæreditatis eius, & cum ceteris tribubus non ſortiar, ſed inſtar Leuitæ & Sacerdotis è decimis victitem, & altari deſeruiens de altari viuam; [Habens victũ & veſtitum, his conten-

Cõtentus victu et veſtitu fuit S. Hiero. *12. q. 2. c. Clericus.*

cõtentus ero, & nudam crucem nudus ſequar.] Huius igitur Patris exemplum ſecuti, Sacerdotes, ſufficiat vobis, victum & veſtitum habere, atque ab omni ambitione ſequeſtrati, Crucem Chriſti nudi ſequimini.

Sacerdotes igitur cùm nonniſi æconcmi, & vſufructuarij bonorum Eccleſiaſticorum ſint, libenter eleemoſynas largiantur, recordenturque ſententiæ Diui Hieronymi, quòd qui de bonis Eccleſiæ pauperibus quid largitur, Domino reddat ea quæ ipſius ſunt: cogitent adhæc neceſſe eſt, ad hoc à religionis officij & legis ratione ſe obligari. Et meritò nam bona Eccleſiaſtica quæ iure diuino ad pauperes ſpectant, cùm ijs liberalitate quadam per eleemoſynam conferuntur, domino datur, quod domini eſt. *Sacerdotes ſunt œconomi bonorum Eccleſiæ.* *In Ezech. 46.*

Lex quoque Moſaica eſt, ſi ſ vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuę, ad paupertatem deuenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore.] Qui igitur eleemoſynas elargiuntur, & indigentibus ſuccurrunt, cæleſtem benedictionem promerentur, Deuſque in cunctis quæ agent, illis fauebit. *Deut. 15.* *Eleemoſyna in vete. ri lege pręſcripta.*

[Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere; ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini;] aiebat ſenior Tobias filio ſuo, [Quomodo potueris, ita eſto miſericors: ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude. Præmium. n. bonum tibi teſaurizas in die neceſſitatis.] Vos hoc tangit, Sacerdotes, voſque inuitat, vt veſtra in paupe- *Eleemoſynarij ditātur in diē iudicij.* *Tob. 4.*

res effundatis, vt in magno iudicij die dites coram iudice compareatis, cùm magna vndique neceſſitas vos premet.

Numquã Sacerdotes comedere deberent niſi pauperes ſuã habeant partẽ. *Tob.* 4. *Eccl.* 13.

Senior Tobias cùm in mortis articulo conſtitutus filium commoneret, & ad vitam piè honeſteq; traducendam exhortaretur, inter cetera, [Panem tuum cum eſurientibus & egenis comede, & de veſtimentis tuis nudos tege.] Eadem hæc admonitio ad omnes Dei filios pertinet, & præſertim Sacerdotes, qui numquam panem ſuum comedere deberent, quin ſua pauperibus inde cedat portio: nec veſtimenta parare, quin nudi partem recipiant.

Ita fecit Iob. *Iob.* 31.

Iob hoc nomine gloriatur apud Deum dicẽs, [Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea,] &c. [brachium meum cũ ſuis oſſibus confringatur.] Sanctis hiſce imprecationibus oſtendere Propheta volebat, illos manibus brachijſque indignos eſſe, qui charitatem non exercent, & in eleemoſyna profundenda tenaces ſunt.

Beati qui pauperũ miſerentᷣ. *Pſal.* 40. *Prou.* 14.

[Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem,] inquit Pſalmiſta, [in die mala liberabit eum Dominus,] Hoc cogitate Sacerdotes, & ſi beati eſſe volueritis, & in die iudicij propitium ſentire Dominum, in pauperes vos benignos oſtendite.

Pauperũ miſerãdo honoratᷣ Deus. *Prou.* 19.

[Honorat factorem eius, qui miſeretur pauperis,] ait Sapiens. Sacerdotes honorabiles, pauperum igitur miſeremini, ita enim honoratis eũ à quo Eſſe veſtrum accepiſtis.

Eleemoſynam dãs Deo fęneratur.

Prouerbium apud Salomonem eſt, [fęneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei.] Tales fęneratores ſitis oportet Sacerdotes, & pauperibus largiamini,

vt

vt vobis vſuram ſuo tempore perſoluat.

Sapiens item alio loco dixit,& bene,[Qui dat pauperi, non indigebit: qui decipit depræcantem, ſuſtinebit penuriam.] O mirabilia, ò paradoxa! pauperi tribuendum eſt, ſi breui diteſcere velis, ſed qui indigentium enixè orantium fruſtrabitur vota, breui ad inopiam redigetur. Qui eleemoſynam dat breui diteſcet.

Idem quoque alibi,[Mitte quoque panem ſuper tranſeuntes aquas,quia poſt tempora multa inuenies illum.] Docere hoc ænigmate ſapiens voluit,eos qui eleemoſynas conferunt ijs, qui tribulationum & neceſſitatum aquis innatãt, eam non incaſſum fundere aut perdere,ſed ſeriùs aut citius tandem aliquando cum maximè opus fuerit, inuenturos, magnaque ab illa tum bona accepturos. *Eccle.11.* Qui dat eleemoſynã ſemp eam inueniet.

Iterum,[Qui facit eleemoſynam,offert ſacrificium,] Vos verò, Sacerdotes, illi oblatores eſtis, ſæpe igitur magnum illud Eleemoſynarum ſacrificium offerte. Eleemoſyna ſacrificium. *Eccle.35.*

Euerſæ & ſubuerſæ Sodomæ cauſam rationemque enarrans Ezechiel, duas potiſsimum depromit, ſuperbiam ſcilicet,& amaritiem, id eſt illiberalitatem in pauperes. [Ecce hæc fuit iniquitas Sodomę ſororis tuæ,ſuperbia,]&c.[& manum egeno & pauperi non porrigebant.] Sibi igitur Sacerdotes caueant, ne ſuperbia ac vanitas & rara eleemoſynarum largitio ruinæ tandem ſuæ exitijque ſint occaſio. Sodomæ ruina q̃ tenax fuerit. *Ezec.16.*

Redemptor noſter Chriſtus hanc in pauperes erogationem commendauit dicens, [Qui habet duas tunicas, det non habenti, et qui habet eſcas, ſimiliter faciat.] Sacerdotes quorum arca veſtibus,]et cibis menſæ redun- Chriſtus eleemoſynam docet. *Luc.3.*

dant

dant, ſi Chriſto bene monenti obedire velint & ad Euangelij præſcriptum viuere, pauperes eorumdem faciant participes.

Delictorũ remiſſio generalis pmiſſa eleemoſynarijs. *Luc.* 11. Quin & generalem delictorum remiſſionem & indulgentiã plenariam promittit ijs qui eleemoſynam fecerint, dicens, [Date eleemoſynam, & ecce omnia mũda ſunt vobis.] O luculentam mercedem! Quis igitur non omnia ſua in egenos conferat, quis non eleemoſynas eroget, cùm generalis iubileus, & abſoluta criminum remiſſio illas ſequatur?

Omnia Deus vult vendi, & in egenos diuidi. Præcipit etiam omnia diuendi, & pretium in pauperes erogari, [Vendite,] inquit, [quæ poſſidetis, & date eleemoſynam.] Chriſti hoc conſilium & monitum; beati verò qui conſulenti auſcultant.

Luc. 14. Pauperes Sacerdotũ mẽſę sẽper adhibeantur. *Luc.* 14. Scriptum eſt in Euangelio, [Cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia nõ habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorũ.] Hoc imitentur Sacerdotes & cùm conuiuium quoddam inſtruunt, meminerint, ad ipſum vocare pauperes, ſeque beatos prædicent, quòd mercedem ac remunerationem eius apud Deũ in cæleſti regione percepturi ſint.

Illi caritate carent qui ĩ pauperes immites sũt. 1. *Ioan* 3. [Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?] Hæc dilectus Deo Ioãnes. Inter Eccleſiaſticos verò illi erga Deũ charitate carẽnt, & egregia hac virtute deſtituti ſunt, qui cũ opibus abundent, & viderint multos inopia premi, in pauperes miſericordiam induere nolunt.

Sacerdos vt homicida eſt qui nõ paupi nõ ſuccurrit. Audi & longè aliud, homicidæ loco & irregularis ille habetur Sacerdos, qui fratribus ſuis,

id eſt

id eſt conſacerdotibus, inopia preſſis & afflictis non ſuccurit. Audite Apoſtolorum decretum & canonem: [Si quis Epiſcopus vel presbyter, cùm ſit aliquis clericus egenus, ea quæ ſunt neceſſaria non ſuppeditat, ſegregetur: ſi verò etiam tūc dare diſtulerit vt homicida & fratris interfector, degradetur, & ab officio ſuſpendatur.] Quot hodie igitur (proh dolor!) homicidas reperire eſt! cùm tot ſint Præſules & opulenti Sacerdotes, qui confratribus ſuis neceſſitatem patientibus ne obolum largiuntur? *Cant. 59. Apoſt.*

[Qui ſuccurrere poteſt perituro, ſi non ſuccurrit, occidit.] Hoc animo inſculpant Sacerdotes, & videant diligenter, ne ſi pauperum ſuccurrere neceſſitatibus neglexerint, multorum homicidiorum rei conſtituantur. Neceſſitate preſſis qui nō ſuccurrit, necat.

Idem quoque habet S. Ambroſius, [Paſce fame morientem quiſquis ēnim paſcendo hominem ſeruare poteris, ſi non paueris, fame occidiſti.] Audiant hoc Sacerdotes, cogitentque quotnam occidant, cùm tot homines reperiantur, erga quos non maiori compaſſione commiſeratione que tangantur, quàm ſi animalia forent aut beſtiæ. *S. Greg. p. 3. poſt. admo. 22. Lact. de uero Dei cultu c. 20. Diſt. 86. c. eodem.*

Ad plura S. Hierony. [Amico rapere quidpiam, furtum eſt; Eccleſiam fraudare, ſacrilegiū eſt: accepiſſe quod pauperibus erogandum ſit, omnium prædonum crudelitatem ſuperat.] Audite ſīne Sacerdotes qui regū & Principum eleemoſynarij dicimini, & nonniſi magnatibus eleemoſynam erogatis, eſſe vos, dum quidquam pauperibus erogandum retinetis, fures, prædones, & ſacrilegos. *12. q. 2. ca. Gloria Epiſcopi.* Pauperū eleemoſynam tollere prædonum eſt.

Hoc ipſum rurſus tangens Ambroſius ait, *in Pſal. 119.*

Loculi Sacerdotum auarorum ſepulchra pauperū.

[Caue ne intra loculos tuos includas ſalutem inopum, & tanquam in tumulis ſepelias vitam pauperum] &c. Dicere vult, auaros Sacerdotum loculos pauperum ſepulchra ac monumenta eſſe: cùm eos enim aperire renuunt & benefacere pauperibus, mortis illorū cauſa ſunt, efficiuntq́; vt vel fame vel dolore emoriantur.

Amb. 12. *q.* 2. *c. cod.* & *Greg. c.* 6. *Epiſt.* 13. & 35.

In alimoniam pauperum vaſa ſacra alienari poſſunt.

[Aurum Eccleſia habet non vt ſeruet, ſed vt eroget & ſubueniat in neceſſitatibus: quid .n. iuuat aſſeruare, quod ad nihil vtile eſt?] An neſcimus quantum aureorum aigenteorūq. vaſorum è templo Domini abſtulerint Aſſirij? an non ſatius eſt Sacerdotes iјſdem pauperibus opitulari, ſi alia iuuandi non ſuppetat ratio, quàm ſi ſacrilega militum & hoſtium manus eadem auferat? Vnde colligere eſt vaſa ſacra ſuppellectilem templorum diuendi & alienari poſſe, vt pauperibus ita de alimentis proſpiciatur.

Ambr. 12. *q.* 2. *c. cod.*

Calices Eccleſiæ & vaſa ad pauperes alendos diuendi poſſunt.

Lib. 3. *de Sacerd.*

An non dicturus eſt Dominus, inquit Ambroſius, Cur paſſus es tot inopes fame emori? habebas tamen, quibus eorum ſuccurrere inopiæ poſſes. Cur captiuos abduci in ſeruitutem paſſus es, & quoniam redimere noluiſti, iugulati ſunt? Satius fuiſſet vaſa illa vitalia, quàm ænea conſeruari. Vnde inferre vult, & ego pariter, ad pauperes alendos, & captiuos redimendos, theſauros Eccleſiæ diſtrahi licitè poſſe: & multo conducibilius eſſe homines, quàm aureos calices, argenteas lances, aliaque vaſa pretioſa conſeruari.

Theſauri Eccleſiæ pauperib. erogandi.

Proſpiciendum ſuadet Chryſoſtomus, ne Eccleſię theſauri vel nimij ſint, vel etiam exigui; ſed videndum, vt quæ Eccleſijs erogantur, continuo indigentibus diſtribuantur: ac neceſſe eſſe, vt Ec-

vt Eccleſiæ theſauri in pauperes effundantur. Theſaurus enim Eccleſiæ patrimonium pauperum eſt,& quidquid Deo datur, publicæ ſeruire neceſſitati debet.

Cogitate Sacerdotes, qui diuitijs abundatis, ait S. Leo Papa, pauperibus potuiſſe Deum eaſdem opes contribuere, quas vobis elargitus eſt; ſed ineffabili ſua miſericordia vos per caritatis opera, illos per malorum tolerantiam æquanimitatemque iuſtificare voluit. Inſinuare vult, in hoc Deum potentiam ſuam oſtendere, quòd ſcilicet Sacerdotibus ideò diuitias elargiatur, vt eleemoſynas ex ijs largiantur, atque hac ratione ſalutem & beatitudinem ſibi acquirant.

De ieiun. X. menſ. ſerm. 5. & 8. ſerm. 1. de collect.

Per opera charitatis Sacerdotes Deus iuſtificat.

Audacter igitur eleemoſynam date, quidquid enim pauperibus datur, in loco ſecuro & tuto deponitur, aitq; S. Cyprianus, [Patrimonium quod Deo creditum eſt, nec à republica eripi, nec à fiſco inuadi, nec ab aliqua calumnia forenſi euerti:] tuta .n. eſt ſucceſſio, cuius Deus tutor, cuſtos & cōſeruator eſt. Quidquid autem in mundo eſt, caſibus & fortunæ ludibrio expoſitum eſt, at quæ pauperibus dantur, in loco tuto aſſeruantur.

In tuto ſunt quæ pauperib. dantur.

De opere et eleemoſ.

[Da pauperi,] ait Baſilius, [vt detur tibi, quia quidquid pauperi dederis, tu habebis? quod pauperi non dederis, habebit alter.] Vnde patet eleemoſynam dando, nihil amitti, retinendo verò & nihil dando, omnia diripi & caſibus expoſita eſſe.

Orat. 13. de eleemoſ.

Quidquid pauperi datur, reddetur nobis.

[Dicit tibi Chriſtus,] ait S. Auguſtinus; [Da mihi ex eo quod tibi dedi: de meo quæro, da & redde: habuiſti me largitorem, fac me debitorē,

Deus ſe facit debitorem corū quæ pauperi dātur.

Serm. 15. de verbis Domini.

habeam te fœneratorem, vſuram ſoluam, temporalia tu mihi elargiris, at ego tibi reddā ęterna.] O mirabilia! Eorum ſe Deus debitorem eſſe ait, quæ pauperibus donantur.

Non malè ille moritur qui benè eleemoſynam dedit.

ad Nepot.

Quin & alia longè maiora, numquam mala ille peribit morte, qui benignum ſe in pauperes & egenos, dum viueret, oſtendit. Quod & calculo ſuo affirmat Hieronymus, [Non legiſſe me memini mala morte mortuum qui libenter opera charitatis exerceret: plures enim habet interceſſores, & fieri non poteſt, plurium preces non exaudiri.] Hiſce ſe verbis conſolentur Sacerdotes benefici, ſi enim in erogandis eleemoſynis largi ſint, certi ſint oportet, mala ſe numquam morte exſtinguendos, cùm nimirum tot tantaq; pro ijs vota precesque fundantur, quæ non exaudiri non poſſunt.

Serm. 5. de de verb. Dom.

Mendici Dei ſumus omnes.

[Mendici Dei ſumus, [ſcribit magnus Auguſtin⁹, [vt agnoſcat ille mēdicos ſuos, agnoſcamus nos noſtros.] Ille enim accipere a Deo eleemoſynam non meretur qui eamdem in pauperes erogare non vult.

Eleemoſynam facere facere iuſtitiā eſt.

Greg. 3. p. Paſt.

Charitatem igitur exercete Sacerdotes, nam qui eleemoſynam facit, facit iuſtitiam: [cùm .n. quælibet neceſſaria indigentibus miniſtramus, ſua illis reddimus, noſtra non largimur.] E cōtra verò qui pauperibus eleemoſynam denegat, eorum bona retinet, iniuſtitiæ reus eſt, iniquus eſt, & nefarius.

Dare pauperi propria dare eſt.

Cùm pauperibus neceſſaria ſuppeditamus, ait eodem loco idē Pontifex, propria eis reddimus, non noſtra, & iuſtitiæ potiùs debitum ſoluimus, quàm miſericordiæ opus implemus, atque ideo veritas ipſa de miſericordiæ exercitio loquens

ait,

ait,[Videte, ne iuſtitiā veſtrā corā hominibus faciatis]cum qua Pſalmiſta coincidit dicens.[Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.] E quibus verbis colligo, eleemoſynam facere, non tam actum miſericordiæ & compaſſionis eſſe quam iuſtitiæ; eſt enim illis reddere quod proprium eſt,qui verò ſecus faxit, latro eſt & alienorum detentor. *Matth. 6.* *Pſal. 112.*

Terribile eſt,quod S. Hieronymus refert,dicitque ideo Deum rerum penuriam ac famē in orbē immittere, quòd eleemoſynæ in pauperes non erogentur: [Si quando fames & penuria,] inquit[& rerum omnium egeſtas opprimit mundum,ſciamus hoc ex ira Dei deſcendere, qui in pauperibus,ſi non ſuſcipiant eleemoſynam,fraudari,& hereditate priuari legitur.]O caſum terribilē! Cū igitur Sacerdos eleemoſynam non irrogat, Deo iniuriam irrogat,creatorem irritat,et de huiuſmodi iniuſtitiæ vindictā cogit ſumere. Fames oritur ex eleemoſynæ raritate. *In Malach.*

Sacerdotes igitur & Eccleſię miniſtri verè ſibi metuant,qui in terris ſanctorū, quæ in eorū sūt poſſeſſione, tā nefaria cōmittunt,non .n. contenti ſtipendijs quib. contenti viuere deberent, ſuperflua è quibus enutriri ſuſtentariq; pauperes deberent,nefariè & ſacrilegè detinent, nec graue ducunt pecuniā pauperū, quo ſuperbiæ & libidinib. ſuis ſatisfaciant, nequiter abſumere: in quo profectò duplici iniquitate peccant, & ꝙ aliena diripiant,& ſacris in ſuas libidines & vanitates abutantur. Duplicantur hauddubiè peccata veſtra, Sacerdotes, cùm opulentos illos reditus tàm ſcelerate impenditis, in vanitates erogando quod pauperibus datum oportuit. *Bern. ſer. 44. in Cāt.* Duplex peccatum Sacerdotis ſacris abutentis.

[Væ væ tibi Clerice,]exclamat idem Bernardus, [mors in olla, mors in tuis delicijs eſt: ideo *In orat.* Ecce nos.

Bonis Eccleſiæ ſapiẽter vtẽdũ.

præſertim, quòd quæ comedis peccata ſint populi. Sumptus Eccleſiaſticos gratis habere te putas? Cantãdo, vt aiunt tibi prouenire videntur? bonum erat magis fodere aut mendicare: peccata enim populi comedis.] Vide igitur vt fleas, quaſi, qui de omnibus rationem debeas reddere, vtque fructus dignos facies penitentiæ; ſcias, alioquin, quòd quæ modò negligis, & inter delicias comedis, tandem aliquando à te exigentur, & ob ea acerrimè caſtigaberis. Vos ipſos igitur, auari Sacerdotes, perditis vobis ipſis damnationem adfertis; ſatiùs longè eſſet vobis, terram fodere aut arare, quàm tantam in pauperes ingratitudinem oſtendendo, tam diſſolutè & auarè viuere.

Sacrilegiũ cõmittunt qui bonis pauperum ali volunt cũ opibus abundent.

Hierõ. ad Damaſ. 16 q. 1. c. fin.

Conſentaneum & æquiſſimũ eſt, Sacerdotes, qui patrimonio carent, & opibus non ita largis inſtructi ſunt, Eccleſiaſticis bonis viuere: at ſi qui bonis fortunæ abundant, & de paterna hæreditate largè viuere poſsũt, quod pauperum eſt accipiant, & Eccleſiaſtica beneficia ambiant, certiſſimum verè ſacrilegium committere, & per abuſionem talium iudicium ſibi manducare & bibere, æternamq; in caput ſuum damnationem deuocare. Hæc vobis metum incutiant, Sacerdotes, & ſcitote quando tantis Eccleſiæ bonis abutemini, quæ patrimonium pauperum ſunt, ſacrilegium vos committere, & æternum vobis ſupplicium arceſſere.

Lib. 2. de vit. cõtẽp. c. 1.

Denique Sacerdotes, recordemini ſententiæ illius Beati Proſperi, [Sacerdos cui diſpẽſationis cura cõmiſſa eſt, non ſolũ ſine cupiditate, ſed ẽt cum laude pietatis accipit à populo diſpẽſanda, & fideliter diſpenſat accepta,] vel oĩa parentibus, vel Eccleſiæ relinquendo, & egregio quodam

dam paupertatis affectu, numero pauperum ſe aggregando, adeò vt cùm pauperes enutriat, voluntariam ipſe paupertatē amplectatur. Sapientes igitur illi Sacerdotes ſunt, qui hac ratione ſeſe gerunt, tamque prudenter reditus & bona Eccleſiaſtica diſpenſent, vt nec Deus offendatur, nec conſcientia grauetur, nec vllum de ijs conquirendi occaſionem pauperes inueniant.

Qũo Sacerdos bona Eccleſiæ debeat adminiſtrare.

CAPVT VII.

SACERDOTES DOCTI SINT oportet & eruditi.

IN veteri lege præcepit olim Deus, vt Aaronis Rationali duo hęc verba, velut ſymbolũ quoddam inſcriberentur; [Doctrina & veritas,] ſemperq; quoties tabernaculum ingrederetur, pectori affigeret: [Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quę erunt in pectore Aaron.] Iam tunc denotare DEVS voluit, Sacerdotes ſucceſſores ſuos, ſapientes & doctos eſſe, & nunquam in templum & Eccleſiam ſe inſinuare debere, niſi duas has dotes animæ inſculptas gerant.

Doctrina Sacerdoti neceſſaria.

Exod. 28.

In Leuitico quoque inhibuit Deus, ne cæcus altare ſacrũ accederet, nec panes Domino offerret, nec vllũ ſacrũ miniſteriũ perageret: [Homo de ſemine tuo per familias q̃ habuerit maculã, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſteriũ eius, ſi cæcus fuerit, ſi claudus.] Cæcus verò indocti ſymbolum eſt: quod enim oculus corpori, ſcientia & doctrina eſt animæ: hocque

Leuit. 21.

Sacerdotes indoctos i reſpuit De⁹.

præcepto docere voluit Deus, Sacerdotem ignorantem & ſtupidum nec vlla ſcientia aut doctrina inſtructum ad Domini altare non poſſe accedere, nec ſacrum Miſſæ ſacrificium offerre, nec vllum e diuinis myſterijs obire.

Deus ſcientiam in Sacerdotib. requirit. *Leuit.* 10.

In eodē veteri teſtamento ſcriptum legimus, [Præceptum ſempiternū eſt in generationes veſtras, vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum, inter pollutū & mundū, doceatiſque filios Iſrael, omnia legitima mea.] Dei igitur præceptum eſt, vt Sacerdotes docti ſint & quæ ad munus ſuum ſpectant, probe calleant.

Ioſue. 1. Scripturā ſacerdos ſemper in manū habeat.

Dixit olim ad Ioſue Dominus, [Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.] Hoc olim ad Ioſue, ſed modò ad omnes Sacerdotes dictū puto. Neque enim volumen legis ab eorum manibus recedere debet. Omnia eorum ſtudia & commentationes ad hoc vnum tendant, & breui vt complectar, docti ſint & ſcientia inſtructi.

Pſal. 93. Beati Sacerdotes quos Deus erudijt.

[Beatus] ait Pſalmographus, [homo, quem tu erudieris domine & de lege tua docueris eum,] qui & ſub te præſide promotus eſt, teq; doctorē agnoſcit. Equidem poſt tantum vatem beatos pronuntio Sacerdotes, quos Dominus erudierit, quique à Deo ſcientiam & doctrinam acceperint, quā dignè officium ſuum, ſacraq; myſteria ritè obeant.

Agg. 2. Sacerdotes legem ſciant, & alios edoceant.

[Interroga Sacerdotes legem,] ſcribit Aggæus Propheta; quo teſtimonio apertè probatur, Sacerdotes legem callere & pernoſſe, myſteria intelligere, ſcripturas cognoſcere eaſq; alios edocere debere.

Labia

[Labia Sacerdotis,] ait alius Propheta [cuſtodiet ſcientiã,& legem requirent ex ore eius,quia Angelus Domini exercituũ eſt.] Duo hic cõſiderãda ſunt,eſſe ſ. Sacerdotes Angelos,& generales doctores a Deo approbatos,vt legem edoceãt populũ,ac proinde ſcientiam illis eſſe nẽceſſariam. *Mal.* 2. Sunt doctores generales os bis.

Dixit olim Apoſtolis Dñs,[vobis datũ eſt noſſe myſteriũ regni Dei, ceteris autẽ in parabolis.] Idem hodie Apoſtolorum ſucceſſoribus dico, Sacerdotibus inquam & Epiſcopis,horum ſ. eſſe intima myſteria,adyta, & ſacramenta cæleſtia nouiſse,alijs vero per enigmata,tropos, & parabolas proponi. Dicere inquam volo neceſſaria Sacerdotibus doctrinam eſſe. Habeant cognitionem myſteriorum Dei. *Luc.* 8.

Sapientia æterna,generalis ille omnium ſcientiarũ magiſter coram legis doctorib. & Rabinis diſſerens ait,[Scrutamini ſcripturas,quia vos putatis in ipſis vitã æternã habere, & illæ ſunt quæ teſtimoniũ perhibẽt de me.] Et ſane Doctorũ,et omniũ Sacerdotũ propriũ eſt in ſacras litteras incumbere, Biblia euoluere, et Euãgeliorũ lectioni ſtudere,in his enim vita latet abſcõdita,illaq. teſtimonium perhibent de Ieſu Chriſto, & de vniuerſis quæ ſalutem noſtram concernunt, deq. omnibus omnino myſteriis. Sacerdot. legant ſacras litteras. *Ioan.* 5.

[Attẽde lectioni, exhortationi, & doctrinæ] ſcribit Apoſtolus Timotheo. Sunt ſcilicet Sacerdotis occupationes, legere,alios exhortari, & doctrinam edocere. Vere Sacerdotum occupationes. 1. *Tim.* 4.

Inter ceteras a Deo gratias petebat Dauid inprimis ſcientiã,& diſciplinã,quã alios deinde poſſet edocere, [Diſciplinã,et ſcientiã doce me.] Si talis tantuſq. rex ſcientiam a Domino petebat qua alios dirigeret ac gubernaret, multo magis eadem Sacerdoti neceſſaria eſt,eaque illi potius Dauid petebat a Deo ſcientiam. *Pſal.* 118

tus a Deo petenda, cuius adminiculo ceteros edocere, & in via ſalutis dirigere poſſet.

Sacerdot. operarij Eccleſiæ. *Exod.* 31. 35.

Deus olim de operarijs quos tabernaculum parare volebat, loquens hunc in modum locutus eſt: [Ecce vocaui ex nomine Berſelcel filium Vri, filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum ſpiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere.] Miſticè hoc expoſiturus dico, ſi operæ & artifices ad tabernaculi concinnationem vocati Spiritu S. repleti erant, ſapientia inſtructi, & omniſcij; Sacerdotes, qui veri opifices ſunt, cælo vt in Eccleſia operentur, deſtinati, longe magis iiſdem par eſt dotibus excellere, ſcientia pollere, vt quæ officij ſui ſunt, dignè obeant, & in omni opere materiaq. operari norint.

Dan. 1. Pueri Nabuchodonoſoris ſcientia òrnati eſſe debebant.

Pueri quos in miniſterium ſuum ſelegerat Nabuchodonoſor, [eruditi] erant [omni ſapientia, cauti ſcientia, & docti diſciplina.] Tropologicè hoc exponendo Sacerdotes, & Religioſi noui quidam domini ſunt, qui ex vniuerſa omnium hominum maſſa à Deo electi ſunt, vt coram eo in palatio ſuo, quod eſt Eccleſia, aſſiſtant; ſapientes idcirco ſcientes, & omni diſciplina exculti ſint oportet.

Non eſt bonum vbi non eſt ſcientia. *Prou.* 10. *1. de finib.*

In Prouerbiis ait Salomon, [vbi non eſt ſcientia, animæ non eſt bonum.] Et ſane ita ſe res habet; nã vbi Sacerdotes ignari ſunt, animabꝰ nihil euẽire boni poteſt, nec Eccleſiæ pace florere. Dixit olim Tullius ſublata cognitione, & ſciẽtia, tolli omnẽ rationẽ, & vitę degẽdę & rerũ gerendarũ.

Ablata ſcientia aufertur ſalutis ratio.

Quod orator ille de reb. pub. & ciuitatum adminiſtratione dicebat, equidem de ſtatu religionis, & fidei aſſero, certũ ſ. eſſe, ablata a ſacerdotib. ſcientia, et doctrina, omnẽ rationẽ, & ſalutis obtinendę, et rerũ in hoc mũdo gerendarum tolli.

Ecquæ

Ecquæ vero felicitas reip. & Eccleſiæ, Sacerdotes, vbi ſcientia exculti ornatiq. fuerint! ecquæ verò calamitas vbi ignari, & ſtupidi, quod olim deplorãs Dominus per Prophetam ſuũ dicebat: [Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit.] Et negare nemo poteſt, ob ſacerdotum ſcientium defectum animas in captiuitatem miſerè abduci, Chriſtianos verbi Dei pabulo deſtitutos fame emori, & hacce ianua omnes omnino calamitates in orbem emitti. — *Sacerdotũ ignorãtia malorum cauſa.* — *Iſai. 5.*

Iſaias Propheta Hieroſolymæ calamitates, & cladem deplorans, hanc vnam Sacerdotũ ignorantiæ aſcribebat dicens, [ſpeculatores eius cęci omnes neſcierunt vniuerſi canes muti non valẽtes latrare, ipſi paſtores ignorauerũt intelligentiã; omnes in viã ſuã declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam a ſummo vſque ad nouiſſimum.] ſpeculatores Eccleſiæ ſunt Sacerdotes, cuſtodes populi, animarum paſtores, & gregis moloſſi: at quando illi canes multi ſunt, paſtores illi ignari, & ſpeculatores cæci, nihil accidere reip. poteſt miſerius aut calamitoſius. — *Iſai 56.* — *Sacerd. ignari ſpeculatores cæci ſunt.*

Sacerdotis cuiuſdam ignorantiam deplorans olim per Prophetam Deus iratus ait. [Quia tu ſcientiam repuliſti repellam te ne Sacerdotio fũgaris mihi.] Hinc patet Sacerdotes inſcios & ignaros a Deo repudiari ac repelli, indignoſq. eſſe qui Sacerdotio fungantur. — *Oſeæ. 4.* — *Sacerdotes ignorantes à Deo repelluntur.*

Ait quoq. Apoſtolus, [ſi quis ignorat ignorabitur.] Terribilis at verax ſẽtẽtia, qui doceat ſacerdotẽ rerum, & legis ignarum à Deo ignorari & velut ignarum præteriri, Deumquè illum

vt ſuum

Sacerdotes ignorãtes ignorabuntur. vt ſuum famulum, miniſtrum, & Sacerdotem non agniturum.

Sint docti vt hæreticos cõuincant, & exortentur alios. *Ser. 10. in Pſal. 118.* [Debet Sacerdos,] inqt Ambroſius, [amplecti eum qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & mendacium confundere;] exhortari inquam, fideles, & conuincere hereticos. Dicere vult, ſacerdotem doctum eſſe debere, capacem inquam & aptum qui & fideles doceat, & heretícos confundat & refutet.

Hom. 23. in Matt. Sacerdotes ianitores cæli. Clauicularij regni cœlorum ſunt ſacerdotes, ait Chriſoſtomus, quibus creditum eſt verbum docere, & interpretari ſcripturas: clauis vero verbum eſt ſcientiæ ſcripturarum per quam porta veritatis hominibus reſeratur; vera autem interpretatio apertio eſt. Cum igitur ſacerdotes ignorantes ſunt, cælum aperire non poſſent, cum claui, ſcientia inquam, & ſcripturarum cognitione, deſtituti ſunt.

Non ſatis eſt Sacerdotem bonum eſſe, eſſe debet doctus. *Ad Fabiolã, & in Agg. c. 2. Nazianz. in Apolog.* Neque verò ſatis eſt, ſacerdotes vitæ honeſtate & virtutum ornamentis excellere; neceſſaria quoque eſt ſcientia & rerum cognitio. Ait enim Hieron. [Vbi ſunt, qui innocentiam ſacerdoti dicunt poſſe ſufficere?] Vetus lex hic cum noua coincidit, quod enim fecit Moſes, confirmat Apoſtolus. Ille n. ſcientiam ſacerdotalibus inſculpit veſtibus, hic Timotheum & Titum omni inſtruit genere diſciplinarum. Inferre igitur cupio in vtroque Teſtamento ſcientiam ſacerdotibus commendari, nec ſufficere morum innocentiam niſi comes accedat doctrina.

Hom. 10. in Math. His accedit Chriſoſtomus, [Boni ſacerdotis, inquit, conuerſatio ſine verbo, tenet quidem ſanctos in ſanctitate per ſuum exemplum; adducere autem ignorantem ad ſcientiam non poteſt.]

Id eſt

Id eſt, Non ſatis eſt ſacerdoti caſtum, & innocentem eſſe ſimul doctus, & ſapiens ſit.

Apoſtolus Petrus Eccleſiæ rectorib. ſcribens ait, vt refert Gratianus, [parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti vos ſatisfactionem de ea fide, quæ in vobis eſt;] et alia quoque ex parte Timotheo ſcribens Apoſt. Paulus ait, [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.] Vnde colligere eſt, bonã conuerſationem, & morũ honeſtatem prælatis & rectoribus non ſufficere, ſi ſciẽtia ac doctrina non accedant, & comitẽtur. In Exodo iubẽtur ſacerdotes tabernaculũ ingreſſuri lauare ſe in labro æneo, quod è ſpeculis mulierũ confecerat Moyſes; [ſacerdotes ingreſſuri tabernaculũ prius lauabant in labro æneo, quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierũ.] Ablutiones illæ denotabant innocentiam; æs illud labri tinniens, & ſpecula, ſapientiam & doctrinam quæ omnia Sacerdotibus, neceſſaria ſunt, priuſquam Eccleſiam ingrediantur.

[In Canticis oculi, per quos prælati Eccleſiæ deſignantur, colũbis comparantur, quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima.] Oculi illi, aquæ columbæ, omniaq. hæc ſimul iuncta deſignabant iam tum ſacerdotes, & Prælatos oculos habere debere id eſt ſcientiam, ſed oculos colũbarum, id eſt morum honeſtate comitatam.

[Nihil aliud accipit è victimis ſacerdos niſi pectuſculum, & humerum: ſacerdotalis n. officij eſt, poſſe docere populos.] Hæc Chriſoſtom. homil. XI. in Marcum, & Beda in c. XII. Leuitici. Ceterũ pectuſculũ denotabat ſcientiam, hume-rus vero opera; coniuncta vero deſignabant verba ſcientiamq. ſacerdoti nihil aut parum prodeſſe, niſi ſimul cõfluant opera! è cõtra verò opera

Sacerdos ad virtutẽ habeat ſcientiam

Gratian. id eſt 3. p. c. qui Eccleſiaſtica.

4. Tim. 4.

Innocẽtia & ſcientia ſacerdoti neceſſaria

Exod. 38.

Gratian. vbi ſupra.

Sacerdotes ſimiles oculis columbæ.

Cant. 8.

Gratian. ibid. diſt. 38.

Bona opera ſacerdoti parũ proſunt niſi habeat ſcientiam.

Leuit. 12.

pera parũ cõducere, niſi doctrina inſignantur.

Sermo Sacerdotis ſapiat doctrinam.

[Sermo presbyteri] ait Hieron. in reg. Mon. Scripturarũ lectione cõditus ſit, vnde & Apoſt. præcipit, ſermo veſter ſit ſale cõnditus, at ſi inſulſus ſit, & dulci ædificationis guſtu deſtitutus, foras eijcitur. & dignitatem amittit.] Sacerdos, qui ſcientia caret, de ſcripturis loqui non poteſt, verba illius nonniſi fabulę ſunt, & ſermo, ineptiæ.

Quid ſcire Sacerd. teneatur.

Seſſ. 23. c. 14. ad. Fabiolã Epiſt. 1. Diſt. 38

Scire autem imprimis Sacerdotem oportet, quæ ad hominum ſalutẽ ſpectãt, [ait Concilium Trident;] ſcripturarum ſcientia eidem neceſſaria eſt, vt ait Hieronym. omnia etiam ſciat quæ ſacris canonibus continentur, & in œcumenicis concilijs decreta, ait S. Leo, mille res noritq́, vt vult Auguſtinus, oraculum denique quoddam ſit id eſt omniſcius, vt ad ſingula reſpondere norit.

Sacerdos omnia norit, nihil ignoret.

In inſtit. cleric. 3. c. 1.

Poſt hæc verò oĩa, addit Rabanus, [Et ſcientiæ plenitudinem, & vitæ rettitudinem, et eruditionis perfectionem, maximè eos habere decet, qui in quodam culmine conſtituti gubernaculum regiminis in Eccleſia tenent: neque enim quidquam eorum, quæ alios edocere, & erudire debẽt, illos par eſſet ignorare.] Sacerdotes igitur ex illius ſententia omnia noſſe, nihil vero ignorare oportet.

Quid ſcire debeat.

Vt verò verè doctus ſit Sacerdos, [ſubnectit eodem loci Rabanus] ſcire debet ſcientiã ſanctarum ſcripturarum, parare veritatem hiſtoriarũ, modos tropicarum locutionum, ſignificationem rerum myſticarum; omnium vtilitatem diſciplinarum, vitæ honeſtatem, morum probitatẽ elegantiam in verborum prolatione, diſcretionem in ſententiarum iudicio, differentiam medicamen

camentorum aduerſus morborum varietatem: qui vero hæc ipſa neſcit, vtilis nec ſibi nec alijs eſſe poterit. Quomodo vero hæc omnia ſcire poterit ſi litteris operam non dederit, ſi tempus rerum cognitioni, comparandæ, non impenderit, ſi bardus ſit, & ſtupidus, denique ſi nulla ſit ſcientia dotatus.

Qui animarum curam habet ſcientia armari debet.

[Neceſſe eſt,] ait iterum ibidem [vt futurus populi rector dum vacat, paret ſibi ante arma, in quibus poſtmodum hoſtes fortiter ſuperet, & gregem ſibi commiſſum oportunè defendat.] In vniuerſo vero hoc armamentario nulla meliora ſunt arma quam innocentia, & ſcientia, ideoque duo hæc ſibi comparet Sacerdos neceſſe eſt, priuſquam ad animarum regimen ſuſcipiendum accedat.

Studendũ eſt ãtequã ſacri ordines ſuſcipiantur.

Turpe enim eſt, ait idem Rabanus eodem in libro, tunc diſcere, & ſtudere velle, cum iam neceſſe fuerit, vtpote in gradu Paſtorali, docere, & periculoſum eſt eũ magiſterij pondus ſubire, qui non ſcientiæ præſidio fultus, potens ſit, & illud ſufferre, periculo inquam coniunctum eſt nihil ſcire, & interim alios velle edocere.

[Elaborandum eſt, inquit Iſidorus, Sacerdotibus vt ignorantiam a ſe, quaſi quamdam peſtem abijciant,) quamuis enim ſeruus domini ſui voluntatem ignorans, aliquo modo reputare mereatur; de omnibus tamen in vniuerſum hoc intelligi nequit; ait enim Apoſtolus, (Si quis ignorat, ignorabitur.) Quod de eo intelligendum qui noluit intelligere vt bene ageret. O terram peſtem, ò lucem exitioſam, Sacerdotum ignorantiam.

Ignorantiã Sacerdos fugiat, vt peſtem. *Luc.* 12. 1. *Cor.* 4. *Pſal.* 35. *Iſid. diſt.* 27. *c. Ideo. Greg.* 3. *p. poſt. c.* 1.

(Ignorantiam mater cunctorum errorum, ait Concilium Toletanum IV. maximè in Sacerdo-

cerdo-

Ignorãtia mater errorum.

cerdotib. Dei vetãda eſt, qui docẽdi officiũ in populis ſuſceperũt, et ſane Apoſtolus ſæpe illos admonet vt ſacras ſcripturas voluãt, Timotheo ſuo ſcribẽs, Attẽde lectioni exhortationi, doctrinæ,] & hoc ſemper æmulare. Ne ſitis igitur ignari Sacerdotes, diligenter litteris & rerum cognitioni incumbite, vtroq. vos officio dignos reddite.

Sciant Sacerdotes s. ſcript. & canones. *Diſt. 28. c. eo. & Concil.*

[Sciãt igitur,] ait ibidẽ ſupradictũ cõcilium, [Sacerdotes, ſcripturas ſanctas, et canones, vt oẽ opus eorũ in prædicatione, et doctrina conſiſtat, omneſq. tũ ſcientia fidei, tum operum diſciplina ædificent.] Vult igitur ſacrum Concil. Sacerdotes ſimul & doctos et probos eſſe; probos quidem vt ædificent, doctos vero vt alios edoceant.

Aillat. 4. c. 3. Diſt. 38. c. eod.

[Si in laicis,] ait s. Leo Papa, [vix tolerabilis videtur inſcitia, quanto magis in his, quæ præſunt, nec excuſatione digna eſt nec venia?] Illius iudicio Sacerdotes qui ignari ſunt, & inſcij rerum excuſatione indigni ſunt, nec tollerari poſſunt.

Inſcitia Sacerdotum intollerabilis & inexcitabilis.

[Caueat Iudex ſpiritualis,] ſcribit S. Auguſt. [ſicut non commiſit crimen nequitiæ, ita non careat munere ſcientiæ.] Sciat igitur eſſe ſibi bene cognoſcendum prius quod ſapienter iudicandum eſt: requirit enim iudiciaria poteſtas, vt iudex potius rem diſcernat ac diſcutiat, quam condemnet. Cum igitur iudices in peccatorum tribunali ſitis Sacerdotes, duo vobis neceſſaria ſunt, vita nimirum proba, & ſcientia ſufficiens.

De pænit. diſt. 6. c. qui vult.

Sacerdos in quãtum iudex ſit doctus.

[Sicut iniqui, ait Iſidor⁹ & peccatores miniſteriũ Sacerdotale aſſequi prohibẽtur, ita indocti et imperiti a tali officio retrahuntur: illi enim ſuo exemplo prauo proborum vitam corrumpũt; hi vero impios ob imperitiam caſtigare, & corripere nequeunt? quomodo enim doceant quod non didicere? Is igitur docẽdi omittit munus, qui ad

Inſcij ſacerdotes eſſe neque unt.

hoc ineptus eſt: cęcus enim ſi cæco ducatum pſtet, ambo in foueam præcipites ruent. Quid? Peccator & ignarus eiuſdem ſortis cenſentur: è quo patet Sacerdotem qui nihil nouit, tam eſſe deteſtabilem & abominabilem, quàm qui merum eſt uitium.

Sacerdotes pferát ſacrę ſcripturę lectionem profanæ. *Diſ.86.c. quādo necesſitas.c. Cum multa.*

Vt igitur docti euadant, bonos doctoſque libros legant oportet. Vnde Auguſtinus, [In doctrina ſacræ ſcripturæ auctoritatem debes præferre, non peritiam ſæcularium litterarum oſtentare.] Verbo ut dicam, Sacerdotes, dicere vult, debere uos eſſe Theologos potiùs quàm litteratores: libros ſacros & biblia ſancta eſſe uobis uoluenda, non uerò profanorum ſcripta.

De pręſu. Eccl. diſt. 37. c. eod.

[Legimus,] inquit Rabanus, [de ſancto Hieronymo, quòd cùm libros legeret Ciceronis, ab Angelo ſit correptus, eo quòd uir Chriſtianus paganorum figmentū intenderet.] Notabile pfecto exēplum, quodq; Sacerdotes edocere deberet, ipſos reprehenſione dignos eſſe, qn̄ ſāctos libros omittentes, fabulis gentilium intendunt.

Sacerdotes repħēdendi q ſacros libros omittunt, ut profanos legant.

Idem ſubiungit eodem loco, [Hinc ille filius prodigus reprehenditur, q de ſiliquis, quas porci manducabant, uentrem ſuum implere cupiebat, cum exqſitis epulis repleri potuiſſet in domo paterna. Idem quoq; Sacerdotes faciunt, q cùm tot libris ſanctis abundent, tamq; ampla & pulchra in ſacris uoluminibus legendi materia ad manum ſit, animum inanibus & friuolis ſtudijs paſcant, ijſq; totum tempus impendant.

Filio prodigo ſimiles cùm libros profanos ſuo-luunt.

Lib. 3. de ſum. bon. diſt. 37. c. eod.

[Ideo phibetur,] inqt Iſidorus, [Chrianos figmenta legere poetarum, qa p oblectamenta inaniū fabularū mentem excitant ad incendiū libidinum, nec.n. dæmonibus modò immolatur, ſi qn̄ illis thus offertur, uerùm etiam qn̄ eorum

verba eorumque ſermones auidè [& intrepidè audiuntur. Cordatus Sacerdos numquam horū lectioni incumbat, ſed animum rerum ſanctarum lectione paſcat: fabulæ ad hoc ſolùm iuuant, vt flammam laſciuiæ magis magiſque ſuccendat, ſacra verò lectio ignem caſtitatis in animæ noſtræ fornace ſufflabellat.

Cur libri profani vetiti Chriſtianis.

[Falleris, mi fili, falleris,] ait S. Bonauentura, [ſi te putas inuenire apud mundi magiſtros ſcientiam, quam ſoli diſcipuli Chriſti, id eſt mūdi contemptores Dei munere aſſequuntur. [Neque enim lectio docet], ſed vnctio, non littera, ſed Spiritus, non ſtudium, ſed exercitiū in mandatis Dei, & omni genere bonorum operū.] falluntur igitur ex ſententia illius, Sacerdotes, qui omne ſuum tempus in rerum humanarum ſtudio ponunt; neque enim veram ſcientiam in libris mundanorum reperire eſt.

In Phar. l. 1. c. 18. ex S. Bern.

Vera ſciētia in mūdanis libris nō reperitur.

[Impoſſibile eſt,] ait Caſſianus, [animā quæ mundanis vel tenuiter diſtentionibus occupatur, donum ſcientiæ promereri;] doctrina humana vel ſtudia mundana tales fructus nō proferunt, ſola animæ puritas & Spiritus ſancti illuminatio myſteriorum cognitionem inſtillare poſſunt. Inſigne hoc vobis documentū eſt Sacerdotes, ſcilicet, ſi ſapientes eſſe volueritis, eſſe vobis procul à mundo ſecedendum; ſcientia. n. Dei donum eſt, & ignorantia mundi plaga.

Scientia Dei donū.

Coll. 14. c. 9. & li. 5. c. 31. Iſid. li. 3. de ſū. bon. ca. 9. De of. priuato & publico.

[Volumus,] ait Concilium Colonienſe, [vt omnes qui ad Eccleſiam acceſſere, precibus & ſupplicationibus ſeſe occupent; quod vt melius fiat, numquam è manibus eorum liber legis, id eſt biblia, deponatur].] Quid igitur dicendum de ijs qui ſemper alearum, chartarumque ludo, alijſque vetitis incumbunt.

Sacerdos Biblia ſēp lectitet.

Alexan-

Alexander Pontifex tertius prohibet, ne qui voto religionis obligati ſunt, Phyſicam legant, imo ne iuris quidem prudentiæ incumbant, & deide Honorius tertius illud ipſum ad reliquos etiam Sacerdotes extendit, nullumq; aliud clericis ſtudium permittit quã ſacrarum litterarũ.

Studium rerum humanarũ Sacerdotib⁹ vetitũ.

De ele.uel mon.c. nõ magnope.

Vnde ſuis ſuadet Auguſtinus, [Legite fratres mei ſcripturam ſacram, legite eam, ne ſitis cæci & duces cæcorum.] hic enim quidquid fugiendum, quidquid credendum eſt inuenietis: eam obſecro legite,neque enim mel adeò dulce, nec panis adeò ſapidus, nec vinũ ita delicatum, vti illius verba ac ſniæ. Facite igitur quod magnus ille Doctor ſuadet,biblia illa euoluite, verbo diuino mentẽ paſcite, ac delicias haſce deguſtate.

Necle.uel mon.c.ſup ſpecula.

Lectio ſacra Sacerdotibus commendata.

Addit eodem loco Auguſtinus: Biblia veſtra euoluite Sacerdotes; hiſce ſtudete, hinc ſcientiã haurire contendite?[quid.n.Sacerdos qui nihil nouit, q̃d homo ſine litteris reputatur? numq̃d non bos vel aſinus? nõ equus vel mulus,q b.non eſt intellectus?] Verum ſiquidem eſt,Sacerdote qui ſcientia careat,aſinum eſſe,equum & brutũ.

epi.37. ad frat.Er.1

S.Gr.l.20 mora.c.1.

Ignarus beſtiæ ſimilis.

Iterum idem Pater, [Eia ergo fratres mei, q̃ paſtores rationabilium ouium nuncupamini, feſtinate rapere non ſophiſmata paganorum, non carmina poetarum,non argutias Philoſophorũ, de quibus tã auditores q̃ doctores redditurí aliqñ ſunt rationẽ:]ſed ſuauem illam ſapientiã ſapientiarum, q̃ Dei hæreditas, & filiorum illius amata poſſeſsio, vnicum animarum noſtrarum bonum.Vos igitur Paſtores conſilijs ſanctis huius Patris acquieſcite, vanas illas ſciẽtias omittite,& ſacræ Theologiæ imprimis incumbite.

Ibidem et Greg.ſvbi ſupra.

Cui ſtudere ſciẽtiæ Sacerdotes oportent.

Diſcite igitaſsiduè (Sacerdotes,) Theologiã inq̃ diſcite,adiungit idẽ Auguſt. [Hæc eſt enim ſcien-

Theologia elogia.

Ibidem. *Gregor.* ſcientia ſcientiarum, Angelorum ferculum. Archangelorum voluptas, Apoſtolorum gloria, Patriarcharũ fiducia, Prophetarum ſpes, Martyrum corona, robur Virginum, Religioſorum refectio, Epiſcoporum vocatio, Sacerdotum cellatium, infantium exordium, viduarum Alphabetum, cõiugatorum pulchritudo, mortuorũ reſurrectio, æterna deniq; viuentium protectio.] An non miraris anima, tam luculenta dum audis encomia? an non omnibus ſcientijs omiſſis, ſoli Theologię, ſcientiarum reginæ incumbes?

CAPVT VIII.

Sacerdotes concionatores & præcones verbi Dei eſſe debent.

Omnis ſacerdotum perfectio cõſiſtit in ſcientia et doctrina. *Exod.* 28. INter cætera Moſaici Sacerdotis ornamenta ac gemmas, erat Rationale, cui inſcriptum erant Symboli in morem duo illa verba, Doctrina & veritas: [Pones in Rationali iudicij doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore Aarõ, quando ingredietur coram Domino.] Quo Symbolo denotabatur Sacerdotes legis Euangelicæ eſſe debere tum doctos tum etiam prædicatores, quorum vnum per doctrinam, alterum per veritatem deſignabatur.

Iſai. 58. Sacerdos populo prędicare & peccata illius oſtẽdere dẽt. Deus cum Iſaiam Prophetã ad populum ſuũ deſtinaret, hunc in modum illi locutus eſt; [Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuã, & annũtia populo meo ſcelera eorũ.] Sacerdos à Deo eadẽ cũ auctoritate miſſus, aſſiduò clamare debet, doctè concionari & tubæ inſtar pſtrepere, populo peccata & delicta ſua annuntiando.

Corda-

Cordata illa Iſraelitis Iudith cùm Sacerdotes in Bethulienſi obſidione ad fortiter agendū exhortaretur ait, [Et nunc fratres q̄m vos eſtis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium veſtrum corda eorum erigite.] Sciebat nempe prudens illa virago Sacerdotum eſſe prædicare, & ab eorum eloquio verbiſq; vitam ſalutemq; vniuerſorū depēdere. A ſacerdotum p̄dicatione ſalus & vita populorū depēdet. *Iudit.8.*

Ezechieli Prophetæ Deus olim hunc in modum locutus eſt, [Fili hominis, ſpeculatorē dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verbū, & annuntiabis eis ex me. Si dicēte me ad impiū Morte morieris, non annuntiaueris ei; neq; locutus fueris vt auertat à via ſua impia & viuat; ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinē autem eius de manu tua requirā.] Hinc inferendum eſt, Sacerdotes ad verbum Dei mundo p̄mulgandum electos, & in populorum ſpeculatores cōſtitutos, ſi mutorum inſtar taceant, & aduerſus peccatores non inclament, Deū ſalutē & vitam eorum de Sacerdotali manu requiſiturū. Sacerdotes non p̄dicantes peccatorū aliorum rei fiunt. *Ezech. 3.*

[Sacerdotes] (dixit olim per eundem Prophetam Dominus) [populum meum docebunt, q̄d ſit inter ſanctum & pollutum, & inter mūdum & immundum oſtendent eis: & cùm fuerit cōtrouerſia, ſtabunt in iudicijs meis, & iudicabūt.] Nouum hoc fundamentum, quo noſtra ſententia nititur, quòd, quemadmodum Sacerdotes conſcientiarum ſunt iudices, eſſe quoque debeāt prædicatores ad populos inſtruendos. *Ezec. 44.* Populum doceat Sacerdos.

Vnde Paulus, [Væ mihi ſi non Euangelizauero,] id eſt, verbum Dei prædicauero. Quod ſi verum hoc eſt, vti reuera eſt, Sacerdotes illi miſeri & infelices, q̄ Euāgelizare & docere neſciūt, id eſt, Dei verbum ad erudiendos ſubditos & Væ Sacerdoti non cōcionanti.

ſalutem animarum comparandam prædicare.

Sacerdotes legati Christi. 2. Cor. 5.

Miniſterij quoque ſui præſtantiam excellentiáq; deprædicás hoc modo dicebat, [Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos,] i. legati Christi ſumus, vt verbum illius populo annuntiemus. Hoc notate Sacerdotes, ac memineritis, cùm legati cæleſtes, & Meſſiæ nuncij ſitis, Deuſq; per vos exhortetur, veſtrûm quoq; eſſe, ſub illo exhortari, ac velut vocis illius organa, vniuerſum mundum docere.

Sacerdos qui prædicat, duplici honore dignus. 1. Tim. 5.

Illi verò Sacerdotes duplici honore digni sũt, qui verbũ Dei docent & prædicant. Vnde Apoſtolus, [Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeãtur, maximè q laborãt in verbo & doctrina.] E cõtra verò illi duplici infamia & cõtumelia digni cẽſendi, q nec docere qd norit, nec in Eccleſijs verbum diuinũ ſciũt prędicare.

Sacerdos prædicet & arguat. 2. Tim. 4.

Inter cetera quæ Thimotheo ſuo præcepta dabat Apoſtolus, prædicationis verbi diuini imprimis elucebat dum ait, [Prædica verbum, inſta oportune, importunè, argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina.] E quo colligitur, Sacerdotem concionari debere, ſed inſtanter & aſsiduè, ignorantes docere, peccatores corripere; vitiaque coarguere.

Prædicator charitatem habeat. In Luc. hom. 17.

Vt autem quis bonus ſit prædicator, teſte Gregorio, charitate flagret oportet erga proximũ: atq; idcirco Dominus diſcipulos binos ad prędicationem mittebat, vt ita tacitè doceret, eum q charitatem erga alium non habet, prędicationis officium ſuſcipere nullatenus debere. Sciant igitur Sacerdotes, qui prędicationis munus ſuſcipere volũt, ſi charitate deſtituantur, non debere ſe cathedram prædicandi ergo conſcendere.

Neceſſe quin etiam eſt, prius vt ſe doceat, q alios,

alios; nam teſte Chryſoſtomo, [omnis Sacerdos, ſi vult docere populum, priùs ſeipſum doceat; quod ſi facere nolit, ceteros docere, aut vitia coarguere non præſumat.] Quam enim diſſentaneum eſt, Sacerdotes, alios vos edocere velle, ſi vos ipſi edocendi ſitis; quàm iniquum aliorum vitia coarguere, ſi uos uitijs ſcateatis?

Vnde ſapienter monet Caſsianus, [Vide ne quēquā docere verbis p̄ſumat, quod opere antè non feceris.] Quibus verbis aliud oſtendere nolebat, quantum ipſe quidem ſentio, q̃ Sacerdotē, ſi modò digne cōcionatoris munus obire velit, priùs p̄fectum in opere q̃ verbis eſſe debere.

[In diuinis Sermonibus,] ait S. Gregorius, priusq̃ alijs eos p̄feras, temetipſum require, ne inſequēs aliorū facta, te deſeras.] Male igitur ſibi cōſulit Sacerdos, nec ſapit, q alijs concionari ſatagens, ſeipſum inſtruere ac dirigere non nouit.

Sacerdos dicere nequit, inquit S. Proſper, ijs qui monita illius ſpernunt, Iudicia Dei perhorreſcite, ſi ipſe perhorreſcere negligat: nec mundi amatoribus, nolite diligere mundum aut vanitates, ſi ipſe mundi amore detineatur: nec ambitioſis aut cupidis, deſinite concupiſcere & habeat finem auaritia; ſi ipſe hac peſte infectus, & ambitioſus ſimul & auarus ſit. Deniq; omne id, q̄d omittit aut cōmittit, alijs committendū ſuadere, aut omittendum prohibere non poterit, quia neceſſariā docendi auctoritatem contrarietate ſuæ actionis aut omittit aut minuit. Quam.n. ūn decēs & indignum, improbum virtutem alijs ſuadere; ad bonum alios exhortari, & ipſum in malum ruere præcipitem? hoc ſcilicet verbum Dei blaſphemare eſt, & verbis opera opponere.

Sermonibus enim, inquit S. Iſidorus Peluſiota,

Se prius doceat q̃ alios.

Ho.17.in Mat. Gr. l.23.Mo. c.8.

Col.14.c.9

Iſid.Polu. l.3.ep.264

Sacerdos prius operi quàm verbo incumbat.

Sacerdos ſeipſum excutiat potius q̃ alios.

3.p.Paſto. admon.25

Sacerdos faciat quę docet.

S. Proſper l.1.de vit. contempl. c15. .Cōc. Pari. c.13

Opera pōtiùsquàm verba a sacerdote exigūtur

l.3.ep.23.

ſiota, philoſophari facilè eſt, operibus autem ar duum; illud enim ſeruit auribus, hoc erudit animam. Ideoq; Deus Sacerdotibus inclamat, [Loquimini ad cor Ieruſalem.] Actionum & operum virtutem ab ijs exigit, quæ animas ferit, nō verò ſonitum verborum, qui auribus inſonat. Sanctus igitur ſit, qui ſacer eſt & Sacerdotio initiatus; neque licitum eſt prophano, ſe ſacris ingerere. E quibus efficere volo, Chriſtianam prædicationem in moribus potiùs quàm verbis conſiſtere, eumque dumtaxat qui vtrumque habet magnum eſſe Philoſophum.

Ho. 17. in c. 10. Luc. Sacerdotis uita loquatur.

Audiamus quid hanc in rem habet Gregorius, [Tunc alijs verè recta prædicamus, ſi dicta verbis & exemplis oſtendamus] ac reipſa. Inferre vult, nihil eſſe verbis elegantem ac diſertum eſſe, ſi vita & actio ſimul etiam non loquatur.

Lib. 3. de ſum bon. c. 36. In ſacerdote tria ſpectāda.

[Sicut in numiſmate,] ait Iſidorus Hiſpalenſis, [metallum & figura & pondus inquiritur, ita in omni doctore Eccleſiaſtico q d ſequatur, quid doceat, quō viuat. metalli qualitas doctrinam, pondus humilitatem, figura verò imitationem ac ſimilitudinem Patrum denotat: q verò tria hęc in ſe nō habuerit, non metallum, ſed inutilis terræ gleba futurus eſt. Inſignis profectò comparatio ad demonſtrandum Sacerdoti, vt bonus ſit concionator, tria eſſe neceſſaria, ſcientiā, humilitatem & ſāctorum Patrū imitationē.

Docere et nō facere nōniſi dānūadfert. *De cordis comp.*

[Docere & non facere,] vt affirmat Chryſoſtomus, [nō ſolum nihil lucri, ſed et damni plurimū cōfert, condemnari. n. meretur is, q verbū ſuum & linguam norit ordinare, & inter ea verò opera vitāq; negligit.] Vobis hoc dictū eſt, ſacerdotes, q bn loq mini; benè autem uiuere neſcitis; dānationis. n. uos periculo exponitis, cùm concio-

conciones doctas componitis, at vitam componere negligitis.

Muliercula illa, quæ coram Salomone contendit, quamdiu vigilabat, filium quem vigilans lactare conſueuerat, dormiens occidit. Ita quoque, vti moraliter exponit Gregorius, doctores & concionatores vigilantes quidem ſcientiâ, ſed vita dormientes, auditores ſuos, quos per vigilias prædicationis nutriunt, dum quòd dicunt facere negligunt, per ſomnum corporis occidunt, & negligendo opprimunt, quos alere verborum lacte videbantur.

3. Reg. 3. Bona vita prædicationi adhærere debet. *Lib. 21. Moral c. 8.*

[Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Conſiderate hoc diligenter,] ait Bernardus, [nô dicit,] inquit [Pacidici, ſed pacifici, ſunt enim qui dicunt & non faciunt, ſanè quemadmodum nô auditores legis iuſti ſunt, ſed factores, ſic nô annuntiatores pacis beati ſunt ſed actores.] Et benè quidem: atq. hoc vobis inſculptum ſit, Sacerdotes: neque enim ſufficit benè prædicare & dicere, ſed neceſſe imprimis & benefacere.

De conuerſ. ad cleric. c. 35. Nô ſufficit côcionari, ſed bona opera etiâ requirûtur.

[Sicut ſtomachus,] inquit Chryſoſtomus, [accipiens cibum, coquit eum in ſemetipſo, & per totum corpus diſpergit, ſic & Sacerdotes accipiunt ſcientiam ſermonis per ſcripturas ex Deo, ſecumque eamdem digerentes ſancta quadam meditatione vniuerſo deinde populo eamdem diſtribuunt. Videte igitur Sacerdotes quomodo veſtra vobis verba & opera côponêda & parâda ſint.] Hæc autem metaphora oſtendit eſſe Sacerdotum, cùm ſtomachi ſint reip. & omnium omninò fidelium, ſanctis meditationibus verba Dei ſecû digerere, priùſquâ alijs eadê diſpertiât.

Sacerdotes ſimiles ſtomacho. *Hom. 88. in Mat.*

[Gallus,] inquit Gregorius, [cû iâ câtus edere parat prius alas côcutit, & ſeipſum feriens vigi-

Côcionator gallo ſimilis.

lantio-

3. p. Paſt. c. fin. & Moral. l. 30. cap. 4.

lantiorem reddit:] ita quoque neceſſe eſt, vt hi qui verba ſanctæ prædicationis monent, prius ſtudio bonæ actionis euigilent, ne in ſeipſis torpentes opere, alios excitent voce. Excitamini igitur Sacerdotes & operibus cantate, vos inquam quorum eſt alios veſtris excitare verbis.

Lib. 4. de Sacerd.

Facta cũ verbis Sacerdos habeat.

[Nuda facta non ſatis ſunt ad hoc, vt alios edoceat, niſi & cum his verba accedant,] ait Chryſoſtomus [nec ipſe hoc,] inquit, [dico, ſed Ieſus Chriſtus dicens: Qui enim docuerit & fecerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.] Vult igitur dicere, ad perfectionem Sacerdotis duo hęc cõcurrere debere, & cũ hæc ſimul ſteterint, tum demum perfectũ ædificiũ conſurgere.

Diſt. 43. cap. eadē.

Quæ prędicatori neceſſaria?

Quantum porro requiritur, vt bonus quis & egregius dici poſſit concionator? [ſit rector,] ait Gregorius, [diſcretus in ſilẽtio, vtilis & cautus in verbo, ne aut tacenda proferat aut proferẽda reticeſcat.] Adeò vt cõcionatorẽ ambidextrum eſſe oporteat, & duplici inſtructũ gladio, iam vtendo eloquẽtia, iam ſilẽtium cõſectando.

Prudẽtia cõcionatori neceſſaria.

[Cùm ſe ad eloquendũ Sacerdos præparat,] (ait eodẽ loco Gregorius,) [cũ quanto cautelæ ſtudio loquatur attẽdat; ne ſi inordinatè ad loquẽdũ rapitur, erroris vulnere corda audiẽtium feriãtur ſeſeq. doctũ & diſertũ oſtẽtare vult, vanitatis notã incurrat.] Diſcretio anima eſt prędicationis, atque ad hæc omnia neceſſaria eſt prudẽtia.

Cap. 8.

Quæ ad concionatoris perfectionẽ requirantur.

[Nullus Sacerdos,] habet Concilium Colonienſe, [erit concionator abſolutus, cui præter vitã exemplarem, nõ adſint omnia quæ ſequuntur: nẽpe cognitio ſcripturarum vtriuſque teſtamẽti, ingenium velox, eloquẽtia vehemens, ſermo dulcis, vox perſuaſibilis, humana affabilitas, ratio moderata, in rebus omnibus prudentia,

perſo-

perſonarũ, diuturna experientia, immobilis cõſtantia, denique ipſe Spiritus ſanctus; qui ſolus vbi defuerit, cetera dona parum profuerint. Nõ enim vos eſtis qui loquimini ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis:] Omnes hæ perfectiones ac dotes in anima quadam collectæ, magnũ haud dubiè prędicatorẽ cõſtituent, at vbi defecerint, nõniſi mera vanitas, & lingua tinniẽns.

Notat Hugo de ſancto Victore, Paſtorẽ triplicem habere debere vocẽ, ſuauem ſcilicet, dulcẽ & altam; [Tres ſunt, inquit, Paſtoris voces, ſcilicet ſuauis, dulcis & alta: ſuauis ad infirmũ, ad moriẽtẽ dulcis, ad ſurdũ pertinet alta.] Vocẽ habeat altam ad peccatores peccatis indormientes excitãdos, dulcẽ verò ad agonizantibus ſuccurrendum, ſuauẽ deniq. ad ægris opitulãdum: *Paſtor triplicẽ vocem habeat.* *Lide clauſtro animæ.* *In proœmio oper.* 10.

Innocẽtius Papa tertius addit ad hæc, Prædicatorem habere debere aurum, argẽtum & balſamum, videlicet ſapientiam & honeſtatem; vt quæ dicit intelligat, & dicta intellectaq. in opus cogat; quicumque enim fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorũ; alioquin dicetur ei, [Medice cura teipſum,] & ſicut illi Euangelicæ ſimilis erit, folijs quidem onuſtæ, ſed fructu deſtitutæ. Quibus verò hæ merces defuerint, ſunt miſeri & infelices illi medici, ſeipſos qui curare nequeunt, & maledictę ficus, nõ niſi verborum folia continentes, & fructibus bonorum operum carentes. *Prædicator ſit ſapiens, eloquens, & honeſtus* *Mat. 5.* *Luca. 4.* *In pharet. li. 4. c. 5. 84 ex Greg. lib. 7. in diſt. 2. Ep.* 111.

Auditę verò Sacerdotes, quibus prędicationis donũ cõceſſum eſt, quid ſanctus vobis ſuggerat Bonauentura, [Lingua veſtra bonis fomentum ſit, prauis aculeus; tumidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, negligentes excitet: torpidis perſuadeat, duris abblandiatur, deſperãtes *Documẽta S. Bonauenturæ pro Sacerdotibus.*

conſo-

conſoletur; & cùm duces ductoresſq. appellemini, ſalutis viam oſtendite in via mundi ambulantibus.] Quicumque igitur docendi alios officium ſibi arrogant, & ſuggeſtum cupiunt conſcendere, hanc ad normam ſeſe componant, ita verba ſua dirigant, haſque ſibi dotes comparare ſtudeant.

Hom. 11. *in Ezech.* Prædicator prudens ſit & diſcretus.

[Penſare debet doctor,] ait Gregorius, [quid, cui, quãdo, qualiter & quantum loquatur.] Nã ſi vel vnũ horum defuerit, locutio apta non erit. Scripum quippe eſt, [Si rectè offeras rectè autẽ non diuidas, peccaſti. Rectè autem offerimus, cùm bono ſtudio bonum aliquod opus agimus; ſed rectè non diuidimus, ſi habere diſcretionem in bono opere poſtponamus.] Meretur quippe res prudentem conſiderationem, cùm Sacerdotis honor in eo cõſiſtat, & ipſa animarum ſalus.

Sacerdos accõmodare ſe debet audiẽtiũ capacitati & rerum dignitati. *In Leuit.* 5. 1. *Cor.* 2.

[Hoc ſanè,] inquit Beda, [ſcire debemus, quòd Sacerdos alijs veſtimẽtis induitur, dũ eſt in ſacrificiorũ miniſterio, alijs verò dũ procedit ad populum.] Quo edocemur, inquit, Sacerdotem non ſemper iiſdem ſermonibus vti debere, ſed inſurgere, dũ profunda tractat myſteria, repere verò & deijcere ſe, cùm ad populum ſermonem conuertit. Ita feciſſe comperitur prudens ille Sacerdos Paulus, qui cum inter perfectos eſſet, perfectè loquebatur, & ſublimia myſteria eructabat dicẽs, [Sapiẽtiam loquimur inter perfectos, ſed nõ ſapiẽtiam huius mũdi.] Cùm vero inter imperitiores verſaretur, ſtylum mutabat, humilioraque docebat, dicẽs, [Lac potum vobis dedi, nõ eſcam.] Hinc autem prædicatoris ſapientia dependet, quòd ſcilicet audientium ſe capacitati attemperet, alta profundaque coram eadem intelligentibus, humiliaque verò & tenuia apud

1. *Cor.* 3.

ſimpli-

ſimpliciores & minus perfectos proferat.

Animalia Ezechielis alas habebant & pedes; has quidem ad volandum, illos vero ad inceden dum per terrã, [Et pennę eorũ extentæ deſuper, et vnũquodque eorũ corã facie ſua ambulabat.] Animalibus his perſimiles ſint concionatores, habeant inquam alas ſimul & pedes; alas quidem ad ſublimè loquendum, & myſteria indaganda: pedes autẽ ad ſermonem deprimendum, & per terram rependum, reſque communes ac vulgares iuxta plebeculæ captum pertractãdas. Concionatores ſimiles animalibus Ezech. *Ezech. 1.*

Et quoniam ſæpenumero vanę gloriolę puluis prædicatorum pedibus adhæreſcit, det operam Sacerdos, eum vt excutiat, & ſalutari cõpunctionis aqua eoſdem abluat, vt penitus mundus ſit; fortè etiam, ne cum alijs prędicauerit ipſe reprobus inueniatur. Quàm enim miſerum & calamitoſum, Prædicatorem, poſtquam alios ad ſalutem perduxit, ſui ipſius damnationem incurrere? Vanã gloriã fugiãt. *Aug. de doct. Christ. c. 4. cap. 15. Greg. 2. p. Paſt. c. 8. p. 3. adm. 15.*

An non verè miſerum & funeſtum, omnes illos fabros & naupegos, qui arcam Noei cõſtruxere, peſſum iuiſſe, & aquarum diluuio immerſos perijſſe, alijs ſaluandi cauſa, naue cõſtructa? Maius hauddubiè infortunium & calamitas doctoribus illis accidit, qui poſtquam tantopere inſudarunt, tantumque contenderunt, alios vt prædicatione ad vitam veritatis & ſalutem perducerent, diuinæ iuſtitiæ aquis tandem immerſi obruuntur, & pereunt. Vani cõcionatores ſimiles naupegis Arcæ Noei. *Gen. 6.*

Deuique Sacerdotes ex officio tenentur prædicare, plebem edocere, & in vitia ſeuera animaduerſione inſurgere, atque ita inſurgere, ne ſi id facere negligãt, eadẽ approbare, eorumdem que ſe reos conſtituere videantur: nam, vt Leo Sacerdos uitia non caſtigans approbat. *Epist. 93. cap. 15. de hæretic. cap. 2.*

Magnus

Magnus teſtatur, [Sacerdos qui alium, cùm poteſt, ab errore non reuocat, ſeipſum errare demonſtrat.] Terribilia profectò verba vera tamen, & in vos, ô Sacerdotes, prolata, ſcilicet, quandò, cùm licuerit, malefactores & iniquos non corripueritis, eadem vos vitia incurrere.

Diſt. 83. *cap. eod.* [Error cui non reſiſtitur,] ait Papa Innocentius [approbatur; & veritas cùm minimè defenſatur, opprimitur,] impios enim, cùm potueris, non deſtruere & corripere, fouere eſt, & occulti commercij ſocietatiſque ſuſpicio eſt, cùm criminí manifeſto non occurritur & reſiſtitur. Quid igitur facturi eſtis prædicatores? quomodò ſalutem veſtram operabimini : cùm omnibus peccatis, quæ non corripitis, conſentiatis, & de ijſdem reddere rationem vos oporteat?

Peccata non corripere, fouere eſt.

In Liuit. l.1.cap. 4. [Peccatum Sacerdotis,] ait. Heſychius, [peccatum populi appellat legiſlator: Sacerdos enim negligens aut peccans vel peccantes non coarguës, alios liberiores ad ſimilia peccata inuitat.] Quã periculoſus ſtatus, ſtatus Eccleſiaſticorũ, cũ illis aliorũ peccata imputẽt & cũ populo damnationẽ incurrẽte, paſtores eamdẽ ſortẽ ſubeant, ſi illius peccata nõ reprehẽderint, nec caſtigarint.

Sacerdotes vbi alios non reprehendunt ſunt cauſa cur alij liberius peccent.

Epiſt. 105. Vnde Hieronymus, [Attẽde Sacerdos, perierat populus, niſi Moyſes cõfregiſſet iram omnipotentis Dei: & tu cùm videris populum delinquentem, cane tuba, annuntians eis delicta eorum, teq. iracundiæ Dei obijce, vt fulmina furoris eius auertas.] Boni igitur Sacerdotis eſt zelũ Moſis imitari, aduerſus peccata populi debacchari, Deique iracũdiã à ceruicib⁹ eius auertere.

Sacerdotes alios cõmonentes ira Dei auertunt.

Hom. in illud Dignus eſt operarius. [Nos, inquit S. Gregorius, [qui ex oblationibus fidelium viuimus quas illi pro peccatis ſuis obtulerunt, ſi comedimus & tacemus, eorũ proculdubiò

dubiò peccata manducamus.] Hoc cogitent Sacerdotes, & conſiderent, ſe, dum ex oblationibus peccantium viuunt, de eorum peccatis participare, ſi eadem reprehendere negligant.

Sacerdoti imputãtur delicta quæ nõ corripit.

Ideo Sacerdos peccantibus non nimis conniueat, ſed verè ſe rigidum ac ſeuerum oſtendat erga delinquentes: *nam*, teſte Origene, [dum vni parcunt; vniuerſæ Eccleſiæ moliuntur interitum, quæ iſta bonitas? quæ iſta miſericordia? vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere?] Et ſanè, ipſa benignitas & indulgentia in Sacerdote obſũt ſæpenumerò, at ſeueritas prodeſt; nã pro vno, q benignitate forſan ſaluari poteſt, milleni & infiniti alij animæ perniciem incurrunt. [Vno peccante ira Dei ſuper omnem populum venit. Hoc quando accidit? quando,] inquit Origenes, [Sacerdotes qui populo præſunt erga delinquẽtes benigni videri volunt, & Sacerdotalem ſeueritatem exercere negligentes; illud ſcripturæ contemnunt, Peccantes coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeat, & illud, Auferte malum ex vobis metipſis.] Rigidos vos igitur demonſtrate, Sacerdotes, aduerſus peccatores inſurgite, in eorum vitia debacchemini, ne forte ſi nimis indulgentes fueritis, vobis Deus iraſcatur, ac deinde puniat, voſque puniendo in omnem ſimul populum animaduertat.

Hom. 7. in Ioſue.

Sacerdotes peccãtibus non indulgeãt

Sacerdotes ſint ſeueri erga peccata.

Num. 16.

Orig. Vbi ſupra diſt. 45. *c. ſed & illud. diſt.* 50. *cap. ſi quis Diaconus*

1. *Tim.* 5.

1. *Cor.* 5.

Nihil, ait S. Ambroſius, [in Sacerdote tam periculoſum apud Deum, tam turpe apud homines, quàm quod ſentiat non liberè denunciare, ſcriptum eſt enim, Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum, & non confundebar.] Periculoſum enim eſt animæ atque imprimis noxium, ſi Sacerdos veritatem præ hominum metu dicere veretur.

lib. 5. Ep. 29.

Sacerdos libero loquendo nihil timeat.

Pſal. 118.

Sacerdotes ſunt ædificantes. *Hom.* 4. *In Mat.*

[Sacerdotes,] inquit Chryſoſtomus, [ſunt ædificantes, qui generationem ſuper generationem per doctrinam ædificantes, quaſi lapidem ſuper lapidem ponentes domum Dei componunt:] quemadmodum enim opifices ferro omnem nodoſitatem & tumores lapidum tollunt, ac deinde ædificio applicant, neque enim lapides, niſi polirentur, ſimul vniri & coaptari commodè poſſent. Ita quoque doctores Eccleſiæ peccata reſcindere debent, & hominum vitia velut nodoſitates quaſdam & tubera ſeueræ caſtigationis ferro reſecare, atque ita illos Eccleſiæ ædificio adaptare debent, non enim manentibus peccatis Chriſtiani inter ſe facilè conuenire poſſent. Inſigne profectò ædificium eſt, quod conſtruitis, Sacerdotes, ipſa ſcilicet animarum ſalus.

Sacerdotes ob aliena dānatur peccata, ſi nō corripiāt. *Ezech.* 3. *Iſidor l.* 3. *de ſum. bon. c.* 46. Heli ob filiorum peccata punitus. *L.* 1. *Reg. cap.* 1. *S. Baſil. in reg. breu. inter.* 47.

O rē nouā & inauditā! [Sacerdotes,] teſte Diuo Iſidoro, [pro populorū iniquitate damnatur, ſi eos aut ignorantes nō erudiāt, aut peccātes nō arguant. Teſtatur quippe p Prophetā Deus: ſpeculatorē dedi te Domui Iſrael, Si dicente me ad impium, Morte morieris; neque locutus fueris vt auertatur à via ſua impia & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſāguinē autē eius de manu tua requiram.] Numquā igitur, Deus, aduerſus impios clamare deſinā, eorūque vitā coarguere, qui prędicator ſū, ne ſi fortè hoc facere neglexero, pernicië & exitium animæ incurram.

Summus Sacerdos Heli pro filiorū iniquitate damnatus eſt, quòd eos peccantes & liberioris vitæ minùs ſeuera animaduerſione plecteret. O me miſerū, exclamat Iſidorus, corripuit illos quidem & caſtigauit, ſed clementia & benignitate paterna, nō verò auctoritate & ſeueritate pōtificia. Ex hoc igitur exēplo videāt Sacerdotes, quæ

eos,

eos maneat ob delicta filiorum, id eſt, plebis iniquitatẽ, caſtigatio ac ſupplicium: quamuis enim ſancti ſint, ipſa populorum peccata, ſi eadem non corripiant, illis tandem imputabuntur.

[Debitũ quippe rectoris eſt,] inquit Gregorius, [ſubditorũ mala, quæ tolerari leuiter nõ debent, cũ magna zeli aſperitate corrigere; ne fortè ſi indulgẽtior fuerit, & minus ſeuerè caſtigauerit, ipſe reus habeatur.] Hoc igitur vobis quoddam præiudicium eſt, Paſtores, vos ſi fortè in delictis caſtigandis molliores & teneriores ſitis, in caput veſtrum damnationem accerſituros, & tandem ſeuero ſupplicio corripiendos. *2. p. paſt. c. 10. p. 3. ad mon. 23.* Bonus Sacerdos cũ zelo peccata coarguat.

O rẽ horribilẽ! [Cui diſpẽſatio verbis cõmiſſa eſt,] ait S. Proſper, etiã ſi ſanctè viuat, & tamen perditè viuentes arguere aut erubeſcat aut metuat, cũ omnibus, qui eo tacẽte perierunt, perit. Et quid ei proderit nõ puniri ſuo, qui puniẽdus eſt alieno peccato?] Hic cõtremiſcite Eccleſiaſtici, ac ſcitote vos, ſi alios corrigere neglexeritis, tandẽ puniendos; & quamuis alioquin ſanctiſſimi ſitis, ob aliorũ tamen peccata caſtigabimini. Qui alios reprehẽdere veretur ſe cũ alijs pdit. *Lib. 1. de vit. contem. c. 20.*

Idẽ quoque Proſper eodẽ loco ait, [ſpeculatorẽ Sacerdotẽ appellat Propheta, vt ſicut ſpeculatoris eſt de loco editiore proſpicere, & plus omnibus cõtẽplari; ita Sacerdos debet eſſe propoſita ſublimitate celſior cũctis; atque vt dignitate ceteris ſupereminet, ſic quoque maioris ſcientiæ habere gratiã, qua poſſit ſub ſe viuentes inſtruere.] Mea quidẽ ſentẽtia dicere vult, prædicatores, cũ Eccleſiæ ſpeculatores ſint, in ſublimibus Theologorum Cathedris conſtitutos ſpeculari debere, atque omnem in partem circumſpicere ne quid Chriſtiani fideles detrimenti capiant. Hinc, teſte B. Cyrillo Alexãdrino, [ſi Sacerdos Sacerdotes in ſacris literis ſpeculatores dicti. *In Apol. ad Theodoſ.*

Sacerdos tacẽs multorũ malorũ cauſa.

quoniam ſpeculator à Domino conſtitutus eſt populis ſibi concreditis; maluin quod lædere ſolet annuntiauerit, hac ſibi vigilantia coronam conciliabit:] at ſi tacuerit mutus, eiſdem malis inuoluitur, quibus Deus in hac vita affligere homines ſolet; quin etiam ingentem calamitatem adfert ijs, qui, ſi modo inclamaſſet, reſipuiſſent, & ad meliorem frugem redijſſent. Inclamate igitur ſpeculatores; alta inquam voce inclamate, cùm pericula proſpicitis: vbi enim tacueritis, damnationem vobis accerſitis, vbi verò tubam inſonueritis, ad conflictum exhortantes, ingentem vobis gloriam cauſamini.

Prædicatores homicidæ ſunt, cùm peccatoribus minati nõ fuerint.

Hom. 11. in Ezech.

Audite etiam quid deterius. Ait Magnus Baſilius; [Cui docendi munus commiſſum eſt, ſi is annuntiare neglexerit, perinde vt homicida iudicatur.] Ad hæc verba exhorreſcite Sacerdotes, ac diſpicite, quot nam committatis homicidia, quot iuguletis animas, cũ ex officio veſtro aduerſus peccatores non inclamatis, nec vitia taxatis.

Alios Sacerdos nõ reprehendens occidit.

Eidem opinioni inſiſtit Gregorius magnus, [Nos qui Sacerdotes vocamur, ſupra ea mala quæ propria habemus, alienas quoque mortes addimus: tot enim homines occidimus, quot ad mortẽ ire quotidie tepidi & tacentes videmus.] Quot, eheu! homicidæ, quot ſicarij, quot gladiatores inter Sacerdotes reperiuntur, cùm tã paucos inter eos correctores & caſtigatores inuenire ſit: ſi enim peccata nõ reprehendere, peccatores iugulare ſit, veri illi in Eccleſia sũt homicidę.

Sacerdotes culpãtur ob ea quæ non corripiũt.

Greg. l. 7. ep. 114.

Ivo p. 6. c. 15. Ioan. Papa 8. diſt. 86. c. 15.

[Faciẽtis proculdubio,] ait Gregorius, & alij viri magni, [culpam habet, qui quod poteſt corrigere negligit emendare: ſcriptum quippe eſt, Non ſolum qui faciunt, ſed etiã qui cõſentiunt facientibus participes iudicantur.] Ille ſiquidem

vitia

vitia ſe deteſtari teſtatur, qui vitioſos coarguit: [primus quoque innocentiæ gradus eſt, nefaria odiſſe.] Quin etiã iniquitati conſentire, iniquis eſt anſam peccãdi tradere, ac delinquentię viam reſerare. Nec magnum eſt hominem ob propria non damnari peccata, ſi ob aliena tandem damnationem incurrat, ſeuera quidem iuſtitia, ſed æqua tamen & iuſta, Sacerdotem, qui peccatores corripere negligit, ſuo tandem diſpendio ſcelerum illorum punitionem experturum.

[Hortamur vos igitur,] ait magnus quidem Doctor,] Domini Sacerdotes, paratos eſſe ad docẽdas plebes veſtras, qui ſcripturas ſcit, prædicet ſcripturas: qui verò neſcit ea, ſaltẽ quæ norit dicat, vt fugiat ſcilicet malũ & faciat bonũ, pacẽ ſectetur & ſequatur, oculi enim Domini ſuper iuſtos.] Ad hanc verò exhortationẽ addere de meo volo, voſq. cõmonere Sacerdotes, vt Euãgelizetis pauperibus, cathedras concendatis, in parochijs veſtris cõcionemini, aduerſus vitia debacchemini, ignorãtes doceatis, & animarũ ſalutẽ procuretis. Hæc enim omnia ad officiũ veſtrũ ſpectãt. *Iuo p. 2. 54. ex Auguſt.*

CAPVT IX.

Sacerdotes patientes ſint.

TAnta porrò patientiæ dignitas & excellẽtia eſt, vt quotquot eam penitus inſpexere, in ea animæ poſſeſſionem conſiſtere dixerint, quia radix omnium cuſtoſq. virtutum eſt patientia. Per patientiam autem animas poſſidemus, eo quòd dũ nos ipſos reprimere ac vincere diſcimus, tũc poſſidere quod ſumus incipimus. Patientia enim nihil eſt aliud, quàm aduerſitatum impetum magno & inuicto animi robore ſuſtinere, atque aduerſus omnes triſtis fortunæ inſultus generoſum, & maſculum, animum demonſtrare *Quid ſit patiẽtia.* *Greg. hom. 38. in cap. 21. Luc.*

ipſa eſt aduerſus fulmina rupes inuicta, aduerſus baliſtas aduerſitatum propugnaculum inſuperabile, lorica aduerſus ictus impermeabilis, aduerſus malleos incus non cedens, ſcopulus maris fluctibus reſiſtens, & Adamas in medio flammarum ſemper adamas. Hæc porrò virtus Sacerdotes decet inprimis.

Epitheta patiētiæ. *Paſt. 3.p. ad mon. 10.* Patientia, ait Gregorius, prima animæ dos, prima, omnium affectionum illius clauis, paſſionum frænum, & cuſtos conditionis noſtræ. Qui enim hac virtute caruerit, exanime corpus eſt, nauis ſine doctore, omnium ventorum viciſſitudinibus obnoxius, mare cunctis naufragijs infame. Hac ergo ſi deſtituamini, Sacerdotes, cogitate nihil omnino vos habere.

Aurū argentū, &, ferrū patiētię ſymbola. Iericho vrbs cū expugnaretur, & omnia flammis tradita eſſent, aurū tamen, argentū & ærea vaſa ac ferrea aſſeruari, & in ærarium ſacrū inferri voluit: [Vrbem & omnia quæ inuenta ſunt in ea ſuccenderunt, abſque auro, & argento & vaſis æneis, ac ferro, quæ in ærariū Domini cōſecrarūt.] Aurū, argentū, æs & ferrū, quæ flammæ reſiſtunt, & malleorum ictibus aptātur, ſymbola ſunt patientiæ. Docere porrò myſterium vult animos illos æneos & ferreos, mētes illas aureas & argenteas, id eſt animas patientes, quæ tribulationū ignibus non cedunt, ad ſalutē deſtinatas eſſe & electas, vt in cæleſtibus theſauris ac ſcrinijs reponātur. Hæ autē Sacerdotum dotes ſunt.

Palmæ ſymb. patientiæ *3. Reg. 6.* In mirabili illa tēpli fabrica, notat ſcriptura Salomonē in parietibus eiuſdem Cherubinos & palmas & varias imaginū figuras efformaſſe [Et fecit in eis Cherubin, & palmas, & picturas varias.] Cherubini illi figura ſūt Religioſorū, palmę verò Patiētiæ ſymbolū; quo enim hęc magis oneri-

oneribus grauatur, quò exſurgit altiùs: deſignare porrò myſterium volebat, Sacerdotes & Religioſos, quos Cherubinorum inſtar in Eccleſia viuere par eſt, palmarum etiam inſtar in hoc mundo inuictos permanere debere, magna animi conſtantia omnes vitæ huius aduerſitates & afflictiones tolerando.

Tanti porro Salomon in Prouerbijs facit patientiam, vt fortitudini & robori illam præponat, [Melior eſt patiens viro forti & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbiū.] Equidem illi libens ſubſcribo, ac pluris facio Sacerdotem patientiæ virtute excellentem, quam alios qui animos habent ingentes, robur & fortitudinem. Patientia fortitudine pręualet. *Prou.* 10.

Paulus Apoſtolus Romanis ſcribens hoc eis commonitorium miſit, [ſpe gaudentes, in tribulationibus patientes, orationi inſtantes.] Veræ Sacerdotis partes ſunt, & munia pauciſſimis contenta verbis, vt ſcilicet in ſperando gaudeat, in aduerſis patientiam exhibeat, orationibus inſtet aſſiduè. Hanc ſi viam inſtiteritis Sacerdotes, verè vos beatos pronuntio. *Rom.* 12. Patientia hominē beat.

[Seruum Domini,] ait idem Timotheo ſcribens, non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem.] Magni huius Domini verè ſeruus eſt Sacerdos, atque ideo indecens eſt illum litigare, ſed illius eſt patientem, manſuetum, benignum ac mitem eſſe. 2. *Tim.* 2. Dei ſeruus ſit patiens.

Egregium de patiētia habet prouerbium parœmiographus, dicēs, [Patiētia lenietur Princeps & lingua mollis cōfringit duritiem.] Et ſanè boni Sacerdotis patientia iram Dei lenit, & mollis rationum illius lingua eiuſdem furorem ſedat. Patientia Dei iram placat. *Prou.* 14.

Denique ſacra ſcriptura magni hancce virtutem facit, eiq. prudentiā velut ſociam addit; ait

Prudẽtia patientiã comitatur. *Prou.* 14.

enim in Prouerbijs Salomon, [Qui patiens eſt multa gubernatur prudentia.] Et reuerà Sacerdos qui manſuetè ſe gerit, oſtendit etiã ad oculũ eſſe ſe prudentem, cordatum ac verè ſapientem.

Dauidis patiẽtia *2.Reg.*16

Prudentiã ſuam ſanè Dauid oſtẽdit, cùm ſcil. patientiam patefaciens Semei iniurias irroganti ait, [Dimitte eũ vt maledicat, Dominus enim pręcepit ei vt malediceret Dauid: dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum Domini, ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionẽ meam, & reddat mihi Dominus bonum pro afflictione hac die hodierna.] Illud verè regium cor erat & digna Dauide patientia, in maledictionibus ſcilicet nõ expalleſcere, & iniurias æquo animo ſuſtinere.

Quæ ſit vera patientia. *In parad. enim.c.4.*

Tunc autem [vera & perfecta patientia eſt,] ait Albertus magnus, [cùm quis ſuſtinet patiẽter iniurias, non ſolũ cùm reus, ſed etiam innocẽs,] patientis Iobi exemplo, qui conſtanter & liberè de ſe profitebatur, ſe, etiam ſi nullius offenſæ iniurięque illatæ ſibi conſcius eſſet, lacrimari tamen aſſiduè, & in angore animi viuere. Detractionibus autem reſiſtere, calumnias ſuperare, iniurias contemnere, verè patientem eſt eſſe.

Ibidem. Innocẽtia coronat patientiã.

Licet, inquit idẽ Albertus, [intolerabilior ſit iniuria innocenti quam culpabili: tamen multo ſuauius ſufferri poteſt & debet iniuria, cũ nihil conſcientia remordet de culpa aliqua præcedẽti.] Patiẽter igitur cuncta ſuſtinete Sacerdotes, ac cogitate tunc patiẽtiam verè coronari, quando iniuriarum impetus, magno iniuſtitiæ teſtimonio innocentiæ muris impinguntur.

In phar.l. 2. c. id ex Gregor. Imperfectionum

[*Ille verò*, teſte D. Bonauentura, patiẽter illatam iniuriã tolerat, qui piè meminit, quòd fortaſſe adhuc habet, in quo debet ipſe tolerari. Cõſiderate igitur vos ipſos, ò Sacerdotes, ac veſtras imper-

imperfectiones diſpicite; quas cum diligenter inſpexeritis, aliorum eò melius tolerabitis.

Dixit olim Caſſianus, Boni Sacerdotis eſſe magna patientia iniurias & calumnias illatas ſuſtinere, ſperando donec tẽpeſtas deſæuiat, & ſerenitas exſpectata redeat; & dũ iniurijs laceſſitur pacẽ tũ corde continere, tũ ore prçferre debere, videreque ne furor ſubitus præcipitem abripiat, animæque commotæ auſcultet; ſed conſiderare, q̃d vera amicitia & Chriſtiana charitas exigat, Propheticum illud implendo, [Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.] Hic Sacerdos imprimis & præ ceteris virtutem oſtendat, paſſionibus imperet, iniurias & calumnias irrideat, iracundiæ furorem exſtinguat, ſeſeque patientiæ lorica ſemper communiat.

Hanc in rẽ dixerat iã antè S. Cyprian. [Magis optamus & cupimus cõtumelias, & iniurias ſingulorum clementi patientia vincere, quàm Sacerdotali licentia vindicare.] Et reuerà multo magis Sacerdotes decet patientia ac tolerantia, quàm iraſci & vindictam præcipitem exigere.

Sanctus quoque Auguſtinus de Sacerdotibus agẽs dixit, Paratus eſſe debet Sacerdos iuſtus & pius, patiẽter eorũ malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quærit,]vt potius bonorũ numerus accreſcat, quàm vt ſimili malitia in improborũ catalogũ & impiorum categorias referatur. Dicere vult, Sacerdotem patienter tolerando oſtendere ſe iuſtum eſſe, at vindictam vltionemque depoſcendo, ſe non, minus quàm ceteros nefarium.

[De qualibet mactata pecude,]ait doctiſſimus Philo Iudæus, [lex iubet duas certas partes Sacerdotibus decidi, armũ dextrũ & pectoris pinguedinẽ:] prior denotabat cõſtantiã & magna-

notitia in iurias tolerare facit.

Collat. 16 *cap.* 26.

Sacerdos patienter toleret iniurias.

Habac. 3.

Lib. 3 *Ep.* 9.

Patientia magis decet Sacerdotes quã vindicta.

Sacerdotes patiẽtes ſint.

33. *q.* 1. *c.* *eod.*

Figura patiẽtiæ Sacerdotine ceſſariæ.

Philo de honor. Sacerd.

nimitatem illis in omni re, quam aggredi velint, eſſe neceſſariam: altera verò ſuauitatem ac benignitatem animamque patientia dotatam. Quod figura illa veteribus Sacerdotibus quadraret oſtendit Philo, ipſe verò Sacerdotibus Euangelicis aptari poſſe cenſeo, quibus patientia cum primis neceſſaria eſt.

Quis verè patiẽs. *Moral. Lib. 11. c. 17. Clem. Alexãd. Strom. 22.*

Ceterùm, teſte Gregorio [ille verè patiens eſt, qui & aduerſis atteritur, & tamẽ ab ſpei ſuæ rectitudine nõ curuatur:] nã, vt Clemens Alexandrinus teſtatur, verè ille patiens eſſe nequit, qui non magno ſimul animo & conſtantia præditus ſit. Ille verò ſacerdos animum habet, & ſub patientia ſecurus incedit, qui in afflictionum pelago ad ſpei lampadem ſemper proſpectat.

De modo ben. viu. ſerm. de vero cultu. c. 18. Patientia facit Martyres.

O Paradoxa! [ſine ferro,] inquiũt Bernardus & Lactantius, [& flamma, Martyres eſſe poſſumus, ſi patientiam in animo veraciter cuſtodiamus.] Ecquæ illa felicitas eſt, Sacerdotes! eſtote igitur patientes: ita enim fiet vt martyres ſine ferro ſitis.

Hom. 35. in Ezech. Per patiẽtiam martyres ſumus.

Idem quoque dicit ſanctus Papa Gregorius, [ſine ferro martyr eſſe poteris, ſi patientiam in animo veraciter conſeruaueris.] O felicem Sacerdotem! ſi patientiam habuerit, per hanc enim recta ad martyrium tendit.

Sine hac nulla pax. *Cap. 21. Mor. c. 16. de preceſſ. 6. Relig. cap. 15.*

Quin & alia miracula facit patientia, ſine hac enim, teſtante S. Gregorio, pax in mundo regnare nec concordia poteſt, & S. Bonauentura affirmat maioris eſſe meriti aduerſa patienter tolerare, quàm bonis operibus inſudare. Audax profectò ſententia, vera tamen, Sacerdotes, maioris meriti eſſe, aduerſitatum procellas generoſo animo ſuſtinere, quàm virtutibus ſtudere & ſanctis operibus incumbere.

Num-

Numquam enim ſola, vt quidē S. Ephrem ait, eſt patientia, ſed eam virtutum ſemper illas ſtipat, hanc enim qui habuerit ceteras omnes habet cū illa: Patiens enim omnibus virtutibus exornatur, gaudet in rebus aduerſis, in calamitatibus probatur, exultat in tentationibus, in obediēdo promptus eſt, in longanimitate ſtabilis, in charitate perfectus, aduerſus omnes caſus infractus; maledicentibus benedicit, pace in bello, & malacia in tempeſtatibus gaudet. Huic ſtudete virtuti Sacerdotes, & in hac ceteras habebitis. *Lib. de virtut. c. de patiēt.* Patientia ceteras virtutes includit.

Subnectit idem auctor, [Patiens alacer in ieiunijs, frequens in orationibus, diligens in vitę ratione inſtituenda, gratioſus in muneribus ſuis obeundis in familiaritate comis, in conſilio prudens, in vigilijs hilaris, peregrinorum diligentem curam habens, erga infirmos benignus. In ſuccurrendo promptus eſt, in cogitādo ſobrius, in negotiando expeditus, Denique vt verbo abſoluam, ad omnia bona opera paratus.] O beatos ſacerdotes, qui hanc virtutem nacti fuerint, hanc enim qui habuerint, omnes habebit. Patientis perfectiones. Patiens fortis prę latus. *Prou. 16.*

[Melior eſt patiens viro forti,] ait Sapiens, [& qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium.] Hinc ſequitur, Sacerdotes, fortiores vos eſſe, cùm patientes eſtis, quàm ſi duces aut milites generoſi eſſetis, & cum patientiam nacti fueritis, omnia vobis cedere.

Eia igitur, Sacerdotes, hac vos virtute armate, & erga omnes māſuetudinē oſtēdite, Apoſtolicū illud ſequentes, [Patientes eſtote ad inuicem.] Ad patiētiam Paulus hortatur. *1. Theſſ. 5*

Recordemini doctrinæ, quā S. Iacobus Apoſtolus tradidit, [Patiētes eſtote & vos & cōfirmate corda veſtra, quoniā aduētus Domini appropinquauit; Ecce agricola expectat ptioſū fructū Item S. Iacobus. *Iacob. 5.*

terræ;

terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & ſerotinum.] Vos itaque patientiam non minus oſtendite, & animas veſtras in tuto collocate.

Serm. de patient. Vitæ alterius expectatio, præſentis vitę aduerſitates patienter ſuſtinere cogit.

[Ne indigemini Sacerdotes, ait S. Auguſtinus, ſi in mundo mali florent, & vos aduerſa patimini. quia non eſt Chriſtianæ religionis in temporalibus exaltari, ſed potius deprimi, & vitæ huius vanitates negligere; eo quòd impij nihil exſpectent in cœlo: vos quoque nihil in hoc mundo exſpectare debetis, ſed in futura bona ſpem conijcere, & quo iam deſiderio conſcendiſtis, ibi mente, quidquid etiam in hoc mundo aduerſi acciderit, exultare per alterius itaque vitæ ſpem fit, Sacerdotes, vt mundi huius aduerſitates æquo & forti animo tolerentur.

Sacerdotes patientes ſint Chriſti exemplo. *Ad fratr. in erem. Serm.* 37.

[Si perſecutiones veniunt, Sacerdotes mei,] inquit, idem Auguſtinus, [non deficiamus ſed patientiam habeamus.] ſi paupertas ingruat, ne deſperemus, ſed in Domino confidamus: ſi in vna nos quis maxilla percutiat, quamprimum, & alteram præbeamus: ſi contumeliæ in nos deuomantur, taceamus, & calumniantibus ignoſcamus: ſi iniuriæ nobis & conuitia ingerantur, ſi honor lædatur, ne reſpondeamus: ſi iugulemur & inuadamur, alacriter ad mortem & ſepulcrum properemus. Et quamobrem hoc? non enim ſeruus eſt ſupra Dominum ſuum; ſi enim me perſecuti fuerint,] ait Dominus, [& vos perſequentur.] Quare patientia nobis habenda eſt, Sacerdotes, modo ſerui Chriſti Ieſu eſſe voluerimus.

CA-

CAPVT X.

Sacerdotes ſint humiles.

QVotquot è veterib. Patribus de humilitate tractarunt, tantis eã laudib. ſunt ꝓſecuti tãtiq; fecerunt, vt ceteris eã virtutib. pulchriorẽ, & ad ꝑfectionem atq; ornamentum Chriſtiani hominis & imprimis Sacerdotis maximè neceſſariã iudicarint: atq; vt verbis ſuis auctoritatẽ & põdus aliqđ adderent, egregijs illã titulis encomijſq; exornarũt, tãtaq; laudũ ꝑconia in illã ꝓtulere, vt dũ eadẽ audimus, reginã virtutum & virtutem reginarum illam appellare cogamur.

Patres omnes humilitatẽ magni fecerunt.

Eliphaz amicus Iobi mirabilia Dei opera ex cutiẽs ait, [Qui ponit humiles in ſublime, & mę rentes erigit ſoſpitate.] Iuxta hanc Philoſophiã Sacerdotes, q ſeſe humiliãt ac deijciunt, tãdem aliqñ ſe exaltandos, quiq; in męrore & anxietate verſantur, tandem etiã recreandos ſe norint.

Iob. 5. Deus exaltat humiles & męſtos conſolatur.

Tanti ait, Pſalmographus, Deus ſp humilitatẽ fecit, vt [reſpexerit in orõnem humiliũ, & nõ ſpreuerit ꝑcem eorũ.] Certus ſit Sacerdos ſe ſi corã Deo ſeſe humiliauerit, ſp à Deo exaudiendũ, & nunquam petitionem ſuam fruſtrandam.

Humiliũ ꝑces Deus exaudit. *Pſal.* 101.

[Vbi fuerit ſuperbia,] ait Prouerbiorum auctor, [ibi erit & contumelia, vbi aũt & humilitas, ibi & ſapientia.] Deſignat aũt ꝓuerbiũ hoc Sacerdotes gloriabundos, ꝑ pudore emori debe re; at qui ſe humiliant, verè ſe ſapienter oñdere.

Prou. 11. Vbi humilitas ibi ſapientia.

Hinc Epheſijs ait Apoſtolus, [Obſecro itaq; vos ego uinctus in Dño, vt dignè ambuletis, voca tione qua uocati eſtis, cũ oĩ humilitate, & mãſuetudine cum patientia.] Inſignis hauddubiè exhortatio,

Ad humilitatem excitat Apoſtolus. *Epheſ.* 4.

hortatio, ſed quæ directè Sacerdotes reſpiciat, quorum eſt prę ceteris hominibus iuxta vocationis ſuæ dignitatem ambulare, cum omni patientia, manſuetudine, humilitateque, alijſque Chriſtianis virtutibus.

Cõſtit. monaſt. c. 17. Humilitas virtutũ theſaurus.

S. Baſilius de humilitate ſermonem inſtituẽs ait, [Humilitas eſt tutiſſimus virtutum omnium theſaurus, atque omnium diuitiarum ſupernaturalium reconditorium.] Hiſce ego verbis inſiſtens dico, paſtorem illum diuitem, & bonis ſupernaturalibus opulentum eſſe, qui humilis fuerit, at ſi humilitate caruerit, periculo expoſitum eſſe, & extrema cum inopia confligere.

De ord. vitæ. Humilitas patiẽtię mater.

Sanctus Bernardus quoque de huius virtutis dignitate loquens, eam cuſtodem pudicitiæ, & matrem patientiæ appellauit, adeò vt ſine hac nemo aut caſtus aut pudicus, aut patiens eſſe queat. Sacerdos qui humilis eſt, ſemper pudicus eſt, & omnia æquo animo ſuſtinet; at qui ſuperbia inflatus eſt, ſemper ſe impatienter gerit, vitamque propudioſam viuit.

l. 7. c. fin. & coll. 18. capit. 13. Bernard. ſerm. 1. de Natiui. Virtutũ fundamẽtum eſt.

Caſſianus egregium quoque huius virtutis elogium concinuit, dum illam omniũ virtutum magiſtram, & cęleſtis ædificij firmiſſimum fundamentum appellauit. Quicunque igitur Paſtor firmum virtutum ædificium conſtruere vult, ab humilitate, velut à fundamento, & baſi rerum omnium ſpiritualium exordiatur.

Rectitudinis magiſtra.

Gregorius quoque ſuam ſententiã proferens tradidit, humilitatem eſſe legum directricem, omnis rectitudinis magiſtram, adeò vt ſine illa nec via, nec iuſtitia ſit. Et profectò ſacerdos, qui arrogantia tumet, omnem æquitatem prætergreditur; at qui ſe humiliat, ad iuſtitiæ ſe leges quàm proximè conformat.

Idem

Idem Caſſianus iterum in ſcenā prodeat, dicit enim, humilitatem omnium virtutū eſſe parentem, & totius ſpiritualis ſtructuræ ſolidiſſimum fundamentum, è quo euincere vult, ſpiritualem ſtructuram non poſſe firmam aut ſtabilem conſiſtere, quæ humilitati non innititur. *Coll. 15. c. 17. & coll. 19 c. 2.* Mater virtutum.

Quid denique humilitate, exclamat Gregorius, ſublimius, quid eadē maius? Seſe enim dimittens, cū auctore ſuo coniūgitur qui in excelſis habitat, & ſu pra mundi reſidet cacumen: nā dum ſe humiles deijciunt, ad Dei ſimilitudinem aſcendunt. Humiliate vos igitur Sacerdotes, ac dij quidā efficiemini, deijcite vos, ſi filij Altiſſimi eſſe, & naturā veſtram cōmutare volueritis. *3. p. paſt. adm. 18.* Nihil humilitate maius.

Dicebat S. Ephrem, eos qui humilitatē complectuntur, diaboli laqueis irretiri non poſſe, atque hanc virtutem alas adeò leues & pernices hominibus addere, quibus tā velociter ſe in ſublime efferāt, dæmones vt eos attingere nequeāt. Nihil aduerſus Sacerdotes humiles efficere diabolus poteſt, at qui ſuperbi, & inflati ſunt, illius potentiæ, & inſidijs expoſiti patent. *de recta vitæ ratione c. 8.* Humiles à diabolo capi nequeunt.

Dicebat etiam S. Bonauentura, quò Sancti & iuſti magis magiſque in virtutum via procederent, & maiores in ſanctis exercitijs progreſſus facerēt, eò ſe humiliare etiam profundius; quia dum luci proximi fiunt, quidquid eos in ſeipſis latebat, inueniunt. Et verè ita ſe res habet, iuſtitiam ſcilicet, & humilitatem ſemper ſub vno iugo incedere, & quò Sacerdos iuſtior, eò etiā de ſe ſentire demiſſiùs; defectus enim proprios tūc videt clariùs, & particulares imperfectiones perfectiùs intuetur. Eo homo ſe magis humiliat quò iuſtior. *In pharetr. lib. 1. c. 34 de reformat. c. 10. ex S. Greg. l. 32. Moral.* Humilitas perfectionis ſignum.

Quo Sancti oēs paſſu, & præſertim Sacerdotes in viſione Dei progrediūtur, & in rerū æternarum

S. Greg. lib. 18. Moral. c.27.& l. 35.c.2.& S. Bonau. in Phar. l. 2. cap. 29.

narum ſcientia proficiunt, eodem & in ſui ipſius contemptu, & nihilitatis cognitione procedunt. Tunc primùm enim legitur Abraham Patriarcha ſe cinerē appellaſſe ac pulucrem, quando cũ Deo locutus eſt, diuinorũq; colloquiorũ factus eſt particeps. Quantum te igitur, Sacerdos qui quotidie cum Deo loqueris, quique apud maieſtatem eius maiore beneuolentia auctoritateq. polles, quàm omnes olim Patriarchæ, humiliare ac deijcere fas eſt, vt hinc euidenter pateat, quantopere in diuinitatis ſchola profeceris?

Quo Sacerdos altior, eo ſit humilior. *Serm. de abdic. ſaculi, & S. Berna. Epiſt. 42.*

Quando, dicebat S. Baſilius, ad ſummos Sacerdotij gradus aſcendes, tunc ſimul te dimitte, & dimiſſiùs de te ſentias; terreat enim te filiorum Aaronis exemplum, & ſciàs cognitionem pietatis eſſe cognitionem humilitatis; nam ſe animo ſcire ſubijcere, & naturam ſubiugare, Chriſtum eſt ſcire imitari, illi autem verè filium Dei imitatur, qui infinitè ſe humiliat.

Potentia cũ humilitate tractari debet. *Iſidor. in ſinonim. c.fin.diſt. 100. cap. Cõtrà morem.*

Functiones igitur veſtras cum omni humilitate exercete Sacerdotes, & munus veſtrum humiliter obite, inque miniſterio ad quod vocati eſtis, diligenter incumbite cum Spiritu humili, & anima ab omni arrogantia libera; obedite diuinis legibus ſupremæ voluntati nõ reluctando. Inde inferre vult, potentiam ac magnitudinē cũ omni humilitate & modeſtia tractari debere.

Qui ſe agnoſcit, Deus eſt & nõ homo. *In Pimādro.*

Sed cogitate Sacerdotes quod dixit olim magnus ille Mercurius Triſmegiſtus, quòd quicũque ſe cognouit (quod initium humilitatis eſt) humanos limites tranſeat, & ad diuinitatē vſque pertingat. Beatus igitur ille q ſe cognoſcit & dimiſſè de ſe ſētit: ita enim homo fit Deus, & mirabili quādā metamorphoſi in diuinā naturā trāſit. Eiuſdem quoque rei mentionē faciēs Bernardus,

-dus, ait Sacerdotē, interim dum ſe noſſe incipit, atque vndique circumſpicit, animę partes excutiēdo, in alijs nihil omnino quęrere quod reprehendat aut coarguat; ſatis enim multa in ſeipſo deploranda reperit, ſeſeque deteſtari incipit.

Qui nouit ſeipſū alios nōn capit.

Eundem quoque ſcopum feriēs S. [Gregorius dixit, [Ex conſideratione propriorū defectuum conſeruatur humilitas in virtutibus.] Hic vos docet, Sacerdotes, ſi ſæpius eſſe veſtrum excutiatis & perambuletis, defectuſque veſtros propiùs perſpiciatis, & ipſum nihil quod vobis proprium eſt, humilitatem haud dubiè induturos.

De bene viu. modo ſerm. 54.
Lib. 28. *Moral. cap.* 6.
Sui ipſius cōſideratio humilitatē gignit.

In eo verò perfecta ac genuina ſita eſt humilitas [cū exhibita gloria cōtēnitur & exhibēda nō appetitur] ait magnus Albertus. Nā qui verè humilis eſt, nec maioribus nec minoribus, nec etiā æqualibus ſe aſſimulat, imò ſibi firmiter perſuadet, nullos in mūdo ſe inferiores eſſe, ſeſeque omniū minimū cēſet; denique neminē cōtemnit.

In quo vera ſita humilitas.
In paradiſ. anim.

Humilitas denique virtus eſt, qua fit vt homo ſeipſum verè cognoſcens, ſibi ipſi diſpliceat, vilis reputari velit, ſuique contemptu gaudeat, ait Sanctus Bernardus.

Humilis cotemni gaudet.

Hæc omnia cōſidera, Sacerdos, atque ad hanc normam actiones tuas efforma ac dirige; cūque ad altaris miniſteriū vocatus fueris, ait S. Iſidorus Peluſiota, vocationē tuā legibus officijs tui attēpera, te benignū omnibus & humilem exhibendo, & cogita, nō eſſe tribunitium quoddā aut ciuicum munus tuum, non imperiū quoddā turgidum, nō regnum inflatum pompis, & inſolens, ſed humile & pacatum miniſterium. Quo maiores, clerice, quo ſublimior, quo caput dimittere ſubmiſſiùs debes & te deijcere profundiùs, ad arborū pomiferarū exēplū, q̄ quò fructibus

De grad. humil. & contempt. propr. excell. & epiſt 42. *& in cāt. ſer.* 16.
Officium Sacerdotis officiū pacis vult

magis

illũ humilem. magis onuſtæ, & grauatæ ſunt, quo ramos dimittunt magis, vt ad terram penè propendeāt. quò alludens ſapiens ait, [In die honoris tui ne extollaris.] Perinde ac ſi diceret, Sacerdotales illi honores ad ſuperbiā te non concitent, nec te reddant inſolentiorē dignitates grādiores oblatæ.

Epi. 157. *lib.* 1.

Eccl. 11.

Eccl. 32.

Quo De^9 Sacerdotem tollit ſublimius quò ſe di mittat ma gis.

[Rectorem te poſuerunt; noli extolli,] ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico, [eſto in illis quaſi vnus ex ipſis.] Te verò, Sacerdos, Diuina maieſtas in Eccleſia ſua ad animas gubernādas dirigendaſque conſtituit; at noli propterea extolli, & quo magis te cęlũ extollit, Deuſq; te amplioribus cumulat honoribus, eò ſenti de teipſo ſubmiſſiùs.

Eccl. 35.

Humilitas in precibus iuuat.

[Oratio humiliantis ſe penetrabit nubes,] ait Sapiens iam olim. Veſtrum verò eſt Sacerdotes, orare, & ſi ſubmiſsè de vobis ipſis ſenſeritis, vota veſtra, & preces nubes penetrabunt.

1. *Theſ.* 2.

Sacerdotes magni cum ſint fient parui.

Apoſtolus Theſſalonicenſibus ſcribens dicebat, [facti ſumus paruuli in medio ueſtrũ,] non uero altum ſapuimus, aut inflatos animos oſtendimus. Docuit hic Sacerdotes, quod, quamuis eorũ dignitas magna ſit, ſeipſos tamē magnifacere non debeant, ſed humiliter de ſe ſentire, quāuis etiam ſummos in Eccleſia honores obtineāt.

Iac. 4.

Sacerdotes humiles à Deo exaltabũtur.

[Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit uos,] ait S. Iacobus Apoſtolus. Vobis hoc dictũ putate Sacerdotes, cumque quotidie in conſpectu Domini verſemini, corā eo uos humiliate, ut uos tũ in terra tùm etiā in cælo extollat.

Eccl. 3.

Humiles apud Deũ gratiā inueniunt.

[Quanto magnus es, humilia te in oībus, & corā Deo inuenies gratiā, quoniā ab humilibus honoratur.] Hanc lectionē diſcite Sacerdotes, quanto ſcilicet maiores eſtis, tantò uos dimittite profundius, ſi modò propitium ac beneuolũ ſentire Deum uelitis, & gratiam corā eo inuenire.

Nec

[Nec ſuperbi placuerunt tibi Domine, dicebat orans Iudith, ſed humilium & mãſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio.] Et viduæ huius orationem inferendum eſt, Sacerdotes ſuperbos Deo diſplicere, & ſolas humilium preces illi gratas & acceptas eſſe. Humiliũ prces Deo placent.

[Nonne cum eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es?] obiecit olim Sauli Deus quibus verbis velut prognoſtico prędocuit, illos qui ſe dimittunt & paruifaciunt, a cælo extolli & magnificari: ac præſertim Sacerdotes, qui cũ ſe imperio, & dignitate indignos reputãt, tũc a Deo Duces & rectores conſtituuntur. Qui ſeipſos paruos faciunt. Deus facit magnos. 1. *Reg.* 15.

Hanc igitur virtutem amplectamini, Sacerdotes, tam pretioſum vobis monile adoptate, tam ſolido fundamento ædificium veſtrum ſuperimponite, eſtote humiles corde, humilitatemque tum verbis tum potius reipſa demonſtrate: qui enim in verbis humilitatem non ſpirarit, is nec in operibus eamdem præferet. Sacerdos humilis ſit in verb. & operib. *Climac. gradu* 4. *de obid.*

CAPVT XI.

Sacerdotes animo pacato, & tranquillo ſint.

SI pax, quies, ac tranquillitas mundo neceſſaria eſt, in Sacerdotibus imprimis eamdem requiritur, quorum animus ſemper quietus, ſemper gaudere, malacia nunquam turbari, aut bellis inquietudinumq angoribus diſtrahi debet: pax enim, & manſuetudo pietatis indicia ſunt, & euidentes animæ ſanctæ characteres. Pax Sacer dotib. neceſſaria. *S. Baſili*°.

Iſaias vitam impiorum deſcribens animã illorũ velut mare tempeſtatib. & procellis obnoxiũ ſemper exeſtuare et efferueſcere dicebat, [Cor impij ſicut mare feruens,] Quod euidẽter demonſtrat, Impiorũ mens ſemper inquieta. *Iſai.* 57.

ſtrat, illos Sacerdotes nefarios & ſceleſtos eſſe, quorum animus turbatus atq; inquietus eſt, bel-

Pſal. 75. liſq. ciuilibus & inteſtinis aſsidue diſtrahitur.

Hinc ait Pſalmographus, [Turbati ſunt omnes inſipientes corde,] eorumq. mẽs tempeſtatib. exagitata. Quibus Prophetæ verbis efficere licet, ſtoliditatis & inſipientiæ ſignum eſſe, turbatum habere animum, & ſpiritum variè commotũ & agitatũ; adeò vt Sacerdos, cuius Spiritus turbatus eſt, & inquietus, ſtolidum ſe ac fatuum; at cuius mens pacata, & ſedata, ſapientem ſe eſſe declaret.

Stultitiæ ſignũ eſt, mentem habere turbatam.

Scripſit Pſalmographus, cum iratus fueris aduerſus peccatores Domine, & furorem indueris, tunc eoſdem turbabis, idq. in peccatorum illorum vindictam; [& in ira tua turbabis eos.] Vnde infero Sacerdotem, dum animus illius inquietus eſt, menſq. eius æſtu perturbationum aſſidue efferueſcit, Deum iratum habere, eiuſq. peccata ac vitia hocce flagello puniri.

Anima cũ inquieta eſt, ſignũ eſt Deum illi iraſci.

Pſal. 82.

Pſal. 6. [Anima mea, inquit idem Pſalmographus, turbata eſt valde,] quietem non habet, noctu diuq. exagitor, & mens perpetuo conflictu diſtrahitur: [Sed tu Domine vſquequo?] quamdiu haſce turbas tolerabis? quamdiu hæc me bella exagibunt? quanto tandem mihi inducias concedes? Quibus è verbis concludere volo, Eccleſiaſticos, quorũ mens libera nõ eſt, nec animus ſedatus Deũ aſſiduis precibus exorare debere, turbas & inquietudinem Spiritus vt ſerenet, inſurgentes coerceat paſſiones, vt Regis huius exemplo, pacata & pacifica mente fruantur.

Dauid mẽtis trãquillitatem a Deo petiit.

Mentis tranquillitas Dei donum.

Iob. 3. Bonus ille Tobias ita olim Deum feruore quodam Spiritûs precatus eſt, [Iuſtus es Domine, & oĩa iudicia tua iuſta ſunt, & oẽs viæ tuæ miſericordia.

cordia & veritas; & iudicium; & nunc Domine magna iudicia tua; quia non egimus ſecundum pręcepta tua, & non ambulauimus ſinceriter coram te: poſt tempeſtatem tranquillũ facis,& poſt lacrymationem, & fletum exultationem infundis.] Pia profectò meditatio, atque docet pacem interiorem & ſpiritus tranquillitatem Dei donũ eſſe,& Sacerdotem, qui cor inquietudinibus, & æſtibus varijs impeditum turbatumq. habet,ad Deum ſe conuertere,ab eo pacem in turbelis,& ſerenitatem mentis expectare debere.

Poſtquam grauis illa tempeſtas,quam euangeliſta deſcribit, quaque Apoſtolorum cymba iactabatur, adeò vt omnes naufragium pertimeſcerent,deſęuit;Chriſto nauiculam ingreſſo,[facta eſt tranquillitas magna,] & timere homines deſierunt. Mundi huius mare aſſiduis tempeſtatibus obnoxium eſt, ac varias agnitiones & æſtus experitur, in quo ſ. animarum noſtrarum cymbæ tempeſtatibus iactantur;at mox vt Deus eaſdem ingreditur,eaſq. ſubire non dedignatur; tunc o Sacerdotes,mens quieſcit,Spiritus malaciam ſentit, iudicium ſerenitatem, ratio quieta eſt, & anima toto ſecuroque loco poſita. *Tranquillitatem animæ Deus adfert. Matth. 8. Marc. 4. Luc. 8.*

[Iuſtitia,et pax oſculatę sũt,]habet Pſalmiſta. porrò Auguſtinus in hunc pſalmi locum] duas haſce virtutes ſorores & ſocias eſſe credit,quæq. a ſe inuicem ſeparari nequeunt;nullumq. a pace amari poſſe,ſi nõ prius iuſtitiam dilexerit. Adeo vt Sacerdotes iuſtitia carentes & vitæ ſceleſtæ, pacifici aut quieti eſſe nequeant, nec vllam in negotiorum ſuorum regno pacem ſperare. *Pſal. 84.* Pax & iuſtitia ſemper ſimul gradiuntur.

Apoſtoli poſtquã Dominicę paſſionis tẽpeſtas deſęuijſſet,cũ vno in loco,cubiculi forib. occluſis Pacem, vt habeat qs mundo oſtium occludat.

Prudētia patientiā comitatur. enim in Prouerbijs Salomon, [Qui patiens eſt multa gubernatur prudentia.] Et reuerà Sacerdos qui manſuetè ſe gerit, oſtendit etiā ad oculū eſſe ſe prudentem, cordatum ac verè ſapientem.

Prou. 14. Prudentiā ſuam ſanè Dauid oſtēdit, cùm ſcil. patientiam patefaciens Semei iniurias irroganti ait, [Dimitte eū vt maledicat, Dominus enim pręcepit ei vt malediceret Dauid: dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum Domini, ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionē meam, & reddat mihi Dominus bonum pro afflictione hac die hodierna.] Illud verè regium cor erat & digna Dauide patientia, in maledictionibus ſcilicet nō expalleſcere, & iniurias æquo animo ſuſtinere.

Dauidis patiētia *2.Reg.*16

Quæ ſit vera patientia. *In parad. enim.c.*4. Tunc autem [vera & perfecta patientia eſt,] ait Albertus magnus, [cùm quis ſuſtinet patiēter iniurias, non ſolū cùm reus, ſed etiam innocēs,] patientis Iobi exemplo, qui conſtanter & liberè de ſe profitebatur, ſe, etiam ſi nullius offenſæ iniurięque illatæ ſibi conſcius eſſet, lacrimari tamen aſſiduè, & in angore animi viuere. Detractionibus autem reſiſtere, calumnias ſuperare, iniurias contemnere, verè patientem eſt eſſe.

Ibidem. Innocētia coronat patientiā. *Licet*, inquit idē Albertus, [intolerabilior ſit iniuria innocenti quam culpabili: tamen multo ſuauius ſufferri poteſt & debet iniuria, cū nihil conſcientia remordet de culpa aliqua præcedēti.] Patiēter igitur cuncta ſuſtinete Sacerdotes, ac cogitate tunc patiētiam verè coronari, quando iniuriarum impetus, magno iniuſtitiæ teſtimonio innocentiæ muris impinguntur.

In phar.l. 2. *c. id ex Gregor.* Imperfectionum [*Ille verò*, teſte D. Bonauentura, patiēter illatam iniuriā tolerat, qui piè meminit, quòd fortaſſe adhuc habet, in quo debet ipſe tolerari. Cōſiderate igitur vos ipſos, ò Sacerdotes, ac veſtras imper-

imperfectiones diſpicite; quas cum diligenter inſpexeritis,aliorum eò melius tolerabitis. — notitia in iurias tolerare facit.

Dixit olim Caſſianus,Boni Sacerdotis eſſe magna patientia iniurias & calumnias illatas ſuſtinere, ſperando donec tẽpeſtas deſæuiat, & ſerenitas exſpectata redeat; & dũ iniurijs laceſſitur pacẽ tũ corde continere,tũ ore preferre debere, videreque ne furor ſubitus præcipitem abripiat, animæque commotæ auſcultet;ſed conſiderare, q̃d vera amicitia & Chriſtiana charitas exigat, Propheticum illud implendo,[Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.] Hic Sacerdos imprimis & præ ceteris virtutem oſtendat, paſſionibus imperet, iniurias & calumnias irrideat, iracundiæ furorem exſtinguat, ſeſeque patientiæ lorica ſemper communiat. — *Collat. 16 cap. 26.* — Sacerdos patienter toleret iniurias. — *Habac. 3.*

Hanc in rẽ dixerat iã antè S.Cyprian.[Magis optamus & cupimus cõtumelias, & iniurias ſingulorum clementi patientia vincere, quàm Sacerdotali licentia vindicare.] Et reuerà multo magis Sacerdotes decet patientia ac tolerantia, quàm iraſci & vindictam præcipitem exigere. — *Lib. 3 Ep. 9.* — Patientia magis decet Sacerdotes quã vindicta.

Sanctus quoque Auguſtinus de Sacerdotibus agẽs dixit, Paratus eſſe debet Sacerdos iuſtus & pius,patiẽter eorũ malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quærit,]vt potius bonorũ numerus accreſcat, quàm vt ſimili malitia in improborũ catalogũ & impiorum categorias referatur. Dicere vult,Sacerdotem patienter tolerando oſtendere ſe iuſtum eſſe, at vindictam vltionemque deponendo, ſe non, minus quàm ceteros nefarium. — Sacerdotes patiẽtes ſint. — *33. q. 1. c. eod.* — Figura patiẽtiæ Sacerdotinę ceſſariæ.

[De qualibet mactata pecude,]ait doctiſſimus Philo Iudæus,[lex iubet duas certas partes Sacerdotibus decidi, armũ dextrũ & pectoris pinguedinẽ:] prior denotabat cõſtantiã & magna- — *Philo de honor. Sacerd.*

nimitatem illis in omni re, quam aggredi velint, eſſe neceſſariam: altera verò ſuauitatem ac benignitatem animamque patientia dotatam. Quod figura illa veteribus Sacerdotibus quadraret oſtendit Philo, ipſe verò Sacerdotibus Euangelicis aptari poſſe cenſeo, quibus patientia cum primis neceſſaria eſt.

Quis verè patiẽs. *Moral. Lib. 11. c. 17. Clem. Alexãd. Strom. 22.*

Ceterùm, teſte Gregorio [ille verè patiens eſt, qui & aduerſis atteritur, & tamẽ ab ſpei ſuæ rectitudine nõ curuatur:] nã, vt Clemens Alexandrinus teſtatur, verè ille patiens eſſe nequit, qui non magno ſimul animo & conſtantia prædi̇tus ſit. Ille verò ſacerdos animum habet, & ſub patientia ſecurus incedit, qui in afflictionum pelago ad ſpei lampadem ſemper proſpectat.

De modo ben. viu. ſerm. de vero cultu. c. 18. Patientia facit Martyres.

O Paradoxa! [ſine ferro,] inquiũt Bernardus & Lactantius, [& flamma, Martyres eſſe poſſumus, ſi patientiam in animo veraciter cuſtodiamus.] Ecquæ illa felicitas eſt, Sacerdotes! eſtote igitur patientes: ita enim fiet vt martyres ſine ferro ſitis.

Hom. 35. in Ezech. Per patiẽtiam martyres ſumus.

Idem quoque dicit ſanctus Papa Gregorius, [ſine ferro martyr eſſe poteris, ſi patientiam in animo veraciter conſeruaueris.] O felicem Sacerdotem! ſi patientiam habuerit, per hanc enim recta ad martyrium tendit.

Sine hac nulla pax. *Cap. 21. Mor. c. 16. de preceſſ. 6. Relig. cap. 15.*

Quin & alia miracula facit patientia, ſine hac enim, teſtante S. Gregorio, pax in mundo regnare nec concordia poteſt, & S. Bonauentura affirmat maioris eſſe meriti aduerſa patienter tolerare, quàm bonis operibus inſudare. Audax profectò ſententia, verà tamen, Sacerdotes, maioris meriti eſſe, aduerſitatum procellas generoſo animo ſuſtinere, quàm virtutibus ſtudere & ſanctis operibus incumbere.

Num-

Numquam enim ſola, vt quidē S. Ephrem ait, eſt patientia, ſed eam virtutum ſemper illas ſtipat, hanc enim qui habuerit ceteras omnes habet cū illa: Patiens enim omnibus virtutibus exornatur, gaudet in rebus aduerſis, in calamitatibus probatur, exultat in tentationibus, in obediēdo promptus eſt, in longanimitate ſtabilis, in charitate perfectus, aduerſus omnes caſus infractus; maledicentibus benedicit, pace in bello, & malacia in tempeſtatibus gaudet. Huic ſtudete virtuti Sacerdotes, & in hac ceteras habebitis. *Lib. de virtut. c. de patiēt.* Patientia ceteras virtutes includit.

Subnectit idem auctor, [Patiens alacer in ieiunijs, frequens in orationibus, diligens in vitę ratione inſtituenda, gratioſus in muneribus ſuis obeundis in familiaritate comis, in conſilio prudens, in vigilijs hilaris, peregrinorum diligentem curam habens, erga infirmos benignus. In ſuccurrendo promptus eſt, in cogitādo ſobrius, in negotiando expeditus, Denique vt verbo abſoluam, ad omnia bona opera paratus.] O beatos ſacerdotes, qui hanc virtutem nacti fuerint, hanc enim qui habuerint, omnes habebit. Patientis perfectiones. Patiens fortis prę latus.

[Melior eſt patiens viro forti,] ait Sapiens, [& qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium.] Hinc ſequitur, Sacerdotes, fortiores vos eſſe, cùm patientes eſtis, quàm ſi duces aut milites generoſi eſſetis, & cum patientiam nacti fueritis, omnia vobis cedere. *Prou. 16.*

Eia igitur, Sacerdotes, hac vos virtute armate, & erga omnes māſuetudinē oſtēdite, Apoſtolicū illud ſequentes, [Patientes eſtote ad inuicem.] Ad patiētiam Paulus hortatur. *1. Theſſ. 5*

Recordemini doctrinæ, quā S. Iacobus Apoſtolus tradidit, [Patiētes eſtote & vos & cōfirmate corda veſtra, quoniā aduētus Domini appropinquauit; Ecce agricola expectat ptioſū fructū Item S. Iacobus. *Iacob. 5.*

terræ;

terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & ſerotinum.] Vos itaque patientiam non minus oſtendite, & animas veſtras in tuto collocate.

Serm. de patient. Vitæ alterius expectatio, præſentis vitæ aduerſitates patienter ſuſtinere cogit.

[Ne indigemini Sacerdotes, ait S. Auguſtinus, ſi in mundo mali florent, & vos aduerſa patimini. quia non eſt Chriſtianæ religionis in temporalibus exaltari, ſed potius deprimi, & vitæ huius vanitates negligere; eo quòd impij nihil exſpectent in cœlo: vos quoque nihil in hoc mundo exſpectare debetis, ſed in futura bona ſpem conijcere, & quo iam deſiderio conſcendiſtis, ibi mente, quidquid etiam in hoc mundo aduerſi acciderit, exultare per alterius itaque vitæ ſpem fit, Sacerdotes, vt mundi huius aduerſitates æquo & forti animo tolerentur.

Sacerdotes patientes ſint Chriſti exemplo. *Ad fratr. in erem. Ierem.* 37.

[Si perſecutiones veniunt, Sacerdotes mei,] inquit, idem Auguſtinus, [non deficiamus ſed patientiam habeamus.] ſi paupertas ingruat, ne deſperemus, ſed in Domino confidamus: ſi in vna nos quis maxilla percutiat, quamprimum, & alteram præbeamus: ſi contumeliæ in nos deuomantur, taceamus, & calumniantibus ignoſcamus: ſi iniuriæ nobis & conuitia ingerantur, ſi honor lædatur, ne reſpondeamus: ſi iugulemur & inuadamur, alacriter ad mortem & ſepulcrum properemus. Et quamobrem hoc? non enim ſeruus eſt ſupra Dominum ſuum; ſi enim me perſecuti fuerint,] ait Dominus, [& vos perſequentur.] Quare patientia nobis habenda eſt, Sacerdotes, modo ſerui Chriſti Ieſu eſſe voluerimus.

CA-

CAPVT X.

Sacerdotes ſint humiles.

QVotquot è veterib. Patribus de humilitate tractarunt, tantis eã laudib. ſunt pſecuti tãtiq; fecerunt, vt ceteris eã virtutib. pulchriorẽ, & ad pfectionem atq; ornamentum Chñiani hominis & imprimis Sacerdotis maximè neceſſariã iudicarint: atq; vt verbis ſuis auctoritatẽ & põdus aliqđ adderent, egregijs illã titulis encomijſq; exornarũt, tãtaq; laudũ pconia in illã ptulere, vt dũ eadẽ audimus, reginã virtutum & virtutem reginarum illam appellare cogamur. — *Patres omnes humilitatẽ magni fecerunt.*

Eliphaz amicus Iobi mirabilia Dei opera ex cutiẽs ait, [Qui ponit humiles in ſublime, & mę rentes erigit ſoſpitate.] Iuxta hanc Philoſophiã Sacerdotes, q ſeſe humiliãt ac deijciunt, tãdem aliqñ ſe exaltandos, quiq; in męrore & anxietate verſantur, tandem etiã recreandos ſe norint. — *Iob. 5.* *Deus exaltat humiles & męſtos conſolatur.*

Tanti ait, Pſalmographus, Deus ſp humilitatẽ fecit, vt [reſpexerit in orõnem humiliũ, & nõ ſpreuerit pcem eorũ.] Certus ſit Sacerdos ſe ſi corã Deo ſeſe humiliauerit, ſp à Deo exaudiendũ, & nunquam petitionem ſuam fruſtrandam. — *Humiliũ pces Deus exaudit.* *Pſal.* 101.

[Vbi fuerit ſuperbia,] ait Prouerbiorum auctor, [ibi erit & contumelia, vbi aũt & humilitas, ibi & ſapientia.] Deſignat aũt puerbiũ hoc Sacerdotes gloriabundos, p pudore emori debere; at qui ſe humiliant, verè ſe ſapienter oñdere. — *Prou.* 11. *Vbi humilitas ibi ſapientia.*

Hinc Epheſijs ait Apoſtolus, [Obſecro itaq; vos ego uinctus in Dño, vt dignè ambuletis, vocatione qua uocati eſtis, cũ oĩ humilitate, & mãſuetudine cum patientia.] Inſignis hauddubiè exhortatio, — *Ad humilitatem excitat Apoſtolus.* *Epheſ.* 4.

hortatio, ſed quæ directè Sacerdotes reſpiciat, quorum eſt prę ceteris hominibus iuxta vocationis ſuæ dignitatem ambulare, cum omni patientia, manſuetudine, humilitateque, alijſque Chriſtianis virtutibus.

Cōſtit. monaſt. c. 17. Humilitas virtutū theſaurus.

S. Baſilius de humilitate ſermonem inſtituēs ait, [Humilitas eſt tutiſſimus virtutum omnium theſaurus, atque omnium diuitiarum ſupernaturalium reconditorium.] Hiſce ego verbis inſiſtens dico, paſtorem illum diuitem, & bonis ſupernaturalibus opulentum eſſe, qui humilis fuerit, at ſi humilitate caruerit, periculo expoſitum eſſe, & extrema cum inopia confligere.

De ord. vitæ. Humilitas patiētię mater.

Sanctus Bernardus quoque de huius virtutis dignitate loquens, eam cuſtodem pudicitiæ, & matrem patientiæ appellauit, adeò vt ſine hac nemo aut caſtus aut pudicus, aut patiens eſſe queat. Sacerdos qui humilis eſt, ſemper pudicus eſt, & omnia æquo animo ſuſtinet; at qui ſuperbia inflatus eſt, ſemper ſe impatienter gerit, vitamque propudioſam viuit.

l. 7. c fin. & coll. 18. capit. 13. Bernard. ſerm. 1. de Natiui. Virtutū fundamētum eſt. Rectitudinis magiſtra.

Caſſianus egregium quoque huius virtutis elogium concinuit, dum illam omniū virtutum magiſtram, & cęleſtis ædificij firmiſſimum fundamentum appellauit. Quicunque igitur Paſtor firmum virtutum ædificium conſtruere vult, ab humilitate, velut à fundamento, & baſi rerum omnium ſpiritualium exordiatur.

Gregorius quoque ſuam ſententiā proferens tradidit, humilitatem eſſe legum directricem, omnis rectitudinis magiſtram, adeò vt ſine illa nec via, nec iuſtitia fit. Et profectò ſacerdos, qui arrogantia tumet, omnem æquitatem prætergreditur; at qui ſe humiliat, ad iuſtitiæ ſe leges quàm proximè conformat.

Idem

Idem Caſſianus iterum in ſcenā prodeat, dicit enim, humilitatem omnium virtutū eſſe parentem, & totius ſpiritualis ſtructuræ ſolidiſſimum fundamentum, è quo euincere vult, ſpiritualem ſtructuram non poſſe firmam aut ſtabilem conſiſtere, quæ humilitati non innititur.

Coll. 15. 17. & coll. 19 c. 2.
Mater virtutum.

Quid denique humilitate, exclamat Gregorius, ſublimius, quid eadē maius? Seſe enim demittens, cū auctore ſuō coniūgitur qui in excelſis habitat, & ſupra mundi reſidet cacumen: nā dum ſe humiles deijciunt, ad Dei ſimilitudinem aſcendunt. Humiliate vos igitur Sacerdotes, ac dij quidā efficiemini, deijcite vos, ſi filij Altiſſimi eſſe, & naturā veſtram cōmutare volueritis.

3. p. paſt. adm. 18.
Nihil humilitate maius.
de recta vitæ ratione c. 8.

Dicebat S. Ephrem, eos qui humilitatē complectuntur, diaboli laqueis irretiri non poſſe, atque hanc virtutem alas adeò leues & pernices hominibus addere, quibus tā velociter ſe in ſublime efferāt, dæmones vt eos attingere nequeāt. Nihil aduerſus Sacerdotes humiles efficere diabolus poteſt, at qui ſuperbi, & inflati ſunt, illius potentiæ, & inſidijs expoſiti patent.

Humiles à diabolo capi nequeunt.

Dicebat etiam S. Bonauentura, quò Sancti & iuſti magis magiſque in virtutum via procederent, & maiores in ſanctis exercitijs progreſſus facerēt, eò ſe humiliare etiam profundius; quia dum luci proximi fiunt, quidquid eos in ſeipſis latebat, inueniunt. Et verè ita ſe res habet, iuſtitiam ſcilicet, & humilitatem ſemper ſub vno iugo incedere, & quò Sacerdos iuſtior, eò etiā de ſe ſentire demiſſiùs; defectus enim proprios tūc videt clariùs, & particulares imperfectiones perfectiùs intuetur.

Eo homo ſe magis humiliat quò iuſtior.
In pharet. lib. 1. c. 34 de reformat. c. 10. ex S. Gre. l. 32. Moral.

Quo Sancti oēs paſſu, & præſertim Sacerdotes in viſione Dei progrediūtur, & in rerū æternarum

Humilitas perfectionis ſignum.

narum

[redacted]

Digitized by Google

S. Greg. lib. 18. Moral. c. 27. & l. 35. c. 2. & S. Bonau. in Phar. l. 2. cap. 29.

narum ſcientia proficiunt, eodem & in ſui ipſius contemptu, & nihilitatis cognitione procedunt. Tunc primùm enim legitur Abraham Patriarcha ſe cinerē appellaſſe ac puluerem, quando cū Deo locutus eſt, diuinorūq; colloquiorū factus eſt particeps. Quantum te igitur, Sacerdos qui quotidie cum Deo loqueris, quique apud maieſtatem eius maiore beneuolentia auctoritateq. polles, quàm omnes olim Patriarchæ, humiliare ac deijcere fas eſt, vt hinc euidenter pateat, quantopere in diuinitatis ſchola profeceris?

Quo Sacerdos altior, eo ſit humilior.

Serm. de abdic. ſæculi, & S. Berna. Epiſt. 42.

Quando, dicebat S. Baſilius, ad ſummos Sacerdotij gradus aſcendes, tunc ſimul te dimitte, & dimiſſiùs de te ſentias; terreat enim te filiorum Aaronis exemplum, & ſcias cognitionem pietatis eſſe cognitionem humilitatis; nam ſe animo ſcire ſubijcere, & naturam ſubiugare, Chriſtum eſt ſcire imitari, illi autem verè filium Dei imitatur, qui infinitè ſe humiliat.

Potentia cū humilitate tractari debet.

Iſidor. in ſinonim. c. fin. diſt. 100. cap. Cōtrà morem.

Functiones igitur veſtras cum omni humilitate exercete Sacerdotes, & munus veſtrum humiliter obite, inque miniſterio ad quod vocati eſtis, diligenter incumbite cum Spiritu humili, & anima ab omni arrogantia libera; obedite diuinis legibus ſupremæ voluntati nō reluctando. Inde inferre vult, potentiam ac magnitudinē cū omni humilitate & modeſtia tractari debere.

Qui ſe agnoſcit, Deus eſt & nō homo.

In Pimādro.

Sed cogitate Sacerdotes quod dixit olim magnus ille Mercurius Triſmegiſtus, quód quicūque ſe cognouit (quod initium humilitatis eſt) humanos limites tranſeat, & ad diuinitatē vſque pertingat. Beatus igitur ille q ſe cognoſcit & dimiſſè de ſe sētit: ita enim homo fit Deus, & mirabili quadā metamorphoſi in diuinā naturā trāſit. Eiuſdem quoque rei mentionē faciēs Bernardus,

dus, ait Sacerdotē, interim dum ſe noſſe incipit, atque vndique circumſpicit, animę partes excutiēdo, in alijs nihil omnino quęrere quod reprehendat aut coarguat; ſatis enim multa in ſeipſo deploranda reperit, ſeſeque deteſtari incipit.

Qui nouit ſeipſū alios nōn capit.

Eundem quoque ſcopum feriēs S. [Gregorius dixit, [Ex conſideratione propriorū defectuum conſeruatur humilitas in virtutibus.] Hic vos docet, Sacerdotes, ſi ſæpius eſſe veſtrum excutiatis & perambuletis, defectuſque veſtros propiùs perſpiciatis, & ipſum nihil quod vobis proprium eſt, humilitatem haud dubiè induturos.

De bene viu. modo ſerm. 54. Lib. 28. Moral. cap. 6.

Sui ipſius cōſideratio humilitatē gignit.

In eo verò perfecta ac genuina ſita eſt humilitas [cū exhibita gloria cōtemnitur & exhibēda nō appetitur] ait magnus Albertus. Nā qui verè humilis eſt, nec maioribus nec minoribus, nec etiā æqualibus ſe aſſimulat, imò ſibi firmiter perſuadet, nullos in mūdo ſe inferiores eſſe, ſeſeque omniū minimū cēſet; denique neminē cōtemnit.

In quo vera ſita humilitas.

In paradiſ. anim.

Humilitas denique virtus eſt, qua fit vt homo ſeipſum verè cognoſcens, ſibi ipſi diſpliceat, vilis reputari velit, ſuique contemptu gaudeat, ait Sanctus Bernardus.

Humilis cotemni gaudet.

Hæc omnia cōſidera, Sacerdos, atque ad hāc normam actiones tuas efforma ac dirige; cūque ad altaris miniſteriū vocatus fueris, ait S. Iſidorus Peluſiota, vocationē tuā legibus officijs tui attēpera, te benignū omnibus & humilem exhibendo, & cogita, nō eſſe tribunitium quoddā aut ciuicum munus tuum, non imperiū quoddā turgidum, nō regnum inflatum pompis, & inſolens, ſed humile & pacatum miniſterium. Quo maiores, clerice, quo ſublimior, quo caput dimittere ſubmiſſiùs debes & te deijcere profundiùs, ad arborū pomiferarū exēplū, q̄ quò fructibus magis

De grad. humil. & contempt. propr. excell. & epiſt 42. & in cāt. ſer. 16.

Officium Sacerdotis officiū pacis vult.

illũ humi lem. *Epi.* 157. *lib.* 1. *Eccl.* 11. *Eccl.* 32. Quo De⁹ Sacerdotem tollit ſublimius quò ſe dimittat magis. *Eccl.* 35. Humilitas in precibus iuuat. 1. *Theſ.* 2. Sacerdotes magni cum ſint fient parui. *Iac.* 4. Sacerdotes humiles à Deo exaltabũtur. *Eccl.* 3. Humiles apud Deũ gratiã inueniunt.

magis onuſtæ,& grauatæ ſunt,quo ramos dimittunt magis,vt ad terram penè propendeat. quò alludens ſapiens ait,[In die honoris tui ne extollaris.] Perinde ac ſi diceret, Sacerdotales illi honores ad ſuperbiã te non concitent, nec te reddant inſolentiorẽ dignitates grãdiores oblatæ.

[Rectorem te poſuerunt; noli extolli,] ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico,[eſto in illis quaſi vnus ex ipſis.] Te verò, Sacerdos, Diuina maieſtas in Eccleſia ſua ad animas gubernãdas dirigendaſque conſtituit: at noli propterea extolli, & quo magis te cęlũ extollit, Deuſq; te amplioribus cumulat honoribus, eò ſenti de teipſo ſubmiſſius.

[Oratio humiliantis ſe penetrabit nubes,] ait Sapiens iam olim. Veſtrum verò eſt Sacerdotes, orare,& ſi ſubmiſsè de vobis ipſis ſenſeritis, vota veſtra,& preces nubes penetrabunt.

Apoſtolus Theſſalonicenſibus ſcribens dicebat,[facti ſumus paruuli in medio ueſtrũ,] non uero altum ſapuimus,aut inflatos animos oſtendimus. Docuit hic Sacerdotes,quod,quamuis eorũ dignitas magna ſit,ſeipſos tamẽ magnifacere non debeant,ſed humiliter de ſe ſentire,quãuis etiam ſummos in Eccleſia honores obtineãt.

[Humiliamini in conſpectu Domini,& exaltabit uos,] ait S. Iacobus Apoſtolus. Vobis hoc dictũ putate Sacerdotes, cumque quotidie in conſpectu Domini verſemini, corã eo uos humiliate, ut uos tũ in terra tùm etiã in cælo extollat.

[Quanto magnus es, humilia te in oĩbus, & corã Deo inuenies gratiã, quoniã ab humilibus honoratur.] Hanc lectionẽ diſcite Sacerdotes, quanto ſcilicet maiores eſtis,tantò uos dimittite profundius,ſi modò propitium ac beneuolũ ſentire Deum uelitis, & gratiam corã eo inuenire.

Nec

[Nec ſuperbi placuerunt tibi Domine, dicebat orans Iudith, ſed humilium & māſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio.] Et viduæ huius orationem inferendum eſt, Sacerdotes ſuperbos Deo diſplicere, & ſolas humilium preces illi gratas & acceptas eſſe. Humiliū pces Deo placent.

[Nonne cum eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es?] obiecit olim Sauli Deus quibus verbis velut prognoſtico prędocuit, illos qui ſe dimittunt & paruifaciunt, a cælo extolli & magnificari: ac præſertim Sacerdotes, qui cū ſe imperio, & dignitate indignos reputãt, tūc a Deo Duces & rectores conſtituuntur. Qui ſeipſos paruos faciunt, Deus facit magnos. 1. Reg. 15.

Hanc igitur virtutem amplectamini, Sacerdotes, tam prætioſum vobis monile adoptate, tam ſolido fundamento ædificium veſtrum ſuperimponite, eſtote humiles corde, humilitatemque tum verbis tum potius reipſa demonſtrate: qui enim in verbis humilitatem non ſpirarit, is nec in operibus eamdem præferet. Sacerdos humilis ſit in verb. & operib. Climac. gradu 4. de obid.

CAPVT XI.

Sacerdotes animo pacato, & tranquillo ſint.

SI pax, quies, ac tranquillitas mundo neceſſaria eſt, in Sacerdotibus imprimis eamdem requiritur, quorum animus ſemper quietus, ſemper gaudere, malacia nunquam turbari, aut bellis inquietudinumq angoribus diſtrahi debet: pax enim, & manſuetudo pietatis indicia ſunt, & euidentes animæ ſanctæ characteres. Pax Sacer dotib. neceſſaria. S. Baſili°.

Iſaias vitam impiorum deſcribens animā illorū velut mare tempeſtatib. & procellis obnoxiū ſemper exeſtuare et efferueſcere dicebat, [Cor impij ſicut mare feruens,] Quod euidēter demonſtrat, Impiorū mens ſemper inquieta. Iſai. 57.

ſtrat, illos Sacerdotes nefarios & ſceleſtos eſſe, quorum animus turbatus atq. inquietus eſt, belliſq. ciuilibus & inteſtinis aſsidue diſtrahitur.

Pſal. 75.

Hinc ait Pſalmographus, [Turbati ſunt omnes inſipientes corde,]eorumq.mẽs tempeſtatib. exagitata. Quibus Prophetæ verbis efficere licet, ſtoliditatis & inſipientiæ ſignum eſſe, turbatum habere animum, & ſpiritum variè commotũ&agitatũ;adeò vt Sacerdos, cuius Spiritus turbatus eſt, & inquietus, ſtolidum ſe ac fatuum;at cuius mens pacata, & ſedata, ſapientem ſe eſſe declaret.

Stultitiæ ſignũ eſt, mentem habere turbatam.

Scripſit Pſalmographus, cum iratus fueris aduerſus peccatores Domine, & furorem indueris, tunc eoſdem turbabis, idq. in peccatorum illorum vindictam; [& in ira tua turbabis eos.] Vnde infero Sacerdotem, dum animus illius inquietus eſt, menſq.eius æſtu perturbationum aſſidue efferueſcit, Deum iratum habere, eiuſq. peccata ac vitia hocce flagello puniri.

Anima cũ inquieta eſt, ſignũ eſt Deum illi iraſci.

Pſal. 82.

Pſal. 6.

[Anima mea, inquit idem Pſalmographus, turbata eſt valde,] quietem non habet, noctu diuq. exagitor, & mens perpetuo conflictu diſtrahitur:[Sed tu Domine vſquequo?]quamdiu haſce turbas tolerabis? quamdiu hæc me bella exagibunt? quanto tandem mihi inducias concedes? Quibus è verbis concludere volo, Eccleſiaſticos, quorũ mens libera nõ eſt, nec animus ſedatus Deũ aſſiduis precibus exorare debere, turbas & inquietudinem Spiritus vt ſerenet, inſurgentes coerceat paſſiones, vt Regis huius exemplo, pacata & pacifica mente fruantur.

Dauid mẽtis trãquillitatem a Deo petiit.

Mentis tranquillitas Dei donum.

Bonus ille Tobias ita olim Deum feruore quodam Spiritûs precatus eſt, [Iuſtus es Domine, & oĩa iudicia tua iuſta ſunt, & oẽs viæ tuæ miſericordia.

Iob. 3.

cordia & veritas; & iudicium; & nunc Domine magna iudicia tua; quia non egimus ſecundum pręcepta tua, & non ambulauimus ſinceriter coram te: poſt tempeſtatem tranquillũ facis,& poſt lacrymationem, & fletum exultationem infundis.] Pia profectò meditatio, atque docet pacem interiorem & ſpiritus tranquillitatem Dei donũ eſſe,& Sacerdotem, qui cor inquietudinibus, & æſtibus varijs impeditum turbatumq. habet, ad Deum ſe conuertere,ab eo pacem in turbelis,& ſerenitatem mentis expectare debere.

Poſtquam grauis illa tempeſtas,quam euangeliſta deſcribit, quaque Apoſtolorum cymba iactabatur, adeò vt omnes naufragium pertimeſcerent,deſęuit;Chriſto nauiculam ingreſſo,[facta eſt tranquillitas magna,] & timere homines deſierunt. Mundi huius mare aſſiduis tempeſtatibus obnoxium eſt, ac varias agnitiones & æſtus experitur, in quo ſ. animarum noſtrarum cymbæ tempeſtatibus iactantur;at mox vt Deus eaſdem ingreditur,eaſq. ſubire non dedignatur; tunc o Sacerdotes,mens quieſcit,Spitus malaciam ſentit, iudicium ſerenitatem, ratio quieta eſt, & anima toto ſecuroque loco poſita.

Tranquillitatem animæ Deus adfert.
Matth. 8.
Marc. 4.
Luc. 8.

[Iuſtitia,et pax oſculatę sũt,]habet Pſalmiſta. porrò Auguſtinus in hunc pſalmi locum] duas haſce virtutes ſorores & ſocias eſſe credit,quæq. a ſe inuicem ſeparari nequeunt;nullumq. a pace amari poſſe,ſi nõ prius iuſtitiam dilexerit. Adeo vt Sacerdotes iuſtitia carentes & vitæ ſceleſtæ, pacifici aut quieti eſſe nequeant, nec vllam in negotiorum ſuorum regno pacem ſperare.

Pſal. 84.
Pax & iuſtitia ſemper ſimul gradiuntur.

Apoſtoli poſtquã Dominicę paſſionis tẽpeſtas deſęuijſſet,cũ vno in loco,cubiculi forib.occluſis

Pacem, vt habeat qs mundo oſtium occludat.

ſimul eſſent, repente Redemptor inopinatò com parens in eorum medio ſtetit, pacemq. ijs eſt apprecatus, [Stetit in medio eorũ, & dixit eis, pax vobis.] Quod myſterium docet, nullos vera Ieſu Chriſti pace frui poſſe, eaq. dignos eſſe, niſi qui mundo ianuas occluſere, vitamque ſolitariam viuunt, imprimis verò horum nomine Sacerdotes complector.

Luc. 24.

Sacerdotes Deum timẽtes incredibili pace fruũtur.

[Quam magna] canit Pſalmographus [multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te!] quantamq. eiſdem pacem præparaſti! Verax profectò vaticinium; Sacerdotes imprimis, qui Deum timent, & reuerentur, incredibili pace, & quiete mentis indicibili perfrui.

Pſal. 30
Pſal. 36.
Pax conſciẽtiæ nõ niſi bonis eſt.

[Manſueti autem, ait idem Pſaltes, hæreditabunt terrã, & delectabuntur in multitudine pacis.] Alius Prophetæ locus, quo docet, illos Sacerdotes ſolum pacem tranquillitatem, conſcientiæq. quietem promereri, qui manſueti ſunt, & benignitatem in omnibus actionibus ſpirant.

Pax promiſſa Dei legem amantibus.
Pſal. 111.

In eandem omninò rem in Pſalmis ſcriptum legimus, & velut Propheticè promiſsum: [Pax multa diligentib. legem tuã Domine, & non eſt illis ſcandalũ.] Hiſce porrò verbis Spiritus ſanctus indicare voluit, Sacerdotes imprimis, qui Dei legem diligunt, eamq. inuiolatè obſeruare ſatagunt, nullumq. proximo ſcandalum afferunt animo ſemper illari, læto, quieto eſſe, multaq. pacis abundantia perfrui.

Iſai. 48. & Baroch. 3.

Vtinã, Iſaias ait, precepta mea obſeruaſſes, & in mandatorũ meorũ ſemitis ambulaſſes, [facta fuiſſet ſicut flumẽ pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris.] Quo promiſſo inſinuatur, illos, qui diuina mandata diligenter obſeruant, & ad exe-

cutio-

cutionem perducunt, conſcientiæ tranquillitate dignißimos eſſe.

Redemptor Chriſtus Apoſtolos olim ſuos erudiens, inter alia illis ait, [Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem aīab. veſtris.] Vobis hoc occinitur, Sacerdotes, vt hinc ediſcatis, ſi interiori gaudere pace malaciaq. ſpiritus cupiatis, dulcedinem morum, verborum benignitatem, & miram animæ humilitatem conſectandam.

Benignus ſit qui ſpiritus quietem quærit. *Matt.* 11.

Cęterum pax hęc ab ipſa iuſtitia originem trahit, & gaudiũ, pacem, vt matrē annoſcit. Inde S. Cæſari°; [De iuſtitia naſcitur pax, & de pace gaudiũ generatur.] Vbi verò pax & iuſtitia defuerit verum adeſſe gaudium, deliciæ veræ & ſinceræ voluptas non poteſt, pacem igitur ſectemini Sacerdotes, ſequimini iuſtitiam, ſi modo gaudij, & conſolationũ internarũ participes eſſe cupiatis.

Pax & iuſtitia gaudium cauſantur. *Admonit.* 2.

[Sancti Sacerdotes] Magno Gregorio teſte, qui nihil huius mundi appetunt.] nec in ſæcularibus ſpem figũt [nullis in corde tumultibus anguntur,] nullam internè procellam metuunt, conflictus nullos aut prelia perhorreſcunt, nec ingruentib. cogitationũ, turbidinib. cōcutiũtur, [ſolam namq. æternā patriam appetunt,] ad quā tota mentis contentione aſpirant, [& quoniam nulla huius mundi diligunt, magna mentis tranquillitate perfruuntur,] & miram quandam conſcientiæ quietem ſentiunt.

Mundi cōtemptus Spiritus quietē cauſatur. *lib.*4.*Moral. c.* 34.

Huc etiam reſpiciens Iob, pro iuſtis dicebat, [Qui ædificāt ſibi ſolitudines] quę Prophetę verba Gregor. exponēs addit, illos, ſibi ſolitudines ędificare, [q. ſe mũdi tēpeſtatib. & agitationib. eripiũt, & terrenorum deſideriorum tumultus expellũt, vt vna & ſancta quadā intentione ęter-

*Iob.*3. *Gregor. lib.* 3. *moral. ca.* 28.

Solitudo nutrix quietis. *Ibid.* Fugiat negotia qui pacem amat. *Pſal. 26.*

næ patriç in amorem intimæ quietis anhelent.] Is verò (ait idem Greg.) omnes mundanarũm cogitationum turbines a ſe depulerat, qui ſecura quiete dicebat, [Vnam petij a Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnib. diebus vitę meæ. A frequentia quippe terrenorũ deſideriorum fugerat, & ad magnam ſolitudinẽ ſemetipſum contulerat, vbi eo tutius nihil extra neũ conſpiceret, quo incompetens nihil amaret.] Sacerdos cordatus & prudens idem omnino agat, ſeq. mundanis negotijs expediens, cor ſuum in quiete componat, nihil præter Deũ deſiderando, & cetera extra illum contemnendo.

Delectatur anima ſi ſecum habitet. *S. Leo ſer. 8. de ieiun.*

Quamuis autem corpus ſine anima nihil omnino deſiderare queat, & hinc omnem ſenſum mutuetur, vnde motum trahit: ad Spiritus & animi imperium tamen ſpectat, carnis habenas contrahere, eamq. velut mancipium in tribunali interno conſtringere, & partes exteriores, quoad ea quæ dedecent, & perniciem adferunt moderari, vt ab omni carnis concupiſcentia liberum, in regio animæ palatio, diuinæ vacare poſſit ſapientię, in quo terrenarum occupationũ turbine ceſſante, cæleſtium æternarũq. deliciarum voluptate cogitando perfruitur. Hoc vobis, Sacerdotes dictum ſit, tunc animam veſtrã mille deliciis refertam iri, ſi ſolitudinem conſectando, negotiaq. omnia fugitando ſeſe recolligat, cogitationeſq. ſimul vnum in locum congregatas habens apud ſe ipſa commoretur.

AmorDei quietem, & mundi inquietẽ cauſatur.

Quãuis autem res mundi huius inferioris delectationes ſuas, & voluptates aliquas includant, non ſatiant tamen, Deus meus, exclamat Auguſtinus, vti tu animam ſatiare ſoles: in te ſi quidẽ

iuſtus mille delicias inuenit,amor enim tuus dulcis, &pace plenus,& quantum tu cor poſſederis, tantùm & ille tranquillitate, & quiete idipſum replet: at è contra mundi amor & carnalis,ſeditioſus, vagus inquietus eſt, qui quaſcũque ſubit animas,violentia, & inquietudine excruciat, & aſſiduis eaſdem ſuſpicionibus, perturbationib. zeloq. continuò diuexat,terroribus,& formidine non moritura exagitans.At in te vno quies ſecura, pax inuiolabilis, & vita penitus imperturbabilis, nulliquè agitationi varietatique obnoxia. Egregia hæc vos meditatio, Eccleſiaſtici doceat, vnicè ac præ reliquis Deum diligere, mundum fugere,ab illo enim vera animæ quies, ab hoc inquietudo ſollicitudoq. mentis dependet. *Ca. 28. medit.*

Ceterum per pacem hanc interiorem cum D. Auguſt.intelligo ſerenitatem mentis,tranquillitem animi, ſimplicitatem cordis, vinculum amoris, conſortium charitatis,& omnium reip. humanæ turbationum quietationem.Beatus igitur Sacerdos ille hanc qui pacem habuerit, & procul a bello & turbis mundi ſecedit.Tum vera iuxta Albertum magnum cum Deo pax habetur,cum quinque ſenſus exteriores, & omnium membrorũ vſus'cũctaq. opera exteriora rationi ſubdita ſunt.: cumq. omnes affectus noſtri cogitationes, voluntates, intentioque, & quidquid internum eſt, ſub animę moderamine procedit, eiuſque ductum directionemq. ſequitur. Quicunque igitur in corde pace potiri voluerit, quidquid dixerit egerituè, huius iuſtitiæ legib. ſubijciat neceſſe eſt. Quid ſit pax Spiritus. *De verbis Dom.* In quo ſita. *in paradiſo.* animæ.

Frequenter cor tranquillũ,ait pius Bernard.

cauſatur. viſitat Deus, & in anima quæ pacem ſectatur commorari gaudet, eo quod ipſe pax ſit, [& in pace factus eſt locus eius.] Pacem igitur diligite, & viuite in pace, Sacerdotes, ſi Deum in animis veſtris commorari velitis.

Deus cum pacatis habitat.

Lib. de interiori domo c. 5.

In cōp. vitæ ſpiritual. c. 14.

Qui pacē cupit ab omni affectu ſit liber.

Verè is beatus, ait Ludouicus Bloſius, qui intrinſecus ab omnibus denudatus, nullis aduerſitatibus concutitur, nec in proſperis præ ſuperbia inſoleſcit; ſed æquo animo inæqualia & iniqua ſuſtinet, qui, vt ita dicā, è ſeipſo egredi didicit, & perfecta quadā renūtiatione ad ſummū charitatis faſtigium peruenit. Quam putas ille pacem habebit? talem profectò, tantamq. verbis vt exprimi nequeat. Hiſce è verbis diſcite Sacerdotes ſi veræ ſanctæq. pacis beneficio frui velitis, rupē vos eſſe debere in medio mari collocatam, & animum infractum gerere, quin & omnibus imò vobis ipſis nuntium remittere.

Pacis interioris laudes.

O læta & iucunda pax, ait idem Auctor, per quam anima intrinſecè rapta eſt, omniumq. exteriorum memoriam exuens, feliciter in Domino requieſcit. O grata & benigna, amabilis, & deſiderabilis pax & quies, in qua & per quam anima ſeipſam tranſcendens, & ineffabilium diuitiarum gloriæ diuinæ abyſſo demerſa in Deo ſuo negligit ac deſpicit vniuerſa! Beata et ter beata vera anima illa, quæ hoc modo in Spōſi ſui ſinu requieſcit ac dormitat, & extra ſeipſam rapta inter ſuauiſſimos dilecti ſui amplexus in pace viuere meretur.

Bonæ conſcientiæ encomia.

Ad hanc porrò pacem vos diſponite beatæ mentes, a negotijs ſæcularib. longè admodum recedite, a mundi turbis animum auocate, nebulas inquietationum a vobis diſpellite, imperate ventis & fluctibus cordis veſtris, ipſum in pace

diſpo-

diſponite,ac vobiſcum cogitate,bonam conſcientiam,teſte D.Bernardo,primum Religionis titulum eſſe, templum Salomonis, benedictionis agnum, deliciarum hortum, lecticam auream, gaudium Angelorum, arcam fœderis, theſaurum regium,aulam Dei,cæleſte palatium,Spiritus Sancti diuerſorium; Denique nihilq. in hac vita habere poſſe certius, aut in mundo gratius quam bonam conſcientiam. *De conſc. penult.*

CAPVT XII.

Sæcularia contemnant Sacerdotes.

Rerum temporalium contemptus, ſæculi fuga,vanitatū repudium,& vniuerſalis quædam terrenorum renuntiatio, honeſtæ ceſſiones ſunt,& Sacerdotibus imprimis honorabiles. Temporalia enim grauia & dura ſunt onera, occupationes tetricæ,tirannides violentiæ,& rabidæ ſunt;inferni inſidiæ,ſæcularium gehennæ, regularium diſſolutio, & animarum illeſtrices decipulæ; [quicunque] enim in mundo exſurgere, [& in ſæculo diuites fieri cupiunt, incidunt] quam primū,[in laqueos diaboli,] vt ait Apoſtol.

Rerū temporalium vituperiū, & deſcriptio.

1.Timoth. 3.

Legis Moſaicæ Pontifex,in cuius veſte omnes omninò creaturæ exſculptæ erant, quiq. incedens vniuerſum ſecum terrarum orbem, quam humeris tenebat, moueri faciebat, nudis pedib. ac diſcooperto capite ſacrarium ingredi iubebatur. Quo Sanctus Spiritus nihil aliud indicare volebat, quam Sacerdotes, mox vt in Eccleſiam ingrediuntur,quamuis omnibus mundi facultatibus onuſti,& grauati eſſent,nudos pedes, id eſt affectiones,quæ veri animæ pedes, nudas, & expeditas,habere debere.

Sacerdos Iudaicus nudus in ſacrarium cur ingrederetur.

Diſci-

[redacted]

Sacerdo-tes ad Dei cultum vocati omnia deſe-rant.
Mat. 19.

Diſcipuli Chriſti ad illius ſequelam vocati & ad Apoſtolatum promoti, hanc quamprimum in manu illius profeſſionem in rerum omnium mundanarum contemptu repudioq. ſtabilitam emiſere. [Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.] Ita boni probique faciant Sacerdotes, relinquant inquam, & repudient quidquid humana ſectatur ambitio, quamprimum vt ad tã potentis Domini ſunt miniſterium euocati, & ad ſacros ordines promoti.

Beatus Sacerdos qui rebus mũdi affixus non eſt.
1. *Reg.* 12.

Samuel Propheta in ſancto illo ludo edoctus, ſe ab omni ambitione, & cupiditate terrena ſemper remotum fuiſſe quam qui maximè, corã Hebræorum multitudinem aſſerens dicebat. [Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto eius, ſi de manu cuiuſpiam munus accepi, vtrum bouem cuiuſquã tulerim aut aſinum,] id eſt ſi quid mundanum aut ſæculare concupiui. O beatũ ſacerdotẽ, idẽ dicere qui potuerit, & corã vniuerſo mũdo aïæ ſuæ integritatẽ, omniũq. affectũ ſanctè reformatorum generale moderamen confiteri. Simile quid de Moyſe legere eſt Num. 16. & de Apoſtolo Paulo Actor. 20.

1. *Reg.* 12.
Sacerdo-tes a mundi vanitatib. nihil commodi expectẽt.

[Nolite declinare, ait idẽ corã populo Samuel, poſt vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos quia vana ſunt.] Idem vobis occino, ſacrati ſacerdotes; nolite declinare poſt vana, eo quod nullum illa vobis auxiliũ, nullam voluptatem, nullumq. commodum adferre poſſunt.

Quidqd in mundo vanitati ſubiectum.

Quod reſpiciens Sapiẽs ait, [Oĩa ſubiacent vanitati & omnia pergunt ad vnum locũ.] Quidquid in mundo eſt, vanitati ſubditũ eſt, omnia eodem properant, omnia è terra conſtant, & tandem in terram abeunt, finiſq. origini reſpondet. Quam verò ille ſapiens, qui hanc a ſapientia

lectio-

lectionem diſcens, rebus mundi huius non adhæreſcit, cum vaniſſimæ ſint, & in arena fragili fundatæ.

Hanc olim Philoſophiam Apoſtolos ſuos docuit Chriſtus dicens [Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, non calceos in pedibus, non baculos in manu, nec duas habeatis tunicas.] Sublimis hæc philoſophia ad omnes ſacerdotes ſpectat, ac dicere vult illos qui diuinæ prouidentiæ incumbunt omnes mundi huius res negligere ac peſſundare debere.

Chriſtus Apoſtolis ſuis mũdi, & rerum terrenarũ contemptum commendat. *Luc.* 12. *Matth.* 10

Quinque illis regibus in Geneſi interfectis, cum præda diuidenda eſſet, Rex Sodomorũ Abrahæ Patriarchæ ait, [Da mihi animas, cetera tolle tibi.] Moraliter hoc exponendo dico, Religioſum idem omnino dicere debere, & vnicam animarum ſalutem reſpirantem poſt acre tentationũ bellũ confectũ, inimicos debellatos mũdo occinere. Nõniſi aĩas peto munde, tibi tolle vanitates, diuitias tibi ſerua, et reliqua tibi cedant.

Gen. 14. Sacerdos omnia negligat præter animarum ſalutem.

Cùm tribuum Iſraelis catalogus recenſeretur, & ſingularum numerus ſubduceretur vt ad bellum ſe accingerent, & arma ſumerent; edicto DEVS vetuit, ne Leuitæ in bellum conſcriberentur, ſed tabernaculi curandi eis cura incumberet, [Tribum Leui noli numerare, neque pones ſummam eorum cum filijs Iſræel, ſed conſtitue eos ſuper Tabernaculum teſtimonij.] Denotare myſterium volebat, Sacerdotes noſtros & religioſos, veteribus Leuitis, ſuccedentes in mundi negotia conſcribi non debere, vt in illis arma induant, honores conſectentur, & ad vanitates ſæculi

Leuitarũ erat tabernaculum ſolum curare. *Num.* 1.

adſpi-

adſpirent, diuitias ambiant, & inanijs ſæcularibus confligant; cum nimirum eos ad tabernaculi ſui cuſtodiam deſtinarit Deus, id eſt nihil illos aliud quàm Eccleſiam curare, quam altari ſeruire, & ſoli illius miniſterio ſeſe impendere voluerit.

Qui mundum contemnunt, Elizæo prophetæ ſimiles. *4. Reg. 5.*

Naaman Princeps militiæ Siriacæ, in terram Iſraelis magna pompa magnificentiaque, decem argenti talentis, & ſex aureorum millibus, decem veſtimentorum exquiſitorum parib. inſtructus, profectus eſt, quæ omnia, poſtquam a lepra ab Eliſæo curatus eſſet, eidem ingrati animi ſignum obtulit; ſed Propheta mundana cuncta aſpernari aſſuetus, conſtanter, & hæroicè eadem repudiauit dicens, [viuit Dominus ante quem ſto, quia non accipiam.] Mundus, allegoricè exponendo, Naaman quidam eſt, lepra infeſtus quam qui maximè, qui ob noſtra in illum obſequia, quotidie nobis aurũ, argentum, aliaq; pretioſa offert, ſed ſoli Giezij eadem recipiunt, qui verò eadem deſpiciunt ac reſpuunt, Eliſæi ac Prophetę ſunt.

Mundus Baltaſſari collatus, et ſacerdotes Danieli. *Dan. 5.*

Baltaſſar Danielem puerum fouens, eiuſque merita doteſq. digna compenſatione remunerari ſatagens, multa in eundem conferre munera voluit; ſed qua erat conſtantia Propheta ait, [Munera tua tibi ſint & dona domus tuæ alteri da, &c.] Mundus hauddubiè tyrannus eſt, & tyrannus Babylonis, in quo ſacerdotes ſecundi quidam Danieles ſint, qui quando honores, dignitates, munia, diuitiæ, quę mũdi dona & fauores sũt ſibi offerũtur, quamprimum eadem deſpiciant, cumq. Propheta dicant, vanitates tibi tuas ſerua munde, & alijs, non nobis, domus tua munera concede; nos enim iã omnibus nũtiũ remiſimus.

Pius

Pius ille rex Dauid, mundiq. deriſor maximus, orans,& ex intimo cordis affectu anhelans dicebat, [Quid enim mihi eſt in cælo, & a te quid volui ſuper terram ?] Quin & idem dicis anima mea? quin & vos Sacerdotes, & Religioſi eaſdē preces repetitis ? ſemel in uita eaſdem ex animo dicite, & hanc coram Deo profeſsionem facite, nihil eſt Deus bone, vel ſurſum, vel deorſum, nihil in cælo, vel in terra, quod nos delectet amplius quam tu ipſe: tu omne bonum, vnica noſtra voluptas, nihil extra te quærimus, cætera odimus & auerſamur. — Dauid mūdi contemptor. *Pſal.* 72.

Ioannes Euangeliſta Christi deliciç iam ſenex de mundi loquens contemptu, ita diſcipulos ſuos eſt allocutus, [Nolite diligere mundum, neq. ea quæ in mundo ſunt.] Vobis hoc dictum putate Eccleſiaſtici, & ſi vel aliqua vobis iudicij mica eſt, mundi affectum exuite, cor nolite prophanis rebus inquinare, neque enim mundana diligi merentur. — Ioān. Euāgel. mūdi docuit cōtemptum. 1. *Ioan.* 2.

Sapiens hanc vanitatem cum perſpexiſſet, ita ſe ipſum eſt allocutus. Numquam amorem meum rebus ſæculi huius applicabo; perſpexi enim & circumſpexi vndique, vt ſcirem quid eſſet mundus, [& vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanet ſub ſole.] & omnia vanitati mutationiq. obnoxia ſunt. An non idem vos dicitis Sacerdotes! an non omnia hæc inferiora deſpicietis? oculos per omnia circumferte, cogitatione ab arctico ad antarcticum polum tranſcendite; videte, quid ſit mundus: videbitis hauddubiè nonniſi inconſtantiæ theatrum & vanitatis idolum eſſe, nihilq. in eo ſtabile aut firmum reperiri. — Mundus vera vanitas. *Eccleſ.* 2.

Egregiam in hanc rem apud Lactantium Firmia- — *Lib.* 9. *de ira Dei.*

Lactantii ſententia. mianum ſententiam reperire eſt, [Proinde vniuerſos oportet, qui ſapientes, qui homines dici volunt fragilia contemnere, terrena calcare, humilia deſpicere, vt Deo beata neceſſitudine, & amore vniantur & adhæreſcant.] Poſt magnum illum oratorem liberè dicam, Sacerdotes, & Religioſos, verè ſe homines & ſapientes oſtendere, cum vanitates contemnunt, fragilia deſpiciunt, vana negligunt, aſque hæc vnica Deo illorum amore, & affectu inſeparabili vniēdorū eſt ratio.

epiſt. 83. Anima inexpugnabilis, quæ mundo renunciat. Seneca gentilitatis tenebris dicebat olim, [In inſuperbili loco ſtat animus qui exſteriora deſeruit: inexpugnabilis eſt, quem multis machinis fortuna non traſfixit,] floſculum hunc è gentilitatis agro decerpens vt in Chriſtianorum viridaria transferatur, verum eſſe fateor, animam tunc rupi inædificatam eſſe, & in loco tuto verſari, cum mundo generali quadam rerum temporalium ceſſione nuntium remiſit ac valedixit, tunc ſcilicet religioſus inuincibilis eſt, cum mundus omni ſuo artificio, & machinis nefarijs ac ſubdolis eius animum expugnare & euertere non potuerit.

Epiſt. ad Alexand. Antiquitatis oraculum Ariſtoteles, Alexandro ſuo ſcribens, eumq. ad virtutem inſtruere ſatagens, & ab immoderata rerum regnandiq. cupiditate auertere, omnia vt contemneret ſeſeque indigna eſtimaret, ſuaſit dicens, [Magni res eſt animi cōtēnere magna.] Mihi nemo vitio vertet, ſi Philoſophi huius ſententiā mihi vſurpauero, & Monarchæ huic dicta, Sacerdotibus noſtris dicta credam; iiſq. occinere, mundi dignitates & diuitias contemnere, heroicum animum indicare, ſublimitatem mentis ſapere, & animoſam Spiritus generoſitatem arguere.

Rerum ſæculi contemptus magni res ſt animi.

Scripſit

Scripſit in officijs M. Tullius, nihil eſſe tam anguſti, tamque parui animi, quam inordinato rerum temporalium diuitiarumq. amore teneri: nihilq. etiam honeſtius magnificentiuſq. quam pecunias contemnere. Poſt gentilem hunc oratorem dixero vobis Sacerdotes, vanitates ſequi, & mundana conſectari, anguſtias animi arguere, et mentis tenuitatem declarare: è contra verò omnia ſub pedibus protererere nihilq. terrenum ambire, ſapientem, cordatum, magnanimum, & regium virum oſtendere.

lib. 1. Magnanimi eſt mũdana deſpicere:

[Beatus, inquit Pſalmographus, vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.] Beati inquam, Sacerdotes & Religioſi, qui nonniſi in Domino ſperant, qui vanitates ne aſpicere quidem dignantur, qui honores, delitias, & diuitias vitæ huius, quæ verè vanitates & inſanię ſunt, neglexerint: ſed inſanię falſæ mundi huius: inſani verò, & ſtolidi qui eaſdem conſectantur.

Beatus q̃ mundi vanitates nõ reſpexerit. *Pſal. 39.*

Solinus ſcripto prodidit, hirundines ea ſolertia ac ſagacitate a natura donatas eſſe, nunquam vt nidificent in domo ruinam minante, & iam iam collapſura imo a male materiatis ędificijs ne ſcio quo tacito inſtinctu faciant, [Hirundines in domo minante ruinam non ædificant, imo fugiant a male materiatis ædificijs.] Hanc comparationem adaptans, potiori iure dixerim homines, imo Religioſos, a mundo ſe ſeparare debere, eum fugere, neue in eo ſtabilem rerum ſuarum ſedem ſegere, vtpote quem caducum, fragilem, deciduum, & periculis expoſitum, & ruinam minitari norunt.

Hirundines in domo ruinoſa non ędificant.

Scripſit Philonius ſcriptis ſuis celebris, Mundum picem eſſe, qui quolibet leui attactu tangentes

De ſciẽtia bene moriendi.

niſi mera vanitas, & quærāt ſecularia, quæ tam fallacia & mendacia ſunt?

Pius Ioannes Climacus dixit olim, nuditatem & omnium rerum repudium, omnis curæ amiſſionem & exonerationem eſſe, vitæ ſecuritatem, omnium impedimentorum amotionem, moleſtiarū carentiam, fidem regularum, & inuictum aduerſus omnia infortunia vmbonem: & Sacerdotem nudum totius mundi eſſe Dominum ac monarcham. Et ſanè nemo negauerit, quo ſe quiſque magis ab omni terreno amore ſequeſtrarit, eo etiam magis proportionaliter in cæleſtibus diteſcere; mundumque contemnere, eſſe noua dominia acquirere. *Gradu 16 de auaritia.* Sacerdos omnino nudus omniū eſt Dominus

Audiamus hic doctum Hieronymū Nepotiano ſuo, clerico, loquentē, [Clericus,] inquit, [qui Chriſti ſeruit Eccleſiæ, interpretetur primo vocabulū ſuum, & nominis definitione prolata, nitatur eſſe quod dicitur. Si enim cleros Græci, ſors Latinè appellatur, propterea vocātur clerici, vel quia de ſorte ſūt Domini, vel quia ipſe Dominus ſors, id eſt, pars clericorū eſt. Qui igitur vel ipſe Domini pars eſt, vel Dominū parte habet, talem ſe exhibere debet, vt & ipſe poſſideat Dominū, & viciſſim poſſideatā Domino] Hoc ergo animo voluatis velim, Sacerdotes, eſſentialēq; nominis veſtri etymologiam ſequētes, officij veſtri regulas obſeruate, Deūq. poſſidētes, aliud nō poſſidere. [Quicūq. Deū poſſidet,] ait idem Hieronymus, [& cum Propheta dicit: *Pars mea Dominus*. nihil extra Dominum habere poteſt; at ſi quid aliud habuerit præter Dominū, pars eius non erit Dominus: verbi gratia, ſi aurum, ſi argētum, ſi poſſeſſiones ſi variam ſupellectilem habuerit, cum iſtis partibus Dominus pars eius *12. q. 1. c. eod.* Clerici definitio. *Ibid.* Deus cū ſit Sacerdotū pars aliud nil deſiderat

R fieri

fieri nō dignabitur.] Quibus verbis efficere volo Sacerdotē, cū Deus illius pars ſit, nihil preter illū in mūdo exſpectare vel ore ſpirare debere.

Sacerdos altari cōtentus viuat.

Addit & eodē loco, ſi Domini pars ſum & illius hæreditatis ſors, & cum alijs tribubus non ſortior; ſed vt Sacerdotis & Leuitę nōniſi de decimis viuam, & altari deſeruiens, de altari oblatis ſuſtenter; habens victum & veſtitum his contentus ero, & nudam crucē nudus ſequar. Quæ omnia paucis denotant, Sacerdotes cum altaris cliētes ſint, victumque de oblatis & decimis ſortiantur, nihil amplius in mūdo quærere debere.

Epiſt. 42. Sacerdotes terrā deſerant, cœlum vt contemplentur.

Hic exultat Bernardus & eloquētiæ habenas laxat, [ſi Sacerdos,] inquit, [paſtor eſt, cur ſēper incuruus graditur, vultū gerēs deorſum, & terrā ſemper reſpiciens, & ſoli vētri mente ieiunus pabula quæritans. Decet ne paſtorē more pecorū ſenſibus incubare corporeis, inhęrere infimis, inhiare terrenis? & nō potius erectū ſtare vt hominem? cœlū mente ſuſpicere, quæ ſurſum ſunt quærere, quæ ſurſum ſunt ſapere, non quæ ſuper terram?] Hanc vobis lectionem prælectam à Bernardo putate Sacerdotes, voſque ab imis terræ quiſquilijs ſuſtollendo, oculos ſurſum erigite, atque hominum more vitam inſtituite.

Serm. 11. *de Quadr.* Sacerdos non Domin⁹, ſed hoſpes rerum mūdi eſt.

Beatus, inquit S. Leo, Sacerdos eſt, qui ſancta caſtaque ſobrietate peregrinationis ſuę dies traducit, quique non ſubſiſtit, vbi neceſſariò tranſeundum eſt, adeo vt hoſpes potius & inquilinus, quàm Dominus & poſſeſſor rerum terrenarum ſit. Beatus inquam Sacerdos, qui rebus humanis non inſiſtendo diuina promiſſa implere omni ratione ſatagit.

Serm. 1. *de Reſurr.* Mūdana Sacerdotes à cęleſtibus nō auertant.

Rerū mundanarū aſpectus, ait idem doctor, nos non occupent, terrenaq; negotia numquam

à cæ-

à cæleſtium contemplatione mentem noſtram auertant: vt præterita cogitemus, quæ vt plurimum iam non ſubſiſtunt; & mens intenta manſuris ibi deſiderium ſuum figat, vbi quod offertur æternum eſt. Quibus verbis edocere ſanctus Pontifex voluit, Sacerdotes, nõ eſſe rebus terrenis affectum applicandum: quæ omnia quamprimum elabuntur, & in momento pertranſeunt; ſed ſurſum eumdem ſuſtollendum, vbi bona, ſpes & fruitiones æternæ ſunt.

Terrena Sacerdos contẽnat, quæ in altero habe ri ſæculo nequeũt.

Egregiè hoc tractat Bernardus & inter cetera præclaram hanc ſententiam habet, [Contemne viuens, quę poſt mortem habere non poteris.] Dicere vult, Sacerdotes, eſſe vobis mundana, & terrena in hac vita negligenda, cùm eadem in altera poſſidere nequeatis.

Serm. 53. de modo bene viuendi.

At amplius etiam dicit S. Hieronymus, [Ignominia Sacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs.] Cauete igitur vobis Sacerdotes, ne dum diuitijs accumulandis incumbitis, infamiam vobis, infamiam ac dedecus pariatis.

Sacerdoti probroſũ diuitijs incũbere.

Ad Nepotian.

Crates Thebanus Philoſophus, cùm diuitijs abundans Athenas ad philoſophandum conceſſiſſet, magnam auri vim in mare proiecit, credebat ſiquidem fieri non poſſe, virtutem vt quis ſimul & diuitias poſſideat. Nos verò, addit hoc factum referens Hieronymus, diuitijs auroque onuſti pauperem Chriſtum ſequimur, ſub que eleemoſynarum colore ad priores opes adſpirantes, quomodo fideliter aliena diſtribuemus, qui noſtra tam timidè tamque cautè cuſtodimus? Quibus omnibus efficere vult, virtutem ſimul & facultates ſæculares in Sacerdotis anima ſubſiſtere non poſſe; nec ſe mutuo ferre, verique Philoſophi partes eſſe opes cõtemnere.

Ver⁹ Philoſophus ſpernit diuitias.

12. q. 2. c. Gloria.

Lib. 18. *Moral. cap.* 8. Quātum anima inferioribus delectatur, tantū frigeſcit in ſupernis.

Suum quoque ſymbolū huc conferens Gregorius ait, [Quando actiori cura anima inardeſcit in infimis, tanto tempore damnabili frigeſcit à ſummis.] neceſſe porro eſt animum aliqua delectatione perfrui, neque enim eſſe aut viuere ſine voluptate poteſt, quam vel in infimis vel in ſummis ſitam oportet. Quantò vero amplius cæleſtibus adhæreſcit & diuinis, tanto maiori affectu terrena negligit ac deſpicit. Cæleſtia igitur anima mea, conſectare, eorum amore inardeſce, in terrenorum verò dilectione frigeſce & congelaſce.

Sancti quidquid mūdi eſt, derident. *Lib.* 28. *Moral. cap.* 13.

Vnde idem alio quodam loco ait, animas ſanctorum quidquid tranſitorium eſt deſpicere, & ſub ſe videre fluere, quidquid inſoleſcere cogit & nonniſi fluxum & tranſitum habet: ac velut in theatro collocatas, diſpicere, quidquid in mundo eſt, tantum illis ſubiectum eſſe, quantum illæ ſeipſas verius Creatori omnium ſubiecerint, atque inde cuncta tranſcendere, vnde creatori cunctorum vera ſe humilitate ſubſternunt. Hoc modo vitam inſtituite Sacerdotes, & rerū temporalium vanitatem agnoſcētes, diſcite quoque quo eas modo contemnere debeatis.

CAPVT. XIII.

Sacerdotes omnia relinquere debent vt animabus ſuccurrant. *Exod.* 32.

Sacerdotes animarum ſaluti magno zelo incumbant.

MAgnus ille legiſlator Moyſes dum cū Deo in montis vertice loqueretur, & infinitam eodem colloquio voluptatem perciperet, populus verò ad montis pedem vitulos adoraret aureos, mox vt deſcenderet, & voluptatem interrum-

terrumperet, imperauit Deus, vt ſcilicet populum peccantem caſtigaret,& idololatriam compeſceret, [Deſcende,quia peccauit populus tuus hic.] Quo iam tum myſterio denotabatur, populo peccante & idolorum cultui indulgente, Sacerdotes & paſtores omnia, imo vel maximas voluptates, relinquere debere, animabus lapſis vt ſuccurrant, quò feruens eos trahat zelus,& ad quod faciendum ipſa charitas vrget & obligat.

Rex Sodomorum cùm,quinque regibus profligatis, de ſpolijs prædaque diuidenda cum Abrahamo ageret,ait, [Da mihi animas,cetera tolle tibi.] Hoc quoque ſinceri & cordati Sacerdotis ſit votum, nihil ſcilicet præter animarum ſalutem concupiſcere, & earum intuitu quidquid in mundo eſt deſpicere.

Salutem animarũ rebus omnibus prę ferant. *Gen. 14.*

Chriſtus apud Ioannẽ de boni paſtoris qualitatibus dotibuſque agens,ait inter cetera, [Bonus paſtor ponit animã ſuam pro ouibus ſuis,] Parabolicæ illæ locutiones dicere uolebant,illũ qui paſtoris aut ſaltem Sacerdotis titulo inſignitus eſt, vitã ſuam & animam impendere debere.

Sacerdos vitã ſuam exponat pro animarũ ſalute. *Ioan. 10.*

Inter ceteras legis Moſaicæ ſanctiones, quæ Leuitas concernebant, hęc imprimis eminebat, [Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio ſuper multitudinem filiorum Iſrael, & excubabunt in cuſtodijs tabernaculi.] Deſignare hoc volebat,Sacerdotes Euangelicos ſemper excubare & vigilare circum Eccleſiam debere, vt ſcilicet inimicos detegant, & animarum ſibi creditarum ſalutem procurent.

Saluti animarũ inuigilẽt. *Num. 1.*

Iacob Patriarcha apud ſocerum ſuum Labanum ſe purgans,inter prima excuſationis capita curam & ſolicitudinẽ, quam hactenus in paſcẽ-

do grege oſtenderat, & laborem quem tolerauerat enarrauit dicens, [Diu noctuq. æſtu vrgebar et gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis, & ſic per viginti annos ſeruiui tibi.] Iacob bonorum paſtorum typus fuit & imago, & norma & gnomon, ad quem ſe efformare deberent, quibus noctu diuq. vigilandum, omniaque moleſtiarum & difficultatum genera ad gregis conſeruationem, toleranda.

Gen. 34.

Bonorũ Paſtorũ exẽplum Iacob.

Apoſtolus curam, quam fidelium omnium habebat, Corrinthijs ſcribens exaggerat, [Pręter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana; ſolicitudo omnium Eccleſiarum: quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror,] zelo & affectu tenerrimo. Ad huius exemplum vitam inſtituite Sacerdotes, tantamque paræciarum vobis concreditarum curam habeatis oportet, vt cum aliquis infirmatur vos ægritudinis illius participes ſitis; quando ſcandalum aliquod aut offendiculum acciderit, ita in cordibus veſtris zelus exardeſcat, non prius vt dormiatis deſiſtatiſue, quàm ab Eccleſijs illud veſtris propulſaueritis.

Zelus animarũ in Paulo.

2.*Cor*.11.

[Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.] Hinc diſcite, Curiones, quantopere ſuper populum vobis commiſſum ſit vigilandum, cum tam exacta animarum in die iudicij coram Deo vobis reddenda ſit ratio.

Sacerdotes animarum reddẽt rationem.

Hebr.13.

[Fratres ſobrij eſtote,] ait Apoſtolorum Princeps, [& vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret;] vobis ò Paſtores, hoc inſuſurrat imprimis

Semper vigilent.

1.*Pet*.5.

primis Apoſtolus, veſtrum eſt vigilare & ſemper in diœceſium veſtrarum vallo excubare, inimici impetum vt frangatis, & ne animæ perditionem incurrant, impediatis.

Sanctas ſuas affectiones coram Deo recenſens Dauid, zelum ſuum imprimis commendat, [zelus domus tuæ comedit me,] & ſancti cultus tui honorem ſemper ſpectaui. Boni Sacerdotes & Religioſi idem dicere omnino deberent, gloriæ Dei zelo æſtuantes, & vnicum Eccleſiæ illius honorem ſpectantes. Zelus Dauid erga honorem Dei. *Pſal. 68.*

Propheta Elias poſtquam omnes Pſeudo Prophetas Baal interfeciſſet, quaſi re bene generoſeq. geſta apud Deum gloriatur dicens, [zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael, &c.] Prophetam hunc imitantur Sacerdotes, qui ſancto quodam zelo acti in peccata debacchantur, magnoperè dolentes, quòd mandata Dei in hoc mundo neglectui habeantur, ſanctaque eiuſdem inſtituta peſſumdentur. *3. Reg. 19.* Doleant Sacerdotes ſi Deũ irritari viderint.

Peccata hominum inaignè ferebat Pſalmographus, atque ideo æſtuante zelo accenſus dicebat, [Quis conſurget mihi aduerſus malignantes? aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem?] Huc etiam Religioſos ſuus trahat zelus oportet, vt ſcilicet aduerſus peccatores inſurgant, & vniuerſum terrarum orbem in ipſos concitent, & acre bellum delictis mortalium moueant. Non tolerabat peccatores Dauid. *Pſal. 93.* Horruit cũ peccatores videret.

Pſalmo 118. vbi vulgata interpretatio legit, [Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.] alius quidam interpres tranſtulit. [Horror tenuit me:] quibus verbis magnum honoris diuini zelum oſtendit: ſi verò *Pſal. 118.*

R 4 ſimi-

ſimilem ſacerdotes haberent, deficerent haud-dubiè, videntes tot tamque enormibus Deum peccatis ad iracundiam prouocari: imo exhorreſcerent viſo tot ſcelera aduerſus diuinam maieſtatem committi.

Moyſis zelus. *Exod.* 32. Zelantem ſe declarauit Moſes tum Diuini honoris tum verò ſalutis animarum, cùm Hebræorũ poſt admiſſam idololatriam apud Deũ cauſam patrocinando ageret dicens, [Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti.] Legiſlatoris huius exemplo, Sacerdotes & Religioſi, zeloſos ad peccata abolenda apud Deum intercedere, imo potiùs è libro vitæ deleri malle, quàm vt vllum animæ detrimentum caperent, oporteret.

Rom. 9. Paulus anathema eſſe vult pro fratribus. Apoſtolus quoque Zelum ſuum deprędicans, Romanis ſcribens ait, [Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis:] id eſt, repudiari quodammodo & reijci à Chriſto, vt fratres ſaltem Iudæi ſalutis compotes fierët. Idem agat vir pius, atque inprimis Sacerdos, & ſi vel micam zeli habet, optet & malit excommunicatione feriri, & anathematis flagellum perpeti, quàm videre Chriſtianos damnationem incurrere, & animas in interitum ruere; Huc vero Chriſtiana nos impellit charitas, & zelus ad noſtri ipſorum contemptum inuitat.

Heb. 2.13 Ita paſtores vigilẽt nè quã dẹmò animam auferat. Proſper hæc Apoſtoli verba exponens, [Ipſi peruigilãt quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris,] ait, oſtendit Apoſtolus, quantam commiſſarum ſibi animarum habere Sacerdotes curam debeant, qui tum in vitæ actionibus, tum in prædicatione inaniter excubantes, veterani illius inimici inſidias & nequitiam

tiam detegunt atque intercipiunt,ne fortè paſto re ſtertente, infernalis ille lupus ſolitâ verſutia ſua,& artibus ſubdolis ouiculam quampiā abri piat, & magno paſtoris damno perpetuæ eā ſecum damnationi inuoluat. Hic igitur vigilandum eſt paſtores,itaque ſuper gregem excubandum,ne quam communis ille hoſtis violenter animam auferat.

Magnus Propheta Ezechiel animalia nobis depingit vndiquaque oculata & viſus perſpicaciſſimi oculatiſſimiq́ue,[Omne corpus, & colla;& manus,& pennæ,& circuli plena erant oculis in circuitu quatuor rotarum.] Allegoricè hoc & myſticè ſi acceperimus,erueimus,Sacerdotes, & paſtores, quorum animalia hæc imago, plenos oculis eſſe, & oculatos debere, vt circumquaque reſpiciant, ſimulque hic tacitè innui, quanta illis opus ſit in animarum creditarum ſalute procuranda vigilantia, & circumſpectione. Sacerdotes animalibus Ezechielis ſimiles. *Ezec.* 10.

Iſidorus Peluſiota huic expoſitioni ſuffragatus ait,Sacerdotem Domini,eo quo ad diuinitatem quàm proximè accedat, non niſi oculū eſſe debere,& horum animalium exemplo circū vndique explorare, ne quid fideles detrimenti capiant. Hoc reſpicite Sacerdotes,ac vobiſcū cogitate tantam tamque periculoſam animarum curam eſſe,vt ad digne ijs proſpiciendum ac diligenter excubandum, vnus non ſufficiat oculus,aut bini,ſed magna multitudo. Sint oculis pleni. *Lib.* 1. *Epiſt.* 151. Sacerdos nō ſibi ſoli ſed omnibus viuit.

Idem propemodum habet Chryſoſt. [ſapientiſſimum eſſe oportet,& in oībus perſpicacē Sacerdotem,& mille,vt aiūt,oculos omni ex parte habentem,]neq; enim ſibi dūtaxat,ſed vniuerſę teip. viuit. Verè ita ſe res habet,Sacerdotes;non *Lib.* 3. *de Sacerd.*

vobis ipſis vos ſolum ſed publico viuere; prudentes igitur eſtote, ſapientes, atque oculos per omnia circumferte, vt ita omnibus ſalutem adferatis.

Quis verus animarũ zelus.

[Zelus animarum,] ait Albertus Magnus, [verus, & perfectus eſt, quando aliquis ſanctis meditationibus, feruentibus deſiderijs, lacrymis, & precibus, vigilijs, & ieiunijs alijſq; bonis operibus pro ſalute animarum laborat,] Vos igitur, quibus animarum cura concredita eſt, hoc vos modo in earum directione gerite, ſi zelum veſtrum oſtendere velitis.

Gloſſ. in Pſal. 68.

In quo verus zelus animarũ ſitus.

Zelus bonus eſt Spiritus ardor, & generoſus quidam, & heroicus ęſtus, quo anima excitatur, & inardeſcit; cum timores humani, ſi quãdo veritatis defenſio ſuſcipienda eſt, ingruunt: & eo magis commendabilis, quo quælibet praua quæ viderit, corrigere ſatagit: ſi nequit, tolerat, & gemit. Vnde efficio Zelum tum in peccatis caſtigandis, tum honore diuino protegendo, virtute defendenda vitijſque refrenandis conſiſtere.

Animarũ zelus magnum ſacrificium eſt.

Ho. 12. in Ezech.

Adhæc nullum omnipotenti Deo tale eſt, teſte Gregorio, ſacrificiũ, quale eſt Zelus animarum, idque propter regiam ſanctiſſimæ Trinitatis imaginem eſſentię earum tabulæ inſculptã. Id eſt, Quando, ò Sacerdotes in officijs & digni tatibus veſtris zelum aliquẽ præfertis, & igneo quodam amore animarum ſalutem procuratis gratiſſimum Domino DEO Sacrificium offertis.

Ambr. in Pſal. 118. in illa verba.

Tabeſcere me fecit.

Zelum igitur habeat Sacerdos, ſed imprimis eum quo Eccleſiæ caſtitatẽ integrã, & conſeruatã vult, ideoque Sacerdotũ Princeps dixit, [Zelus domus tuę comedit me.] Phinees quoque magnus ille Moſaicæ legis æmulator, Sacerdos

erat,

erat, & Sacerdotis tũ filius tum nepos: atque ita zelus Sacerdoti bonus, & vtilis eſt, ne ita torpeſcat, & præ ſegnitie, & negligẽtia ſtertat aut tepeat: ſatius namque eſt vnius aut duorũ damnatione plures ſalutem nanciſci, quam vt in duorũ ſaluatione plures damnationis periculũ adeant: Hanc igitur lectionem retinete Sacerdotes, in munijs veſtris eſtote diligentes & gnaui, inque officijs zelum, & ardorem oſtendite, & paucis vt complectar, honoris diuini, & ſalutis animarum vos amatores æmulatoresque oſtendite.

Quis zelus Sacerdoti neceſſarius.

DE EXTERIORIBVS SACERDOTVM DOTIBVS.

CAPVT XIV.

Sacerdotes ſobrij ſint.

MAgnus Apoſtolus Paulus Romanos allocutus, hac eos oratione ad ſobrietatẽ adhortatus eſt, [fratres, abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, nõ in contentione, & æmulatione.] Crediderim Apoſtolicam hanc paræneſin Sacerdotes imprimis concernere, atque ad illos potiſſimum comeſſationum, & ebrietatum fugam, vitiorum repudium, diſſolutionũ valedictionem, & ſinceram vitæ honeſtatem ſpectare.

Apoſtolus ad ſobrietatẽ ſuos adhortatur: *Rom.* 13.

Quin, & idem Doctor, alio in loco eadem inculcans, ait, [Non eſt] DEI [regnum eſca, & potus;] ſed iuſtitia pax, & gaudium Spiritus. Sacerdotibus hic loqui videtur, & dicere, ſi

Rom. 14. Regnum Dei non ſitum eſt in epulis.

regni

regni cæleſtis compotes eſſe velint, nefas eſſe gulæ,& ebrietati indulgere,ſed iuſtitiam ſequi, & virtutis tramitem conſectari debere, ſi verò interdum laxandæ habenæ ſint,& largius nõnum quam viuendum, modeſtè id & ſancta quadam lætitia permiſta fieri oportere.

Sacerdotes ſobrij, & uigilantes dæmoni reſiſtunt. *1.Pet. 5.*

[Fratres ſobrij,]ait Apoſtolorũ Primas, [eſto te,& vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide.] Quibus verbis primigenios Chriſtianos admonere voluit, vigilias,& ſobrietatem vnicam aduerſario reſiſtendi rationem eſſe, & Sacerdotes hæcce vſurpantes, de hoc inimico triumphum agere ac victoriam cum honore referre.

4.ad Heren. Ciceronis gnoma.

Gentilis Cicero ſuos ad ſobrietàtem adhortari cupiens aiebat,[Eſſe oportet vt viuas, non viuere vt edas.] Sacerdotibus hoc noſtris inclamare poſſum,qui omnem virtutem peroſi, & ventris ſui mancipia,non aliam ob cauſam in mundo videntur viuere,quàm vt uentrẽ inferciant, & pecudum ritu cibis ſe diſtendant.

Hom.87. Sobrietas uirtutum parens.

Ipſe uero Origenes Chriſtianis loquens, ſobrietatem omnium uirtutum matrem eſſe aſſerit, ſicut è contrario ebrietatem omnium uitiorum originem. E quo infero Sacerdotem & religioſum qui ſobrietatem conſectatur, uirtutũ ſeminarium eſſe,è contra uero qui uentri ſeruit, & genio liberaliùs indulget, uitiorum cloacam, & ſentinam.

Eccl. 31. Sanitatẽ cauſatur ſobrietas.

Inter ceteras Sapientis gnomas non poſtremũ illa locũ occupat,[Sanitas eſt animę,& corporis ſobrius potus.] Quo oſtendere cupio, Eccleſiaſticos qui honeſtè comedunt,& bibũt,corporis ſanitati haud parũ prodeſſe;e contra uerò

qui

qui excedunt, & largiùs epulantur, ſanitatem, honorem, & famam huius uitæ prodigere ac peſſundare.

[Igitur,] inquit Gentiū doctor, [non dormiamus, ſicut & cæteri, ſed uigilemus, & ſobrij ſimus.] Huiuſmodi uitam uiuere, ueſtrum eſt, religioſi, non ſtertere, nō indormiſcere, at noctu uigilare, & in omni uita ueſtra ſobrietatē ſectari. Paulus ſobrietatē docet. *1.Theſ.5.*

[Oportet,] ait idem Timotheo ſuo ſcribens, [Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris uirum, ſobrium, prudentem.] Nec Epiſcopis ſolùm aut Prælatis, ſed omnibus in genere Sacerdotibus ſobrietas imprimis neceſſaria eſt, & quemadmodum luxuria, & luxus religioſum cum primis dedecet, ita, & gula, & ingluuies. *1.Tim.3.* Sobrietas Sacerdotibus neceſſaria.

[Tu verò,] eumdem monens Timotheū Apoſtolus ait, [uigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto.] Vobis hæc dicta puto, Religioſi, uobiſque iam quotidie inſuſurrari, quæ olim dilecto ſuo Timotheo Paulus perſcripſit, Sacerdotes uigilate, in omnibus grauiter laborate, opus facite Eccleſiaſticorum, miniſterium ueſtrum implete, atque imprimis ſobrietatem ſectamini. *2.Tim.4.* Timotheo ſobrietatē Apoſtolus ſuadet.

Magnus quoque Cato dicere ſolebat, [Tantum cibi & potionis adhibendum eſt, ut reficiātur uires, non opprimantur.] Digna auctore ſuo ſententia, quam ut materiæ adaptem meæ, dico non amplius bibere, aut comedere religioſum debere, quàm ad corporis alimentum ſuſtentationemq; neceſſarium ſit, nōn uerò ut corporis ſanitas uioletur aut opprimatur. Et ſanè quicūque modeſtiam in uictu moderationemque adhibet, uires & corpus fouet; at qui in cibo potuùe excedit, eaſdem perdit ac deſtruit. Catonis gnoma. *Cato maior.*

Scripſit

5. Tuſcul. Scripſit in Tuſculanis quæſtionibus Tullius fieri non poſſe, vt mente quis, & ratione rectè vtatur, animæque vires debito loco, & tempore exerceat, cibo multo ac potione diſtētus. Sobrietatem gentilis hic, Sacerdotes, adeò neceſſariam iudicabat, vt ſine illa neminem ratione vti poſſe credere; credebat ſiquidem, vti & equidē credo, hominem ſine temperantia non hominem ſed beſtiam eſſe.

Sine ſobrietate homo mētis inops.

In eamdem rem magnus Seneca ſcripſit, ventrem bene moratum, & temperantiæ aſſuetum magnam ac potiſſimam libertatis hominū partē eſſe. Dicere volebat, & ipſe cum illo, ſobrium verè liberum eſſe; ebrium verò & crapula diſtentum ſeruum, mancipium, pecudem, ac libertatis, rationis, & mentis expertem.

Epiſt. 114

Sobrietas noſtræ libertatis pars.

Quam diuinam in hanc rem ſententiam in Phædro ſuo habet Plato? [Temperātiæ officiū eſt, nequaquā proſternere ſe libidinibus, & modeſtiam ſeruare. Itaque ijs conuenit qui corpus deſpiciunt, & in Philoſophia viuunt.] Barbarū hunc audite Sacerdotes, ac verba illius diligenter excutite. dicere vult, ſobrietatis officium ac partes eſſe, voluptatibus reſiſtere, vitam moderari, atque hoc ſolum conuenire ijs qui carni dominantur, & iuxta Philoſophiæ ſtatuta vitam inſtituunt.

Sobrietatis eſt voluptaribus reſiſtere.

Democritum.

Dicere quoque Democritus Philoſophus ſolebat, Menſam ſumptuoſam, & lautam à fortuna, frugalem verò, & temperatam à temperantia inſtrui. Dicere volebat, Sacerdotes, lautè viuere, & opiparè menſam inſtruere, à fortunę largitate proficiſci, at honeſtè contentum viuere, & intra mediocritatis limites conſiſtere, temperantiam ſpirare.

Fortuna menſam ſumptuoſam, frugalem ſobrietas inſtituit.

Socra-

Socrates cuidam ſciſcitanti quis eſſet ditiſſimus, reſpondit, qui pauciſſimis contentus eſt. Iuxta Philoſophi huius mentem, perſuadeatis vobis velim, Religioſi, ſi ſobrij ſitis, omniū mortalium vos eſſe ditiſſimos. *Socrates.*

Menander Græcus Comicus, frugalitatem eſſe dixit paupertatem voluntariam. Cū igitur in Euangelio beati habeantur pauperes ſpontanei, & ſobrij tales hauddubiè ſint; ſequitur hauddubiè, ſobrios & paruo contentos beatos eſſe, è contra verò infelices, & miſeros, qui quotidie genio indulgent, & belluino more ſe epulis inferciunt. Sobrietas uolūtaria paupertas. *Menander.*

Prophetarum nos docent oracula, [Eccleſiæ Principes qui delicijs affluūt, & inter epulas laſciuiasq; conuiuales pudicitiam ſeruare ſe poſſe ſperant, aliquādo è domibus ſpatioſis ac laqueatis pellendos,] & conuiuijs ſumptuoſis arcēdos, [& ſi vis ſcire, quo ob vitam improbè actā conijciendi ſint, lege Euangelium, in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & ſtridor dentium.] Diſpicite vobiſcum, Præſules, hæc ne vobis calamitas accidat, menſaſque exquiſitas deſerentes, honeſtè vitam traducite, ac mediocritatem ſectemini menſamque communem. Minę aduerſus Prælatos ſumptuoſe uiuentes. *Mich. 2. S. Hiero. ad 2. Mich. dist. 35 c. eod.*

[An nō confuſio ei ignominia eſt,] exclamat Hiero. [Ieſum crucifixū magiſtrum pauperem, atque eſurientē farſis prędicare corporibus, ieiuniorūque doctrinā rubentes buccas, tumentiaq; ora proferre? ſi in Apoſtolorū loco ſumus, nō ſolum ſermonē eorū imitemur, ſed conuerſationē quoq; & abſtinētiam amplectamur.] Oībus his edocere Sacerdotes, uoluit, ſobrios, uos paruo contētos, idq; Chriſti Domini, qui paupertatē in uniuerſa uitæ rōne oſtendit, exēplo, eſſe debere. Sacerdotes Chriſti exemplo ſobrij ſint. *Ibid.*

Quo-

Quoniã verò, ait Theodoretus, Sacerdos ſpeculũ, & imago eſſe debet tẽperantię, ne quando honor illius, & dignitas iacturam patiatur, nemini que ſiniſtrè loquendi calũmandique occaſionem præbeat, ideò iubet Apoſtolus, miniſtrum Dei teſtimonium bonum habere ab ijs qui foris ſunt, vt non in opprobriũ incidat, & in laqueum diaboli. Dicere vult Sacerdotem temperanter ac ſobriè viuere debere, itaque vitam ordinare, vt & externi luculentum de vitæ eius honeſtate teſtimonium ferre poſſint.

Sacerdos exemplũ ſit ſobrietatis. *De q. in Leui. q.* 4.

Hunc etiam ſcopũ feriens Cyrillus ait, in ſacris litteris Sacerdotes ſobrij eſſe iubẽtur, cùm illorum ſit, ſacris altaribus vbi acceſſerint, pro vniuerſo populo deprecari, proque omnium flagitijs apud Deum intercedere; cumque nullam in terra portionem habeant, Deũ in ſortem habere. Vult igitur illos, quorum Deus portio, & ſors eſt, ſobrios eſſe, in victu modeſtos, & nullo non tempore vigilare, atque imprimis cùm ſacrificandum eſt, & diuinæ maieſtati ad aras victima immolanda. Sobrietas enim oium virtutum mater eſt, ſicut è contrario, ebrietas vitiorum. Inſigne profectò documentum, quo edocemini, Sacerdotes, eſſe vobis ſobrietatem neceſſariam, habenaſque contrahendas, cùm aut Deus orandus, aut altare accedendum, Sacramẽta adminiſtranda, ſacrificiaque iam offerenda.

Sacerdos ſobrius ſit quando orare, & ſacrificare velit. *In Leuit. c.* 7.

Amplius verò habet Auguſtinus dicẽs, ſicut æger ad medicinam, ſic ad ſumendas dapes debet Sacerdos accedere, nequaquã ſcilicet in illis voluptatem appetens, ſed neceſſitati ſuccurrẽs. Is verò laudari meretur, ingluuiemq; ſuperaſſe dicendus, qui in cibo potuque non hanc modò frugalitatem modeſtiamque adhibet, vt ſcilicet num-

Lib. de cõflictu virtutum, & vitiorum. Sacerdos ad cibum vt ad medicinã accedat.

nunquam niſi dum fuerit neceſſe, cibum ſumat, at qui ad ipſum vſque virtutis faſtigium pertingens cibos rariores exquiſitoſq. deſpicit, niſi dum aut hoſpites lautius ſolito tractandi, aut corpus ęgritudine debilitatum hoc modo reſtaurandum. Hoc notate, ſacerdotes & Religioſi, culinas veſtras reformate, viuite Chriſtiano ac debito modo, viuite honeſtè, viuite vt corpus hoc debitè ſuſtentetur, non verò vt nimiis id dapibus diſtendatur.

Oportet, inquiunt, duo magna Concilia, & Sáctus quidam Pontifex, moderatis epulis contemtum eſſe Sacerdotem, menſamq. inſtruere comunem, & frugalem, non cogere inuitatos ad cibos largius ſumendos, aut ad bibendum hilarius; ſed omnib. exemplum eſſe temperantiæ: atque ideo omnem ſcandali, improbitatis, diſſolutionisq. occaſionem menſis ſuis excludat; non hic audiantur detractoria cognomina, non lubricæ narrationes, non mimica hic agantur aut hiſtrionica, ſed pauperes & peregrini hic admittantur, ægri hic reficiantur, vt Chriſtum benedicentes, benedictionem a Sacerdotali menſa recipiant. Hinc concludendum eſt, Eccleſiaſticos in menſa reformatos, & modeſtos eſſe, mediocritatem in epulis ſectari, omnemq. diſſolutionem & crapulam procul eliminare debere. *Concil. Carth. 1. c. 15. Concil. Rhem. ca. 17. Euſebius Papadecr. 40. c. 10.* Mediocritatem in victu ſectetur.

[Sic appoſita quæque, inquit Hieronym. libabat Nepotianus Presbyter, vt & ſuperſtitionem fugeret, & continentiam ſeruare.] Egregium omnibus exemplum Sacerdotib. eos dum ad epulas vocati ſunt & cum alijs menſæ interſunt, temperantiam ſectari debere, non verò ſuperſtitioſè ab aliquibus cibis abſtinere, neſcio quos aulicismos ſectari. *Epiſt. ad Heliod.* Sacerdos non ſit in menſa ſuperſtitioſus.

S Dixit

In reg. breuiar. interrog. 116.

Dixit olim Baſilius, ad honorem Dei comedendum eſſe: is porrò ad Dei gloriam bibit aut comedit, qui diuinorum beneficiorum memor non tanquam omnino ſecurus manducat, ſed vt qui inſpectoré habet Deum. Cũq. refectioné ſumere ſtudet, cogitet ſe non voluptatis cauſa, velut ventris mancipiũ comedere, ſed vt Ieſu Chriſti operariũ, vt ita vires foueat & nouas acquirat quo ita diuinæ voluntati ſatisfaciat, eiuſq. mandata obſeruet. O ſublimis Sacerdotib. Philoſophia! hinc, vt diſcant, non eſſe comedendum vt ita voluptati ſatisfaciant, ſed vt vires ſibi parent, quibus Deo gratius, & feruentius ſeruiãt.

Sacerdos comedat vt vires ad Deo ſeruiendum habeat.

Sacerdotes maioré animæ, q̃ corporis rationem hãbeant.

Ad fratres de mõte Dei.

Inter documenta quæ S. Bernardus Religioſis in montib. commorantib. dabat, non poſtremũ hoc locũ occupat, [Nequaquã totus mãduces, ſed corpore tuo ſuã refectioné procurãte, mens ſuam non negligat.] Egregiũ pro omnib. in genere Sacerdotib. documentũ; vt hinc diſcant maiorẽ animæ nutricandæ quàm corporis alendi rationem habere & gulam ventremq. refrænare.

In Regul.

Cibus corporis fomentum.

Monuit olim Baſilius cauendum eſſe, ne dum corpus eſca reficimus, damnum ei aliquod inferamus; quod ſepe fit dum nimis illud cibis infercimus ac diſtendimus neq. enim cohærere aut ratione conſentaneum eſſe, vt cũ tuendi corporis cauſa eſcas ſumimus per eaſdem ipſa ei rurſum bellum inferamus, impediendo ſcilicet ne diuinis parere præceptis poſſit, & functiones ſacras debitè ritèq. peragere. Hoc cogitetis velim Sacerdotes, ac videte, ne cibos, qui ad ſuſtentationem corporis inuenti, datiq. ſunt, ad eiuſdem nocumentum ruinamq. adhibeatis.

Gula noxia vtilis ſobrietas.

Atque vt gula & ingluuies multorũ malorum morborumq. cauſa ſunt, ita ſobrietas, & tem-

perātia magna afferre bona ſolent. Quin refert Hierony: [Legimus n. quoſdā articulari morbo & podagræ humorib. laborantes, proſcriptione bonorū ad ſimplicē mēſā, & pauperes cibos redactos, cōualuiſſe.] Quib. verbis edocet, Eccleſiaſtici, nihil eſſe crapula & cibi nimietate exitioſius, ſobritate verò victuſq. moderatione iucundius ac ſalutarius. Atq. in hanc rē magnū audiamus Gregoriū, dicentē, tūc Sacerdotū mēſæ verè charitate condiūtur, [cum in illis nulla abſētiū vita mordetur, nullus ex irriſione reprehenditur, & nō inanes in eis ſecularium negotiorū fabulæ, ſed verba lectionis ſacræ audiūtur.] iiſq. velut cōdimēto lectiſſimo cōdiūtur, [cū nō plus quā neceſſe eſt ſeruitur corpori, ſed ſola eius infirmitas reficitur, vt ad vſum exercendæ virtutis habeatur.

Diſt. 5. de conſec. ca. Legimus.

epiſt 37. l. 2. diſt. 44. c. eod.

Qualis eſſe debet Sacerdotum menſa.

[Nihil vilitatis, nihil immodeſtię admittit Sacerdotū cōuiuiū,] ait Tertullianus, ſed merā honeſtatē, & modeſtiā. [Nō prius diſrumpitur, quā oratio ad Deū prægustetur, editur quantū eſurientes capiūt, bibitur quātū pudicis eſt vtile: Deni que ita ſaturantur, vt qui meminerint, Deū etiā per noctē eſſe adorandū, ita fabulātur vt qui ſciant Dominū audire.] Hoc vos pacto vitā inſtituite Sacerdotes, talis veſtra ſit agendi loquendiq. ratio, atque ita ad primitiuæ Eccleſiæ morem quam proximè accedetis.

Sacerdotū conuiuia modeſta ſint.

In Apol. c. 39.

Inter ceteras Religioſorum ſuorū regulas Baſilius hāc eis quo ad mēſā præſcripſit, [Adhibēda in menſa neceſſariò vbiq. munditia eſt, atq. elegantia, ita vt nuſquā extra fines noſtros egrediamur.] Oſtendit magnus ille doctor, elegantiam atque munditiem omnibus, ſed imprimis Sacerdotibus, in menſa adhibendam eſſe.

In regul.

Sacerdotū menſę honeſtæ ſint.

Epiſt. ad Nepotiā.

Amplius quin etiā habet Hieronymus, vultq.

Sacerdotes, quam maximè fieri poteſt, ſæcularium conuiuia, menſaſq. Magnatum fugere, & nec eoſdē inuitare, [Turpe enim eſt, inquit, ante fores Sacerdotis Chriſti crucifixi, & pauperis, & qui cibo quoq. veſcebatur alieno, lictores cōſulū & milites excubare iudicemq. Prouinciæ melius apud te prādere, quā in palatio.] Luculentū vobis hoc documentū eſt, Sacerdotes, vocationi veſtrę minimè conſentaneum eſſe, tot magnatibus parare conuiuia, & toties apud vos vnctam fumare culinam ab exquiſitis ferculis renidentem.

Fugiant Magnatū menſas Sacerdotes.

Ibid. Sacerdos cōſolator ſit ſæcularium, nō conuiua.

[Conſolatores, nos potius inquit Hieron. in mærorib. ſuis q̄ cōuiuas in proſperis nouerint ſæculares:] certū nāq. eſt, Eccleſiaſticum breui contemni ac vilipendi, qui ſæpe ad ępulas inuitatus ſæcularium, eorum commercia non ſubterfugit, vnde inferre ſanctus Doctor vult, bonorum Sacerdotum eſſe, ſæcularibus potius, in tribulationibus, ad eorum conſolationem, ſuccurrere, quam eoſdem conuiuas habere.

Ibid. Sacerdos victum & veſtitum habens cōtentus ſit.

Idem quoque alibi ſed eodem ſenſu, licet non eiſdem verbis ait, ſi Domini pars ſum, & eius ſucceſsionis ſpes, aliamq. inter ceteras tribus hæreditatem non exoptem, decimis, Sacerdotis & Leuitæ inſtar; dumtaxat victitans, eiuſq. altari deſeruiens nonniſi oblatis ſuſtenter; habens victum, & veſtitum his contentus ero, & nudam crucem nudus ſequar. Egregium hoc documentum: ſequere anima mea cumq. tibi ad victum veſtituumq; neceſſaria ſuffecerint, omnem ſæcularem affectum exue, nihilq; amplius in mundo concupiſce.

Sacerdotis ſupellex modeſta ſit.

Poſt ſingulares hoſce Patres, prodeat iā cōmunis omnium vox in cōcilijs prolata. [vilem ſupellectilem (ait concilium Cartaginenſe quartum) ac vi-

ac victum pauperem habeat Sacerdos; dignitatiſq; largitoré meritis vitæ fideliter quærat.] Pudeat igitur ſacerdotes illos, qui ſub auratis dormiunt papilionib. byſſinis cooperiuntur tapetibus, et nõniſi argenteis in menſa vaſis vtuntur.

Concilij huius auctoritaté vſurpans ius Canonicum ait, [ſancta ſynodus non ſolum iubet, vt Epiſcopi, & Sacerdotes, modeſta ſupellectili ac menſa ac frugali victu contenti ſint, verum etiã in reliquo vitæ, & tota ſua domo.] Illi vero ſanctas haſce conſtitutiones prætergrediuntur, qui in familijs tãtam magnificentiam oſtentant, omneſq. modeſtiæ terminos tranſgreſſi nõniſi diſſolutionem & epulas conſectantur, quorumq. culinæ & penuaria Principũ ac magnatum domib. non concederent.

Sacerdotũ vita fragilis ſit.
Diſt.41.c. Epiſcopus.

Pœnitentiæ illud ſpeculum Hierony. ſcripſit ad Nepotianum ſuum, Sacerdotem qui delicias ſectatur, et in epulis voluptates ambit, a cælorũ regno recedere, ac damnationis æternæ viam ingredi,] Dũ delicias ſectamur, a regno cælorum retrahimur, [Ne igitur, Sacerdotes, a regno cælorum excidatis delicias nolite ambire.

Epiſt. 2.
Sacerdotes deliciæ a cælo retrahunt.

[Abſcindamus, ait Magnus Baſilius, a nobis eos cibos qui impugnare poſsũt, tũ verò etiã calidos, ne oleũ flammæ adiiciamus: fugiamus etiã delicatiores, & ſimplicioribus cõtẽti viuamus.] Illi vero ſancti Patris conſilia negligunt, qui nonniſi cõdiméta quærũt, piper, carya myſtica, aliaq. aromata calida cõſectãt, cũq. in ſe ipſis internè nõ parũ exæſtuent, artificialẽ quoq. & parariũ ardorẽ vltro arceſſant quẽ huiuſmodi cibi cauſantur.

Orat.6. de ieiun. & Climac. grad. 14.
Sacerdos cibos calidos fugiat

[Canonicorũ mẽſa, ait conciliũ Hildeshemenſe, ſit frugalis, & de cibis ſimplicib. non nimis delicatis, nec nimis groſſis; ſed medio temperatis

Canonici modeſte viuant.
cap. 14.

hoc quippe ad corporis ſanitatem non parũ conducit.] Sanctis hiſce decretis inſiſtentes Sacerdotes, modeſtiam, & frugalitatem in victu præferant, diſſolutionis porrò, & comeſſationem fugiant, nec rationis limites tranſiliant.

Ad fratr. de monte Dei.

Delicati cibi non quærendi.

Hinc de ſobrietate ſermoni finem imponens Bernardus ait, [De cõdimentis ſufficiat obſecro, vt comeſtibiles fiant cibi noſtri, non etiam concupiſcibiles vel delectabiles,] Hoc vobis norma ſit Sacerdotes, curioſa relinquite, ſobrietatem ſectemini, delicias fugite, conuiuia deſerite, epulas, & menſas regificas auerſemini, culinas vnctas deijcite, & mediocritatem & temperantiam debitam, quotidianamq. in menſa oſtendite.

CAPVT XV.

Sacerdotes ieiunent, & cilicium geſtent.

Ieiunij encomia.

Baſil. hom 1. de ieiun.

QVotquot de ieiunio ſcripſere, luculenta illi encomia epithetaq. dederunt; eſt enim aiũt animæ optima cuſtodia, corporis habitatio ſecura, fortibus viris munimentum & arma, ſanctorum militum clypeus, athletarum & certantium exercitatio: dixerunt ieiunio tentationes fugari, ad pietatem mentem excitari, ſobrietatis id comitem eſſe, temperantiæ magiſtram; per ieiunium in pace quietem, in conflictu & bellis fortitudinem dari; per ieiunium denique Nazarenos ſanctificari, Chriſtianos illuſtrari, Sacerdotes perfici, ac ſine ipſo nefas eſſe ad ſacrificium accedere. Atque hinc efficere volo, tunc Sacerdotes & perfectos & beatos eſſe, cum ieiunio membra domant, ſanctaq. ſe macerant abſtinentia.

Ieiunij effectus.

[Ieiuniũ, vt ait S. Auguſt. ſermone de ieiunio, purgat mentem, ſubleuat ſenſum, carnem Spiritui ſubiicit, cor facit contritũ, & humiliatũ, cõcupiſcẽtiæ prauæ nebulã diſpellit, libidinis fo-

mitem

mitem exſtinguit caſtitatis ſplendorem,& pudoris radios emittit.] Ieiuniũ igitur diligite Sacerdotes,ſi mũdum habere cor,ſenſus compoſitos, corpus Spiritui ſubiectũ,caſtitatẽ animi, & oẽs venereorum deſideriorum motus ſopitos velitis.

Eſt quidem,ait S. Petrus Chryſologus, vitiorum mors,vita virtutum,pax corporis,membrorum decus,ornamentum vitæ,robur mentium, vigor animorum,caſtitatis murus, pudicitiæ vallum,ſanctitatis arx, meritorum ſchola, & ſalutare vitæ Eccleſiaſticæ viaticum.Vnde concludo vos ſi ieiunio vos applicetis, internè pacem, victoriam de peccatis, in virtute gloriam, in actionibus meritum, & in tota vitæ ſerie honorem habituros. *Serm. de ieiun. & eleemoſin.* Ieiunij laudes.

Idem quoque alio loco ait, [ieiunium ſcimus eſſe Dei arcem, Chriſti caſtrum, murũ Spiritus ſancti, vexillum fidei,caſtitatis Signum,ſanctitatis trophæum,] Egregia profectò encomia,luculenti tituli, Sacerdotes, an non igitur ieiunium diligitis, an non abſtinentiam exercebitis? *in quodã ſerm.*

Diſcimus è libro Iudith,in obſidio Betulienſi, ſummum Sacerdotem Eliachimum, & omnes, qui ſacrificijs vacabant, quo furorem diuinum auerterent & Holofernis conatus ad nihilum reducerent,ieiunio ſe dediſſe,ſaccіſq.& cilicijs,mẽbra accinxiſſe. [Etiam ſi qui offerebant Domino holocauſta, præcincti cilicijs offerebant ſacrificia Domino.] Heroicum eſt &laudabile,imò expediens,& maximè neceſſariũ,ad diuinã iracundiã auertendã, & inimicorũ impetũ retundendum Sacerdotes ieiunio ſeſe macerare,cilicia induere,& omnes pænitentiæ actus facere. Sacerdotes in tempore belli ieiunent, & cilicium geſtent. *Iudith. 4.*

[Ego autem,ait de ſeipſo Pſalmograph. [cum mihi moleſti eſſent,] inimici,& aduerſariæ acies *Pſal. 134.*

Cilicium & ieiuniũ Sacerdoti imprimis neceſſariũ

importunius me inuadere conarentur, [indue-bar cilicio,] & vili membra ſacco cooperiebã. Ad regis huius exemplum, cordati Sacerdotes, cum caro, mundus, ac dęmonum inſolentius a-gere, & mouere lacertos incipiunt, ad ieiunia ve-lut ad aſylum conſurgere, & cilicio membra re-luctantia conſtringere debetis.

Ibid. Ieiunium ad reges humiliandos, & Sacerdotes.

[Humiliabam in ieiunio, ait idem Propheta, animam meam, & oratio mea in ſinu meo con-uertetur.] Regalis, vobis Sacerdotes inſtru-ctio, ſcilicet ad vos humiliandos ieiuniis eſſe o-pus & ſanctã pietatis exercitia clanculò peragen-da.

Oratio bona cũ ieiu. *Tobiæ* 12.

[Bona eſt oratio, ait Angelus Raphael apud Tobiam, cum ieiunio.] Hinc inferte, Sacerdotes eſſe vobis ieiunandum, ſi preces veſtras eſſe vultis efficaces.

Talis oratio inimicum profligat. 2. *Paral.* 20.

Ioſaphat Rex Iuda cum iam iam manum cũ hoſte eſſet conſerturus, & non mediocriter time-ret videns inimicorum aciem ante ſe conſtitutã, [totum ſe contulit ad rogandum Dominum, & prædicauit ieiunium vniuerſo Iuda;] hiſce armis munitus victoriam de hoſte reportauit, deque Ammonitis, Moabitiſque regni ſui inimicis tri-umphum egit. Notabile, & admirabile exem-plum, ad inimicos debellandos, peccataque profliganda ad Deum eſſe recurrendum, eius opem implorandam, orationeſq. noſtras ieiunio ſtipandas.

Eliachim Betulienſes ad ieiunium inuitat. *Iudith.* 4.

Magnus Pontifex Eliachim Betulienſes metu Holofernis Principis perculſos, hiſce verbis ad animos cõcipiendos adhortatus eſt: [Scitote quo-niã exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manẽtes permanſeritis in ieiunijs, in orationibus in con-

ſpectu

ſpectu Domini.] Satanas noſter Holofernes eſt, Sacerdotes, & ipſe Eliachimi perſonam hic agere volo, uoſq. adhortari, ſe in ieiunio & precibus conſtanter perſeuerauerit is, Deum preces veſtras exauditurum.

Scriptum in ſacris litteris eſt, Eſtherem reginam pro populi ſui ſalute liberationeq. Deum deprecaturam, veſtibus ſe regijs ſpoliaſſe, & lugubres feraleſq. encontra induiſſe, ieiunij ſq. corpus humiliaſſe. Veſtrum eſt, Sacerdotes omni tempore orare, proq. Chriſtianorum incolumitate Dominum deprecari, veſtrum quoque eſt indumenta ſuperba pretioſaq. exuere, quo vos ſacco cooperiatis, cilicium induatis, ieiunijſque membra, & inedia affligatis. Eſther ieiunado ſe humiliauit. *Eſt.* 14.

Tantam, ait Regius Propheta, pœnitentiam feci, tam crebris me ieiunijs maceraui, vt [genua infirmata] ſint, & exangue & exſiccum corpus traham. Hoc imitamini Eccleſiaſtici, templis dedicati, toties inquam ieiunetis, caro vt debilitet & labet, Spiritus vigorem & robur aſſumat, prauæ concupiſcentiæ edomentur, membraque humilientur, ac totum corpus id perſentiſcat. *Pſal.* 108.

Daniel in Babylonico carcere pro populi ſalute Deum exorans, ait ſe poſuiſſe faciem ad Dominum, rogaſſe, & deprecatum eſſe in ieiunijs, ſacco, & cinere. Mundus hic locus quidam captiuitatis & carcer eſt, Sacerdotes verò Danieles noſtri ſunt, horum eſt pro populo deprecari, ſed cum ieiunio, & coram Deo ſe proſternere lacrymabundos, ſaccis membra coopertos, & cineribus caput conſperſos. Daniel ieiunans orabat. *Dan.* 9. Sacerdotes, & lugeant & ieiunent ſuper fideles mortuos.

Dauid omneſq. Principes, & habitatores Iuda & Iſrael, audito Saulem regem, cum omni Iſraelitica

elitica, nobilitate occubuiſſe, totq. viros bellatores miſerè in bello hoſtili gladio concidiſſe. [Planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vſq. ad veſperam ſuper Saul & ſuper Ionatham filiũ eius,& ſuper populum Domini,& ſuper domum Iſrael.] Quotidie tot ſtrages,tot clades, tot regiarum animarum iactura, tantæ nobilitatis ruina, tot magnatum perditio mors,& peccatum tot in hoc mundo audiuntur. Porrò Prælatorum eſt, imò omnium Religioſorum, hic lacrymari tam triſti audito nuntio ingemiſcere,& ab aurora ad veſperam vſque pro regibus ac principibus, pro populo Dei, proq. vniuerſa Eccleſiæ domo ieiunare.

2. Reg. 1.

[Nunc ergo,dicit apud Ioelem, Dominus,cõuertimini ad me,] peccatores,a vitijs diſcedite, ad me accedite, [in toto corde veſtro,in ieiunio, & fletu, & in planctu.] Ad Sacerdotes hæc imprimis commonitio ſpectat. Recedite igitur,ſed quam fieri poteſt citiſſimè, imò & hac hora ab inquinamentis veſtris, & conuertimini ad Deum,cor illi veſtrum offerte,corpus auſteritate emacerate, ſuſpirijs pectus diſrumpite, & lacrymarum flumine oculi madeſcant.

Ioel. 2. Deus ſuos ad ieiunia & lacrymas hortatur.

Rex Niniuitarum & omnes eius Principes,Ionæ interminationibus auditis,quo diuinum flagellum ab vrbe,& fulmina damnationis a ceruicibus ſuis auerterent, generale per vniuerſam vrbem ieiunium indixere, vt non homines modò ſed & iumenta a cibo abſtinerent,atq. ita factum eſt vt & calamitatem imminentem effugerint,& propitium Deum inuenerint;[Homines, & iumenta, & boues, & pecora, non guſtent quicquam nec paſcantur,& aquam non bibant.] Allegoricus hiſtorię huius ſenſus eſt, Sacerdotes, &

Niniuitæ per ieiunium ſalutẽ & veniam adepti.

Ioan. 2.

tes & Præſules, cum Deus aduerſus populum ſuum exacerbatus eſt, iuſtitiæq. ſuæ fulmina euibrare paratus, qui Eccleſiæ Dei a conſilijs ſunt ieiunia indicere, ad penitentiam adhortari, cilicia, ad aliorum exemplum induere, & a cibo abſtinere debere, atq. hoc verum, & vnicum diuini furoris auertendi, animarumq. ſalutis parandæ medium eſt.

In Euangelio S. Marci diſcipulis ſuis ait Dominus; [Hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi in oratione, & ieiunio.] Sacerdotes dæmonum fugandorum, eijciendorumq. malignorum ſpirituum poteſtatem habent; at ſciant hoc ſine orationis & ieiunij adminiculo fieri non poſse. Ieiunium quippe dæmonum toxicum ac virus eſt. *Ieiunium necat dæmones.* *Marc. 9.*

Nautæ qui Ionam vehebant, quò ſe & nauem diſcrimini eriperent, nauem exonerarunt, omneſque merces eius alleuandæ cauſa in mare deiecerunt, [Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum ſuum, & miſerunt vaſa, quæ erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis.] Mundus hic mare quoddam eſt, Eccleſiæ nauis, tempeſtates vitia, nauigantes ipſi fideles, Sacerdotes nautæ. Vel potius, corpus hoc noſtrum Oceanus eſt, anima nauis, paſſiones venti, religioſus nauta; vt igitur, hic tuta ſit nauigatio, naufragium euitetur, tempeſtates quieſcant, ac redeat maris malacia, nauis exoneranda eſt, id eſt, corpus ieiunio exhauriendum, caro hæc delicijs priuanda, voluptates euacuandæ, omnia enim hæc nauem onerant, & magis magiſq. deprimunt. *Ioan. 1.* Anima vt tutò nauiget, corp' euacuandum.

Daniel

Corpus noſtrum idolum eſt cuius ſacrifici mundus & dæmon.
Dan.14.

Daniel Propheta ſacrificulorum Beli impoſturas detexit, atq. hoc Idolum euertit, cibos apponi clanculò ſolitos ſubtrahens, fanumq. eius cinerib. conſpergens, [Præcepit Daniel pueris ſuis & attulerunt cinerē & cribrauit per totum templum coram rege.] Corpus hoc religioſi, idolum quoddam eſt, diabolus autem & mundus illius miniſtri & ſacrifici, quorum ſi verſutias & technas detegere volueritis, hocq. idolum pedibus ſubſternere ac conculcare, cibi illi ſubtrahendi ſunt, cilicium ei imponendum, & cineribus conſpergendum.

Concupiſcentia ignis inextinguibilis.
ad Heliodor.

Flammæ exſtinguendæ, iuxta mentem S. Hieronymi, & incendij compeſcendi, nō melior ſuppetit ratio, quam lingna ſubtrahere, & fomenta auferre. Concupiſcentia noſtra Sacerdotes, incēdium quoddam eſt, ignis eſt, Aethna eſt, & nimia conflagratio, quę omnia in hoc corpore deſtruit ac deuaſtat, cibi fomenta ſunt, paſſiones fumi, vitia verò flammæ. Ad hoc igitur ignes exſtinguendos, nullum melius occurrit remedium quam nutrimenta & fomenta ſubtrahere, id eſt cibos minuere, dietam ſectari, ieiunium obſeruare, & pœnitentiam agere.

Inimici ſe dedunt de ficiente commeatu.
Diez in ſumma.

Solent inimici obſeſſi vltro ſe dedere & obſidentis beneuolentiam ambire, cùm commeatus inferendi ijs via intercluditur, & cum rerum penuria conflictari incipiunt: mundus, caro, Diabolus inimici veſtri iurati ſunt, Sacerdotes, cibi, eorum cōmeatus ſunt, qui mox vt auferūtur, cū ieiunijs premuntur, nihilq. quod comedant inueniunt, quamprimum iuſſa & imperata faciūt, principi ſe ſuo ſubiiciunt, caro rationi obtemperat, corpus animæ, omniaq. dein hæc Deo ſupremo Monarchæ.

Filius

Filius ille prodigus paterna domo egreſſus, & longinquam profectus regionem, quamdiu habuit quo ventri gulæq. ſatisfaceret, & cum meretricibus comeſſaretur licentius, nullo in patriam reuertendi deſiderio tenebatur, nec delictorum commiſſorum eum ſollicitudo cruciabat, at vt ſe neceſſitate preſſum vidit, fame propemodū enectū, & miſerijs circumuallatum, oculos aperuit, malū in quo verſaretur perſpiciens propoſitumq. fecit in patriā reuertendi, domum paternam adeundi, veniæ petendę, & miſericordiæ depoſcendæ, [In ſe autem reuerſus, dixit, Quanti mercenarij in domo patris mei abūdāt panib. ego autem hic fame pereo, ſurgam, & ibo ad patrem.] Myſticum parabolæ huius ſenſum expoſiturus dico, Sacerdotes, ſæpe vos prodigos agere voſq. à Dei patris illius cęleſtis cultu obſequioq. abſtrahendo in longinquam mundi regionem ſecedere, in qua quamdiu ridendi, comeſſandi, conſortiaq. frequentandi ſuppetit materia & occaſio, numquam vos de ad benignum Deum reuertendo, domum veſtram repetendo, officijſq. veſtris incumbendo cogitare, atq. ſi corpus hoc durius tractetis, ſi fame emaceretis, ſi delicias ſubtrahitis, ſi quadrageſimale illi ieiunium imponatis, morigerum mox, obediens, & delictorum pænitentia doloreq. tactum videbitis, atque tunc mundi deſerendi & ad patrem clementiſſimum, miſericordiæ depoſcendæ cauſſa redeundi animum concipietis.

Luc. 5.

Fames prodigum ad patrem cō pulit.

Eſſe refert apud Antipodas herbam Plinius, quæ in fæcundo, feraci fertileq. conſita ſolo, emoritur, coloremq. & viuacitatem amittit; ſed in deſerto, arenoſo, ſteriliq. quam primum virorem vigoremque aſſumit, & creſcendo luxuriatur.

Herba quædam, quæ in terra fertili e moriatur in ſterili creſcat.

riatur, Anima veſtra, Clerici cæleſte quoddam germen eſt, quę in pingui voluptatum agro con ſita, flacceſsit, perit, vitalemq. ſuccum amittit: in deſertis verò locis pænitentiæq. arena plantata, ſteriliq. & emarcido ieiuniorum territo rio, creſcit, ſurgit, & mirabile incrementum ſumit. Hæc ſcilicet ei terra placet.

Matt. 5. Qui ieiunant beati ſunt.

[Beati, inquit apud Matthæum Dominus, qui nunc eſuritis, quoniam ſaturabimini,] beati qui hac in vita ieiunatis, quia in altera voluptate perpotabimini; Beati hauddubiè vos religioſi in hac mortali vita, ſi ieiunium colueritis, famemq. in Dei obſequio toleraueritis, nam merces veſtra in cælo ampla, & lauta erit.

2. *Cor.* 6. Sacerdotes Paulus ad ieiunãdum inuitat.

[In omnibus, ait ad Corinthios Apoſtolus, exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in ieiunijs.] Is verò egregio Sacerdotis nomine indignus viuit, ſeſeq. Chriſti miniſtrum non exhibet, qui ieiunio non incumbit, pænitentiamq. non agit.

Sacerdotes ſæpius ieiunẽt, q̃ ſæculares. *Diſt.* 4. *c. ſtatuimus.*

[Sicut diſcreta eſſe debet vita clericorum a laicorum conuerſatione, ita & in ieiunio debet eſſe diſcretio,] ait *S.* Papa Teleſphorus, id eſt quemadmodum *S*acerdotes ceteris viuere debẽt ſanctius, ita quoque alijs ieiunẽt frequẽtius.

Sacerdos qui ieiunium indictum violat puniri meretur. 1. *Reg.* 14. *Ambroſ. ſerm.* 15.

Ionathas Princeps iuuentutis Iſraeliticæ cùm inſcius paternum præceptum tranſgrederetur, & die, quo Pater ieiunari præcepiſſet, cibos ſumpſiſſet, ad mortem condemnatus eſt; ſeuera profectò ſententia. Quid igitur Sacerdos merebitur, qui ſciens, volenſq. Dei ſui præceptum tranſgreditur, atq. ij imprimis, qui ieiunia indicta violant.

Quid ſit verum ieiunium.

Ieiunium appello, ait Magnus Gregorius, cũ cibi ſumendi hora non præuenitur, vti Iona-

thas

thas præuenit: quãdo delicatiores epulę nõ quęruntur, vti Hebræi; cum in coquendo non quæritur induſtria aut condimenta, vt filij Heli; cum ſuperflua non ambiuntur vt Sodomitæ, denique quando non omnia vilia comeduntur, vt profanus Eſau. Haſce conditiones ieiunij obſeruate ſacerdotes, & perfectè ieiuniũ ſeruaueritis.

p. 3. Paſt. admon. 20 *& moral. li.* 20. *c.* 13.

Caſſianus, S Baſilius, & Gregorius Pontifex hac de re agentes dixere, Sacerdotes ieiuniũ ſed diſcretum, & iuxta ætatem & vires commenſuratum exercere debere. [Generalis hic continentiæ modus eſt, vt tantũ ſibimet cibi vnuſquiſq. concedat, quãtũ ſuſtentatio carnis, non quantũ deſiderium ſaturitatis expoſcit.] Docere volunt, Sacerdotes in ieiunando diſcretos & prudẽtes eſſe deberet & non amplius quam corporis robur & vires permittunt, ieiunare.

Sacerdotes ieiunent pro ut vires ſuſtinere poſſunt.

Col. 2. *c.* 22 *in conſtit. monaſt. c.* 5. *Lib.* 20. *moral. ca.* 31.

Eandem opinionem ſecutus Hieronymus ait, [Tantũ tibi ieiuniorũ modũ impone, quantũ ferre potes, noli quid vltra vires hic conari, ieiunia tua pura ſint, caſta, ſimplicia, moderata, non ſuperſtitioſa, non temeraria.] Hinc diſcite Sacerdotes, ieiunia veſtra diſcreta, ab omni ſuperſtitione remota, & prudentiæ innixa eſſe debere.

Sacerdotum ieiunia diſcreta ſint.

Epiſt. 2. *ad Nepotian.*

His ſuffragator accedit Gregorius, duo dicẽs, ſcil. abſtinentiæ virtutẽ nullã eſſe, cũ corpus non tantũ quantũ poſſumus caſtigamus; vel male illã ordinatã eſſe cũ nimia id abſtinentia enecamus. [per abſtinentiam quippe carnis vitia ſunt extinguenda, non caro, aut corpus penitus occidendũ.] Dicere vult quantum colligere quidẽ datur, Eccleſiaſticos diſcretionẽ & prudẽtiam ieiunijs ſuis comites addere debere, itaq. abſtinere, non vt corpus interimant, ſed vitia extinguant, & prauos apetitus fomites ſupprimant.

Ieiunia vitia extinguant, tamen non opprimãt.

Lib. 20. *moral. ca.* 31.

Tunc

Tunc verum & perfectum ieiunium eſt quando exterior homo ieiunat, & interior interim precibus incumbit: tunc enim oratio cælos penetras cum ieiunium comitem habet, tunc quoq. homo Spiritualis penitus redditur, Angelis quam proximè accedit, liberiuſq. ſe cum Deo coniungit. Adeò vt ieiunia bonis operibus ſtipata Deo gratiſſima ſint, at qui a cibis abſtinent, & vitā improbam agunt, dæmones imitantur, quibus eſca non eſt, & nequitia ſemper eſt. E quibus omnibus concludo, Sacerdotes, tum animo tum corpore ieiunandum eſſe, aq. cibis abſtinendo ſimul & a vitijs abſtinendum: atque hic ſtatus eſt vitæ religioſæ.

Verum ieiunium q ſit.

Iſidorus l. 2. de ſum bon. c. 44.

CAPVT XVI.

Sacerdotes vigilent, quotidieq. conſcentiam examinent.

DAuid Rex virtutis & ſanctorum exercitiorum ſtudioſus quam qui maximè, regni negotia reponens de ſe ipſo teſtatur. [Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar & ſcopebam ſpiritum meū.] ſi reges negotijs preſſi, & rerum quotidie in regni adminiſtratione occurrentium mole fatiſcentes, conſcientiæ ſtatū ita excutiebant, quid Sacerdotes procul a mūdi turbine ſequeſtrati, & a negotijs ſæculi liberi, facient? an non illorum eſt facta cogitataq. excutere, meditationi incumbere, vitam ſpiritualiter inſtituere, ſingulaſq. noctes vigilando orandoq. traducere?

Dauid ſingulis noctibus vigilabat.

Pſal. 78.

Pſal 118.

Idē quoque alio in loco ait, non modo de die tui recordatus ſum Domine, ſed [memor] etiam fui nocte nominis tui, & cuſtodiui legē tuā] id eſt

media

media nocte ad te celebrandum dilaudandumque ſurrexi. Sacerdotes, qui reges quidam ſpirituales ſunt hoc modo vitam inſtituere par eſt, nec illis ſufficiat Deum toto die deprecari, ſed de nocte quoque illum laudent, & in tenebris, velut in vmbraculo, diuinum ſibi numen propitium reddant. Sacerdotes nocte Deum di laudent.

Nec ſatis illi id fuit feciſſe, ſed eodem quoq. ceteros omnes inuitauit dicens, [In noctibus extollite manus veſtras in ſācta, & benedicite Dominum.] Sacerdotibus hoc dictum eſt, quorum eſt, etiam noctu cor & manus ad Deum ſuſtollere, inque lunæ ſplendore Deo benedicere. *Pſal.* 133. Sacerdotes cor & manus de nocte ad Deum ſuſtollant.

Eandem adhortationem etiam adhibet Ieremias dicens, [Conſurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde ſicut aquam cor tuum ante cōſpectū Domini, leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame.] Vobis hoc occino, Sacerdotes: vos enim vult noctu de ſtrato ſurgere, occulos adaperire, manus ſurſum ſuſtollere, aſſiduoque pro animarum ſalute deprecari. *Thren.* 2. Vigilent & orent pro animarū ſalute.

[Vigilate & orate] (ait diſcipulis dormitantibus Dominus) [vt non intretis in tentationem.] Edocere ita volebat, vigilias & orationes infinitè neceſſarias eſſe, atque imprimis Sacerdotibus, vt ita tentationibus reſiſtant, atque omnem infernalem impetum propulſent. Vigilię & preces tētationes impediūt *Mat.* 26.

[Vigilate,] ait alius Euāgeliſta, [videte, orate, neſcitis enim quādo Domin⁹ dom⁹ veniat, ſerò an media nocte; an gallicātu, an mane, ne, cū venerit repētè, inueniat vos dormiētes.] Vobis eadē Chriſtus inſuſurrat Clerici, vigilate & excubate in Eccleſijs veſtris, neſcitis enim quādo magnus ille magiſter vēturus ſit, an in veſpera ſene- *Mar.* 13. Sacerdotes vigilātes Domi nū ſēper exſpectēt.

T ctutis

ctutis an ſub auroram iuuentutis, an verò in meridiano virilis ætatis calore: vigilate inquam, ne vos ſtertentes & ſopore diſtentos inueniat.

Luc. 12. [Vigilate.] ait D. Lucas, [omni tempore orantes:] quod benè exponendo dico, illos veros Apoſtolorum imitatores eſſe, ſemper qui vigilant, & vigilias ſuas precibus exornant.

Qui vigilant Apoſtolorum imitatores.

[Si non vigilaueris,] interminatur in Apocalypſi Dominus, [veniam ad te tamquam fur, & neſcis qua hora veniam ad te.] Haſce minas perhorreſcite Sacerdotes, & cogitate vos, ſi non vigilaueritis, ſed ſomno ſepulti altùm dormiueritis, à diuina iuſtitia inopinantes nihilque minus cogitantes opprimendos.

Apoc. 3. Dormiētes à diuinis iudicijs præueniūtur.

Iacob Patriarcha ſoceri ſui Labani ingratitudinem coarguens, & obſequia quæ tanto annorum ſpatio in illum contulerat, recenſens, vigilias ſuas illi imprimis retulit: Quid, inquit, hæccine merces tot tantorumque laborum hęccine remuneratio tanti ſudoris? [Die noctuq. æſtu vrgebar & gelu, fugiebat ſomnus ab oculis meis, [tuaſque vt oues conſeruarem nullo non tempore, etiam nocte intempeſta excubaui. Bonorum hic Sacerdotum imago eſt, & ſedulorum prælatorum ſpeculum; horum ſiquidem eſt noctu & interdiu excubare, varias moleſtias ſuſtinere, gregem Chriſti tueri, & numquam in officij ſui functione indormiſcere.

Iacob pręſulū imago. *Gen.* 31.

Dauid clanculò Saulis caſtra explorator ingreſſus, regiumq; ſchema exutus, excubitores omnes ſtertentes inuenit, Abnerem militiæ totius pręfectū ceteroſque duces acriter corripuit dicens, [Viuit Dominus, quoniam filij mortis eſtis vos, qui non cuſtoditis Dominum veſtrum Chriſtum Domini.] Hanc hiſtoriā velut allegoricam

Prælati qui ſuper gregem Chriſti nō excubāt, mortē merentur. 1. *Reg.* 16.

ricam enodans aio, Sacerdotes & Epiſcopos, qui inimicum in Eccleſiæ caſtra ingredi ſinunt, virtuteſque quæ fidelium arma ſunt, diripere, animaſque voluptatibus ac delicijs indormiſcentes diſcrimen adire, morte dignos eſſe, tantaque functione dignitateque indignos.

Prælati ſũt cuſtodes vineæ Eccleſiæ. *Cant.* 1.

Sponſus ille in Canticis dignitatem & functionem ſuam recenſens, ait ſe conſtitutum eſſe cuſtodem in vineis, ad perpetuò vigilias agendas, [Poſuerunt me cuſtodem in vineis] Myſticè hoc expoſiturus, dico vinea deſignari Eccleſiam, eius autem cuſtodes & excubitores eſſe Sacerdotes & Præſules: quare ſemper vigilent, impediantque ne hanc hæreditatem animalia & feræ depaſcant.

Epiſcopi Eccleſiæ excubitores. *Iſai.* 16.

[Super muros, tuos,] ait per Iſaiam Deus, [Hieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt,] impedientque ne quis vallum tuum transſcendat, ſolet in ſacris Litteris Ieroſolymæ nomine Eccleſia denotari, cuſtodes autem in muris conſtituti, ſunt Sacerdotes & Epiſcopi, illos autem loco eos Deus conſtituit, ſemper vt vigilent, & explorent, num inimicus in procinctu ſit, vt inclament ſi quod imminere diſcrimen viderint, impediantque nequis ad muros accedat, adeò vt perpetuò vigilandum ſit.

Dauid mane ſurgebat ad orãdum. *Pſal.* 62.

Dauid ad regiam dignitatem promotus tantam ſubditorum curam habebat, regnique negotia tam gnauiter adminiſtrabat, vt diceret, [Deus Deus meus ad te de luce vigilo] id eſt, iã inde ab eo tẽpore quo me ad regnũ vocare dignatus es, non dormio, non quieſco, imò ne de nocte quidem, ſed ſummo mane expergefactus ad te exclamo, preceſque meas ad te dirigo. Qui

verò ad Sacerdotium, regnis omnibus eminentius vocatus eſt, tanto animarum iuuandarum ardore flagrare deberet, Eccleſiæque negotia tam gnauiter & ſedulò adminiſtrare, noctes & dies vt vigilare deberet, ſummoque mane ſurgendo, ad regis huius exemplum coram Deo ſe proſternere, ſuaſque illi preces offerre.

Iſaias manè ſurgebat & uigilabat de nocte.

Hoc autē modo Iſaias Propheta ſe vixiſſe ait, *Anima*, inquit, [mea deſiderauit te] Deus meus [in nocte, ſed & in Spiritu meo in præcordijs meis de manè vigilabo ad te.] Prophetam hunc imitari deberet bonus Eccleſiaſticus, inque anima ſua ſingulis noctibus Deum quærere, eique ſummo mane vota offerre, corā maieſtate illius vigilādo, non verò in multam lucem ſtertendo.

Qui uigilias amat, cordatum ſe oſtēdit. *Eccleſ.* 39

Sapiens probum virum eiuſque merita deſcribens, inter cętera in eo laudat, quod in vigilijs ſit aſſiduus, dicens, [Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculò,] alijſque dormientibus animo vigilabit. Sacerdos igitur ſapiens ac probus eſt, qui libenter vigilat, & improbus è contrà & inſipiens, qui ſomno deditus, in lectulo ad meridiem vſquè decumbit.

Prelati uigilāti uirgæ Ieremiæ collati. *Thren.* 1.

Inter cæteras viſiones, virgam vigilantem vidit Ieremias, virgam oculatam & circumſpiciētem, [Virgam vigilantem ego video.] Equidem aliorum interpretum expoſitioni innixus dicere auſim, myſtica hac virga Sacerdotes & Præſules denotari, quorum eſt virgarum inſtar plebem caſtigare, animas gubernare: ſed virgarum oculatarum & vigilantium; horum enim partes ſunt oculos ſemper patentes, & diligentem Eccleſiarum curam habere.

Leones oculis apertis dormiunt.

In magnifici templi à Salomone conſtructi fabrica circum mare æneum fuſile boues & leones

leones & Cherubin effingi voluit Deus, [Et inter coronulas & plectas, leones & boues & Cherubin.] Ingens myſterium, cuius hic eſt ſenſus. Sacerdotes & paſtores qui in medio Eccleſiæ, velut eximiæ quædam picturæ ſunt, Cherubinorum inſtar eſſe doctos, ac boum inſtar laborare, leonum inſtar vigilare debere; leones quippe oculos nunquam claudunt, & quamuis dormiant interdum, non ideò tamen palpebras occludunt. *3. Reg. 7.*

Quàm meritò Ionas reprehenſus fuit, quàm graue delictum admiſit, quòd grauiſſimis tempeſtatibus agitata naui & nautis perplexis, non allaborauerit, auxilium cæleſte non implorarit, ſed in nauis fundo dormierit ſecurus; [Et facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri, &c. & Ionas deſcendit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui,] ſimilem hauddubiè Sacerdotes & Prçſules erorem committunt, dormionique huic perſimiles ſunt, cum tempeſtatibus & perſecutionibus Diui Petri cymbam circumfrementibus exagitantibuſque & ſalute animarum in communi naufragij diſcrimine verſante, intra voluptatum latebras deliteſcunt, delicijs indormiſcunt, cum remigare potius, aduerſus peccata debacchari, hæreſes exagitare, Euangelium tueri in Eccleſiæ naui oporteret. Prælati dormientes Ionæ cōparati. *Ioan. 1.*

In Parabola illa Euangelica, in qua de ſemine mentio habetur, dictum eſt, inimicum hominem poſtquam Paterfamilias bonum ſemen in agro ſuo ſeminaſſet, dormientibus hominibus zizania ſuperſeminaſſe; [Cū dormirent homines, venit inimicus homo & ſuperſeminauit zizania.] O noxium ſomnū! ò ſoporem infor- Dormientibus prçlatis dæmō zizania ſeminat. *Mat. 13.*

tunatum! docemur hic Prælatis & Epiſcopis dormientibus, diabolum diſcurrere, inimicos latebris egreſſos omnia hæreſum, vitiorum, diſſolutionumque zizanijs replere, Eccleſiæque agrum noxia ſemente conſerere, in quem olim bona Euangelij ſementis coniecta fuit.

S. Petrus quod vigilare nó potuerit corripitur.

Mat. 26.

Apoſtolus Petrus pridiè quàm feralis paſſionis tragœdia perageretur, à Domino in Horto oliuarum reprehenditur quod vigilare ſecum non potuerit, ſed à ſomno victus ſuccubuerit; audite enim, [Non potuiſti vna hora vigilare mecum:] Eheu, Pontifices, & Epiſcopi ſancti Petri ſucceſſores, eiſdem Domini verbis coargui meremini, acuque verborum aculeo taxari, quòd, Iuda inſidias moliente, Chriſto in diſcrimine verſante, Eccleſia afflicta, altùm ſtertatis, Quid prælati! non poſſetis vna hora vigilare cum Chriſto?

Apoſtolus Corinthios ad vigilãtiã excitat.

1. Cor. 26.

2. Tim. 4.

Apoſtolus Corinthijs ſcribens ait, [vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini.] Cogitate vobis hæc perſcripta eſſe, Sacerdotes, vigilate, ſtate in religione, viriliter agite, nec leues vos aut inſtabiles oſtendite.

Inter cætera præcepta Catholicaſque inſtructiones, quas Timotheo ſuo perſcripſit idẽ Apoſtolus, [Tu verò uigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſteriũ tuum imple.] Idem vobis vt dicam, Sacerdotes, ſinite dormire ſeculares; vos verò, qui Eccleſiæ excubitores eſtis, cuſtodes ſponſi, noctes integras vigilando impendite, vigilate diligenter, in omnibus laborate, miniſteriumque veſtrum implete.

Vigilias Apoſtolus Petrus docet.

Pet. 5.

Apoſtolorũ Princeps, & ſummus Ieſu Chriſti in terra vicarius, fideles ad vigilandum adhortãs ait, [fratres ſobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius

uerſarius veſter diabolus orauit quem deuoret.] Quantum quidem colligere poſſum, vobis magnus hic pontifex loqui videtur; Sacerdotes, eius monentis conſilijs, obſecro, acquieſcite, ſobrietatem & vigilias conſectemini, honeſtè vitam inſtituite, voſque ipſos circumſpicite. Habetis enim inimicos qui ſemper in inſidijs verſantur, voſque vt deuorent, circumgyrant.

Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus ambulet, & videāt turpitudinē eius.] Beatus inquam Religioſus & Sacerdos qui ſemper vigilat, quique veſtimenta, id eſt, virtutes cuſtodit, ne illis infelici quodam ſomno amiſſis nudus inueniatur, ac proinde nudus fugere teneatur, Dei ſui gratia deſtitutus, omneſque illius peccatum, turpitudinem, flagitiaque commiſſa videant. *Beati qui vigilant. Apoc. 16.*

Verè inquam vigilandum; nam, vti Patres non pauci teſtantur, nocte ad ſapientiam nihil commodius: hac enim per ſæpè de Deo cogitamus, lectioni contemplationique diuinarum ſcripturarum vacamus, cantamus, Pſallimus, & precibus Deum obſecramus. Vnde omnium ſuffragio certum eſt, noctem ad orandum, meditandum, aliaque ſancta exercitia peragenda percommodam eſſe. *Nox propria ad orādum. Cyrill. Ierosol. catechiſ. illuminat. 9. Bernard. ſerm. 86. Baſil. orat. 2. de precat. In Bach.*

Dixit olim non inſcitè Euripides, [Habent religionem tenebræ.] Nox enim & tenebrę deuotioni & pietati conciliandæ conducunt, & ad ſancta religionis exercitia percommodæ, maximè in Sacerdotibus. *Nox habet religionem.*

Quam aſſiduè vigilabat Hieronymus! Hinc de ſeipſo ſcripſit alibi, [Cōſuetudinē meam noſti, breuiſſimo ſomno vtor, & quaſi interuigilo.] Sāctum hunc anachoretā imitamini Sacer- *Vigilabat aſſiduè S. Hieronymus.*

dotes, moderatè dormite, horaſque veſtras diſcretè metiamini.

Sua det religioſus Caſſianus, nonniſi quatuor horas dormiendum: at hic ſeruanda mediocritas & moderamen, tamque in vigilia quàm in ſomno prudenter agendum: ſi enim limites tranſiliant & excedant, vtrumque noxium eſt, & corpori detrimentum ſanitatique adfert, idque ex mente Hippocratis. Quietem igitur veſtram moderamini, Sacerdotes, horas tum vigiliæ tum ſomni dirigite, extrema ne ſequamini, ſed auream mediocritatem ſectemini.

Collat. 12 Diſcretio in vigilando adhibenda. *Aphroriſ. l.* 2. *c.* 3.

Circumſpiciendum etiam eſt Sacerdotes, ne planè dormiatis, id eſt, ne ſomnus veſter, non iam lenimentum & quies defatigatorum, ſed corporis ſuffocati ſoporatique ſepultura ſit, & non iam ad corpus reſtaurandum vireſq. reparandas conducat, ſed eiuſdem mors ſit & ruina: [ſuſpecta enim res eſt ſomnus, & magna ex parte ebrietati ſimilis,] docere hic Eccleſiaſticos & Religioſos voluit, non eſſe adeo profundè dormiendum, vt quin corpore quieſcente animæ ſaltem vigilent.

Bernard. ad fratres de monte Dei. Sacerdotū Somnus nō ſit profundus.

Nec ſatis eſt vigilare, ſed conſcientia etiam examinanda eſt. Nam vt Mercurius Triſmegiſtus ait, [Deus, ipſe mens, iuſſit vt homo mentis particeps ſeipſum animaduerteret.] Et ſanè examen hoc & excuſſio ſui magni refert, atque Sacerdotibus maximè neceſſaria eſt.

In Pimādro.

Magnus pontifex Clemens ait, Apoſtolum Petrum prædeceſſorē ſuum diſcipulos ſuos edocuiſſe, ſingulis vt horis commiſſa hora præterita examinarent, de Deo vbiuis locorum cogitarent, & animoſe in Chriſto Ieſu malas cogitationes retunderent & comminuerent, Sacerdo-

Docebat S. Petrus ſuos examinare conſcientiam. *Epiſt.* 1. *ad Iacob.*

cerdotique eaſdem reuelarent. Quod glorioſus Apoſtolorum princeps ſuos edocebat diſcipulos, ab omnibus ipſe crediderim eſſe faciendũ, & imprimis à Sacerdotibus.

Completo iam die, ait magnus Baſilius, omniq. opere tum corporis tum ſpiritus etiam abſoluto, præclarè fiet ſi vnuſquiſque antequàm cubitum ſecedat cum animo ſuo conſcientiã exquirat, num quid indignum aut nefariũ fecerit cogitaritq. num in orando fuerit attentus, ac ſibi præſens, ſi cũ tædio cantauerit, ſi aliquo vitæ coloris deſiderio flagrarit. Et ſanè euidés pietatis argumentũ maximaq. dignũ laude, ſi Sacerdotes die exacto negotijsq. cõfectis cõſcientiæ ſtatũ excutiant, vt videãt ſcilicet in quo offenderint, ac quomodo id pęnitentia ſint purgaturi.

Hom. 1. de inſtit. monach. Conſcientiã veſperi examinare pręclarum. *De interiori domo.* S. Bern. doctrina.

[Diſce præeſſe,] ait S. Bern. [vitam tuam ordinare, mores tuos cõponere, temetipſum accuſare nunquam excuſare; te ſępius condemnare, vindictam punitionemq. de te ſumere.] Hoc ſeruate Sacerdotes, vos ipſos ordinate, actiones veſtras excutite, delicta corripite, negligentias caſtigate, iudices veſtri, & exactores eſtote, vitamque veſtram excutite.

Itẽ S. Baſilij. *De abdicatione rerum, & Bonauẽt. de purit. conſc. 1. l. 17.*

Melius quin etiam S. Baſilius [ſtudioſe,] inquit, [operam dato, vt melior in dies exiſtas, idque fiet ſi quotidie quæ egeris dixeriſque excuſſeris, & examinaueris, cumq. anteacta vita contuleris. Egregium perfecto Sacerdotibus documentum, quo edocentur quotidiana opera examinanda, ponderanda, ſemperq. ad emendationem aſpirandum.

Item magni Gregorii. *Lib. 19. Moral. c. 13. & l. 22. c. 9.*

Audiamus de eadem re loquentẽ Gregoriũ Cogitationes, inquit, iuſtorum nonniſi iudicia ſunt; à mundi enim turbis, & inquietudine ſe

reuocan-

reuocantes ad cor accedunt, ibique in rationis tribunali conſidentes ob oculos ſibi ponũt, tum ſe, tum proximum, ac ſententiam illam legis excutientes, [Quæcunque vultis vt faciant vobis homines], & vos facite illis: ſicque diſtricto iure atque iudicio cauſam ſuam, & proximi iuxta tabulas diuinæ legis in foro cordis examinant. Omnia hæc edocere volunt, Sacerdotes ſi iuſti haberi velint, & probi, quotidiè cauſam ſuã negotiaq. propria examinare, factorumq. iuſtitiã, & æquitatẽ rigido examine in conſcientię ſubſellijs exigere debere.

Id fecere etiam gẽtiles. *Seneca li. 3. de ira c. 36.* Nec ſolũ id facere ſuadent Patres, ſed etiam Ethnici, in quo Chriſtiano dignè mihi locuti videntur: atque inter ceteros ait Seneca Sextium magnum profectò in republica virũ, con ſummato die ſe ad nocturnam quietem recepiſſe, animum ſuum interrogare ſolitum, dicentem, Quid hodie commiſiſti? cui malo remedium oppoſuiſti? quantùm vitam emendaſti tuam. Quid Eccleſiaſtici, an non infideles hos imitamini, & prius quàm ad quietem vos componatis, ad eorum imitationem, tranſactæ diei commiſſa excutietis? Scitote verò, ſi id diligentes præſtiteritis, & in eo perſeueraueritis, in dies vitam in melius commutaturos: ille ſiquidem malè agere non audet, qui ſe quotidie corã iudice cogitat aſſiſtere debere.

Vir bonus ſe quotidie examinet. *Virg. in viro bono.* [Vir bonus, & ſapiens,] &c. ait Poetarum princeps.

Non prius in dulcẽ declinat lumina ſomnum,
Omnia præterita, quàm excuſſerit acta diei.

Equidem audacter poſt Poetam hunc dixero, Sacerdotem virum bonum dici non poſſe, ſi quotidie actiones ſuas, & conſilia excutiendo

con-

conſcientiam diligenter non examinet.

Quotidie bis precari ſolẽt, ait Philo Iudæus, Chriſtiani, mane ac ſub veſperam: oriente ſole Deum orãt, dies vt illis futurus fæliciter cedat, animæq. cæleſti lumine repleantur; occidente verò ac ſub diei occaſum, vt animus ab omnibus negotijs diurnis iam liberatus, & ſenſibus compoſitis, rerumq. imaginariarum onere excuſſo, tranſactæ diei actiones examinet, inq. domeſtico conſiſtorio veritatem exquirat. O ſanctam piamq. conſuetudinem! Hanc vos obſeruate, Sacerdotes, hoc modo vitam inſtituite, veteres Chriſtianos in hoc imitemini, rationẽ à vobis ipſis de omnibus actionibus depoſcite, & conſcientias ſedulò excutite. Veterum Chriſtianorũ conſuetudo. *Lib. de vita ſuppl.*

CAPVT XVII.

Sacerdotes in cultu nitidi, & honeſti ſint.

OMnis veterum ſanctorum diligentia curaque imprimis in eo ſita ſemper fuit, vt Seraphicus tradit Bonauentura, vt hominem interiorem, qui regis ſui imaginem ac Dei inſignia præfert, quàm maximè excolerent, efformarẽt, ſeſeque huic vni exornando totos dabant, cultu ornatuq. exterioris hominis velut inani, caduco, ſuperfluoq. neglecto. Horum exemplo Sacerdotes diſcant, & Religioſi quamprimùm veſtium cultum ſuperfluum, & quidquid ad externum corporis ornamentum ſpectat contemnere, & interiori dũtaxat pulchritudini adaugendæ, ad veterum imitationem ſtudere. Veteres ſancti vni co homini interiori ornando ſtudebant. *Inpharet. c.4.c.35.*

Tria ſunt teſte Sapiente quæ hominis interiora produnt, [Amictus corporis, & riſus dẽtium, & inceſſus hominis enunciant de illo.] Et ſanè è tribus hiſce argumentis exterioribus de interno In tribus homo cognoſcitur. *Eccl. 19.*

terno homine dijudicare poſſumus, & præſertim de Sacerdotibus, ac maximè è veſtitû: ſi enim is modeſtus ſit, quam primùm de illius virtute diiudicare licet, ſi verò diſſolutus, & laſciuus, mundanus & improbæ vitæ eſſe dignoſcitur.

Veſtes pretioſæ nõ Sacerdotũ, ſed aulicorũ ſunt. *Mat.* 13.

[Quid exiſtis in deſertum videre,]ait in Ioãnem Baptiſtam, præconia regerẽdo Dominus, [hominẽ mollibus]& pretioſis[veſtitũ?]nequaquam:[ecce qui mollibus veſtiũtur in domibus regum ſunt.]Egregia hac filij Dei ſententia ornamenti ſuperfluitas, & pretiũ reprehenditur; è qua etiam diſcimus, aulicorum, & purpuratorum eſſe egregias, pretioſas, mollesq. veſtes conſectari, non verò ſanctorum Sacerdotum.

Gen. 3. Primus homo pelle animalium tectus.

Prima veſtis, quam Deus protoplaſto parauit fuit è mortuorum animalium pellibus, non verò è ſerico, & byſſino auro intertexto,[fecit quoque Deus Adę, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.]Quo denotare voluit, ſapientis eſſe, & imprimis Sacerdotis, & Religioſi, non alias veſtes quàm luctus, & mortificationis geſtare debere, atque illos verè à Deo veſtiri, & ornari qui tales ſibi veſtes parant.

Iacob ſub ueſte Eſau benedictionẽ meruit patris. *Gen.* 29.

Inſigne miraculum, & rarum profectò fuit, Iacobum veſte Eſau fratris indutum paternam ſibi benedictionem, iusque primogenituræ comparaſſe,[Et ueſtibus Eſau ualde bonis, quas apud ſe habebat domi, induit eum,]&c. ſed magis etiam mirandum eſt, ſi ſub ueſte mundana, pretioſa, profana, Sacerdos, & Religioſus Deo placere, benedictionemque patris cæleſtis ſibi mereri poſſit.

Vt uerò Sacerdotum ueſtis non debet eſſe ſuperflua, & uana, ita nec ſordida aut contem-

pta; iu-

pta; in huius rei ſignum iubetur Pontifex Ieſus, ſordida indutus, ueſtem commutare, ſeſeque angelico conſpectu dignius conueſtire: [Et Ieſus erat indutus ueſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem Angeli, qui reſpondit, & ait ad eos, qui ſtabant coram ſe dicens, Auferte ueſtimenta ſordida ab eo.] Exemplum egregium, & eius quod iã ago confirmans; quo ſcilicet edoceor, quemadmodum Sacerdotales ueſtes non debent eſſe magnificæ aut precioſæ, ita nec ſordidas nimis eſſe oportere. Sacerdotũ ueſtis nõ ſit ſordida. *Zach.3.*

Præcepit Deus Moyſi, Aaronem ut ueſtibus conuenientibus conueſtiret, nitidas, mundas & ſanctas ei parando, [Indues Aaronem ueſtimentis ſanctis.] E quo eruo eumdem ipſum Deum uelle, ut in lege Euangelica, Sacerdotes munda utantur ueſte, & honeſtè ſe induant. Veterum Sacerdotum ueſtis eſſe debebat ſancta. *Exod.29.*

Suaſerunt formoſæ Ruth, ut ſi amorem, & beneuolentiam Booz ſibi comparare uellet, faciem lauaret, unguentis ſe perfunderet, ueſteſq. cultiores indueret. [Lauare igitur, & ungere, & induere cultioribus ueſtimentis.] Idem conſulit Spiritus ſanctus Sacerdotibus, ut ſcilicet ſi Deo placere, ſanctamq. eius gratiã adipiſci uoluerint, nitidè ſe & honeſtè induant, & togas cultiores ſumant. Vt quis Deo placeat culta utatur ueſte. *Rut.3.*

Aman ſuperbus ille Perſa, interrogatus quid fieri deberet uiro, quem honoratum rex uellet, & ad magna promotũ, reſpondit, [Homo quem Rex honorare cupit, debet indui ueſtibus regijs.] Allegoricè hoc exponens dico, maiorẽ religioſo apud Deum, & homines honorem non poſſe contingere, quàm ſi honeſtè ſe induat, & ueſtem geſtet, quam nemo illi uitio uertat. Summus Sacerdotis honos eſt honeſtè indui. *Eſth. 6.*

Gabaonitæ uafri laceras ueſtes, & ueteres induti

Sacerdotes ſordidis induti Gabaonitis ſimiles.
Ioſ.9.

induti coram Ioſue duce venientes,illum & omnes ſuos in fraudem pellexerunt, ſed dolo eorum patefacto,& technis cognitis,meritas fraudis pœnas dederunt, & dignis ſupplicijs affecti. Sacerdotes, & Religioſi, qui ſemilaceras, & hiulcas veſtes gerunt,nec vllam in veſtitu honeſtatem ſeruãt, nouos quoſdam Gabaonitas eſſe, deceptores fraudulentos, proditores, quique ſub his ſordibus tum Deum tum homines decipere conantur, ſed ſeipſos imprimis; at tãdem fraudibus eorum detectis, meritas hypocriſeos pœnas daturos: virtus in mediocritate ſita eſt, & nimium in vitium tranſit; paupertatem volo,non tamen ſordes.

Aſsueri aulá nemo lacer ingredi poterat.
Eſth.4.

Nefas erat olim,aulam Aſſueri regis ſacco & laceris veſtibus indutum ſubire; niſi mortem incurrere vellet. Moralem conſuetudinis huius ſenſum eliciens, ſentio non eſſe licitum Sacerdoti, coram Deo ſe præſentare, Eccleſiæque illius palatiũ ſubire,ſi laceras, diſruptas & diſſutas lacinias indutus ſit: cultura & mundities in cultu Deo grata eſt, ſordes verò iritant, & oculos illius offendunt.

E nuptijs Euangelicis, eijcitur qui ueſtem nuptialẽ nõ habebat.
Mat.22.
Sacerdotes malè ueſtiti ſimiles filio prodigo.

An non conſtat, & planè ad rem meam eſt, impudentem quendam regijs nuptijs ſeſe ingerere audentem, à rege conuiuas luſtrante eiectum, quòd laceris, & indecoris veſtibus eſſet indutus, & grauem interminationem audiuiſſe,[Amice quomodo huc intraſti non habẽs veſtem]& decentem, & [nuptialem?]Regis huius ira,iram denotat Dei, qui indignè fert, quando ad epulum illud Euchariſticum Sacerdotes malè veſtiti,& laceras induti, ſeſe in Eccleſia ingerunt,nec Dei præſentiam verentur.

Filius prodigus cùm inexſpectatus ad Patrẽ redijſ-

redijſſet,& ille eum laciniofum,malè indutum, diſsutum videret, tantas veſtium ſordes indignè ferens,ſeruis præcepit,vt exutis ſordidis illis lacernis,& ſcrutis, honeſtè illum, & pro dignitate familiæ conueſtirent, [Citò afferte ſtolam primam,& induite illum.] Sacerdotes, cùm vos ſæculares malè indutos, ſordidos & veſte vili amictos,lutoſos,cænoſos,& in toga lacinioſa truncataq. per plateas incedere vident; filios vos prodigos eſse cenſent, & quoties tali ſchemate Eccleſiam ingredimini, Pater cæleſtis tantam indecentiam non ferens, velut melius decentiuſque vos indui, veſteſque honeſtiores cultioreſque aſsumere. *Luc.15.*

In Leuitico uetuit Deus, ne quis maculoſus, aut aliquo modo uitioſus panes Deo offerat, myſteriaq. ſacra peragat,[Homo de ſemine tuo qui habuerit maculã, nõ offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius.] Miror igitur tot Sacerdotes reperiri,& religioſos,qui tot maculis deformes ſint, tot ſecum ſordes trahãt, tot in ueſte notas circumferant, ob quas culpandi ſint;tantam tamen eorum impudentiam, & temeritatem eſse,ut quotidiè panem Angelorum in Miſsa offerre diuiniſque ſe miniſterijs immiſcere non uereantur non enim coram Deo tali ſchemate induti comparere deberent. *Leuit.1.* Maculoſus Deo ſe nõ præſentat.

Quicumque in Moſaica lege diſsutas ueſtes, & laceras geſtabat, leproſum ſe eſſe indicabat, atq; omnes proinde eius commercium conſuetudinemq. deuitabant; [Quicumque ergo maculatus fuerit lepra, & ſeparatus eſt ad arbitriũ Sacerdoirs,habebit ueſtimenta diſsuta:] Myſterium hoc exponens idq. ad propoſitũ,dico. Eccleſiaſticos laceris indutos, & ſordidis, oſtendere, Veſtes diſſutas habere olim lepræ indicium. *Leuit.13.*

dere ſe leproſos eſſe, ac diſſolutos, eorumque commercium deuitandum.

2. Reg. 6. Michol Dauidi coniugi malè veſtito inſultauit.

In libro ſecundo Regum, Michol Saulis filia videns coniugem ſuum Dauid coram arca Teſtamenti ſaltantem, regio paludamento exutū, & ſeruili lacerna indutum, illum contemnens deriſit, magnumque ſibi hoc probrū fore ſuſpicata eſt, dicens, [Quam glorioſus fuit hodie rex Iſrael; diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris?] Allegoricus loci ſenſus eſt, Sacerdotes & Prælatos, qui Eccleſiæ Principes ſunt, mechanico, & plebeio ſchemate indutos, riſu ſe exponere plebeculæ, multoſque hoc perperàm interpretari.

De conſe. diſt. 5. ca. ſurare. Mores Sacerdotem ornant non veſtis.

Ceterùm, teſte S. Auguſtino, [verus ornatus Sacerdotis, non tantū nullus fucus mendax, ſed nec auri veſtisq. pompa, ſed mores boni ſunt,] & vita honeſta. Et ſanè non veſtis vos, Sacerdotes, ſed mores virtutumq. ornamenta cundecorant.

Veſtium vſus.

Hinc magnus olim Baſilius ait, veſtes ita parari debere, vt in omni re vſui eſſe poſſint; id eſt, vt videlicet ijs amicti, & diuinæ pariter honeſtati, & nocturnæ etiam neceſſitati faciamus ſatis. Inſinuare volebant, veſtium vſum non aliam ob cauſam inuentum eſſe, quàm vt ijſdem cooperiatur corpus, iniuriaſque ab eo tum frigoris tum æſtus propulſemus.

In regul. Sacerdotes ſimpliciter ſe veſtiant. *Cathec. 4.*

[Amictu ſimplici vtere,] ait Cyrillus Hieroſolymitanus, [non ad ornandum, ſed ad neceſſitatem,] non vt in eo delicias quæras, ſed in hieme calefias, corporiſq. tui ignominiam verecundiamq. cooperias, ſed vide ne ſub vmbra turpitudinis corporalis tegendæ, ſuperfluo veſtitu

in ma-

in maiorem turpitudinem dedecuſque labaris. Hoc documentum vobis vſui ſit Sacerdotes, veſteſque aſſumite non ad ornatum, gloriam & faſtum, ſed ad neceſſitatibus ſuccurrendum.

Simplicem quidē Sacerdos amictum geſtet, cultum tamen & nitidum, nō vt conſilium Gangrenſe tradidit, [Parſimoniam cum veſte humili non reprobamus, ſicut etiam ornatum, præter corporis diligentiam infricatum laudamus.] adeo vt quemadmodum Clericis vitio vertitur, ſi nimis in veſte effeminati & laſciui ſint, ita laudi ſit munditiem & nitorem præ ſe ferre.

Sacerdotes ſint in veſte mūdi & ornati.

Diſtinct. 41.

[Veſtimenta tua & calceamenta,] Ait S. Bernardus, [nec nimis ſint pretioſa, nec multum vilia, ſed ex moderato & competenti habitu.] Ex illius ſententia, quemadmodum Sacerdotes habitu admodum pretioſo & pompatico vti nefas, ita & laceris, ſordidis, nimiſque vilibus indui indecorum.

Serm. 9. de modo bene viuendi.

Sacerdotis veſtis nō ſit nimis vilis.

[Sit Sacerdotis habitus,] ait Conciliū Hildeſemenſe, [humilis, nō nimis vilis, nec nimis pretioſus, ſed mediocriter honeſtus,] ſine vlla curioſitate, amplā & longa ſatis, ne forma exterior corporiſque longitudo dignoſci queat ſæcularium ritu. Ceterùm Dei ſeruo duplex habere veſtimentum fas eſt, vnum quotidianum pro diebus ferialibus, aliud elegantius pro feſtis ac Dominicis. Hoc modo qui ſe veſtiunt Sacerdotes, vanitatem omnem deteſtantes, & nonniſi munditiem cultumque curantes, extremaque fugitantes & nimias ſordes, ſapientes profectò dici queunt.

In form. viuen. canon. c. 16.

Sacerdos duplicem habitum habeat.

Nepotianus, ait de illo ſcribens S. Hieronymus, paupere tunica excepta & humili tegumento, quo ſe aduerſus frigus communiebat,

Ad Heliod.

Nouitatē fugiat.

aliud nihil poſſidebat; cultus ipſe prouinciæ morem ſequens, nec munditie nec ſordibus notabilis erat. Ad ſancti huius viri exemplum, Sacerdotes modeſtè ſe veſtiant, nouitates omnes fugiant, & aliorum ritu ſeſe veſtiant.

Auguſtinus in veſtibus moderatus erat. *Cap. 224.*

De S. Auguſtino ſcribit Concilium Aquiſgranenſe, eius veſtes & calceos, atque omnem lecti illius apparatum ex honeſta materia confecta fuiſſe & forma honeſta; veſtimenta eius nec nitida nimium, nec abiecta plurimùm, ſed medium tenuiſſe. Exemplum notatu dignisſimum, & quo omnes Sacerdotes edocentur, honeſtè ſe & modeſtè indu re debere, mediocritatemque ſectari, ne ſcilicet aut nimias delicias aut nimias ſordes ambiant.

Diſt. 41. cap. eod. *Sacerdotis habitus eius ꝓfeſſionem indicet.*

[Clericus,] ait Concilium Carthaginenſe, [profeſſionem ſuam habitu & inceſſu probet, ideo nec veſtibus nec calceamentis decorem quærat.] Vobis hoc dictum eſt Sacerdotes, vobis hæc conſtitutio facta; dicere enim vult, habitum & inceſſum luculentum vitæ ceterorumexercitiorum veſtrorum teſtimonium perhibere debere.

Sacerdotes ꝑ habitũ animæ ſtatũ deſignare debent. *Seſſ. 14. c. 6.*

Quamuis Monachum non faciat cucullus, vult tamen concilium Tridentinum, vt Sacerdotes habitum ordini ſuo conuenientem conformemque geſtent, vt nempe per decentiam habitus extrinſeci, morum honeſtatem intrinſecam oſtendant. Hoc vobis inhæreat Sacerdotes tamque modeſtè vos conueſtite, vt per exteriorem habitum internus animæ ſtatus dignoſci queat.

Prælati Eccleſiæ iuxta ſtatũ ſuum incedant.

[Quicumque] (ait Alexander Papa quartus Cardinali Toletani Franciſco Ximenio ſcribens

bens, [præſertim Prælati Eccleſiæ, ſicut in moribus ita & in habitu & inceſſu ſtudere debet, ne nimio faſtu ſuperbi, neue nimia abiectione ſuperſtitioſi eſſe videantur; cùm vtroque authoritas Eccleſiaſticæ diſciplinæ vileſcat. Docere ſcilicet ſummus Pontifex volebat, quemadmodum Sacerdotes ſuum honorem viles & laceras veſtes geſtando prodigere non debent, ita nec nimis inſoleſcere ſuperbis ſumptuoſioribuſque veſtibus debere.

Recordemini maledictionis illius & fulminis, quod in Phariſæos, tam inſoleſcentes iactauit Redemptor: ſi enim vt viderentur ab hominibus, & iuſti nomen inuenirent, [dilatabant Phylacteria ſua, & magnificabāt fimbrias ſuas, quamuis intus pleni rapina & immunditia eſſēt.] Quod euidens eſt argumentum, illos Sacerdotes verè à Chriſto maledici promereri, qui ſuperbè & faſtuoſè incedunt, veſteſque magnificas geſtant.

Sacerdos gloriabūdus Phariſæis ſimilis.
Mat. 23.

Pannoſi clerici ac veſtibus laceti diſplicent omnibus, ait Concilium Colonienſe; atque vt affectatæ ſordes, ita nec ſtudio quæſitæ deliciæ multum laudis afferunt. Iuxta Concilij huius ſtatuta Sacerdotes munditiem in veſtitu, ſordes fugiendo, ſectentur.

De vit. Cler. cap. 26.
Indignū eſt laceros videre Sacerdotes. Sacerdotis veſtis honeſta ſemper ſit.

Baſilius Religioſi mores vitamque efformans ait; [Habitus tuus non ſordes, ſed honeſtus ſit.] Idem ipſum vobis repeto Sacerdotes, ſemper modeſtos vos in amictu gerite, decoros, cultos, nitidos; ſordes verò cane peiùs & angue deteſtamini.

Serm. de aſcenſ.

S. Hieronymus Nepotiano ſuo ſcribens, ait, [Ornatus vt ſordes pari modo fugiēdæ ſūt, quia alterū delicias, alterū gloriā redolet.] Tanti Pa-

Deliciæ fugiendæ vt ſordes

tris veſtigijs inſiſtendo, Sacerdotes, nimium in veſtitu ornatum, & nimium neglectum deſpicite, nam vt primum noxium eſt, ita alterum non minus damnoſum.

Sacerdotis veſtis nō ſit nouæ formę nec diuerſa.

Epiſt. 21. ad Euſtochium.

Idem quoque doctor virgini cuidam ſanctæ viuendi agendique normam præſcribens ait, [Veſtis nec ſatis munda, nec ſordida & nulla diuerſitate notabilis ſit, ne digito monſtreris, & hoc tibi vitio vertatur.] Quod virgini huic tantus Doctor, hoc omnibus in genere Sacerdotibus ipſe ſuggero, ipſorum ſcilicet veſtes mediocres eſſe debere nec mundas nec ſordidas, ſed imprimis nequa in eiſdem appareat nouitas aut diuerſitas.

CAPVT XVIII.

Sacerdotes in moribus grauitatem præferant.

Grauitas Sacerdotibus cōueniens.

SI quid eſt quod Sacerdotium deceat, ipſa grauitas & maieſtas eſt, tum in verbis tum in moribus: namque vt planetæ ſublimiores lentiùs progrediuntur, maioremque in motibus ſuis naturalibus grauitatē ac pondus oſtendunt, quàm infimi & ima in ſphæra conſtituti, vti Saturnus qui quatuor aut quinque annorum millibus curſum ſuum peragit, quem luna triginta diebus facilè conficere conſueuit. Ita quoque Sacerdotes, qui ſunt veluti ſtellæ & planetæ orbis, at qui ceteris Chriſtianis ſublimiores ſunt, in omnibus actionibus ſuis ac verbis graues eſſe debent, maioremque alijs maieſtatem, ponduſque præſeferre. In cuius rei ſignum voluit olim Deus vt ſummus Sacerdos Moſaicus in publicum prodiens veſtem gereret tintinnabulis circumdatam, vt ipſo ince-

dente

dente, tintinnabulis ſonitum tinnitumq. edentibus, maieſtate hoc illi quandam adderet, atq. ita omnes honorē ei & reuerentiam exhiberēt. *Exod.* 25. 27. 28.

Inter ceteras Leuitici conſtitutiones hæc inprimis eminebat, [Sacerdos ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius manus in Sacerdotio conſecratæ ſunt, veſtituſque eſt ſanctis veſtibus caput ſuum non diſcooperiet, veſtimenta non ſcindet.] Hæc lex Sacerdotes edocebat grauitatem morum eſſe quærendam, vtpote quibus omnes exhibere honorem, & ipſi pauciſſimis deberent. Sacerdos non facile caput diſcooperit. *Leuit.* 21.

Apoſtolus hac ſuper re Timotheum ſuum informans dicebat, [Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed exemplum eſto fidelium in verbo, in cōuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate,] Doctrina & conſilium hoc Apoſtolicum ad omnes in genere Sacerdotes ſpectat, docetque eos, quamuis adoleſcentes & iuniores ſint, ſeruum inſtar viuere, & bonum omnibus exemplum dare debere. 1. *Tim.* 4.

Idē quoque Magiſter alium diſcipulū informans ait, [In omnibus teipſum præbe exēplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, & grauitate, &c. hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio; nēmo te cōtemnat.] Lectio hæc ad omnes omnino Sacerdotes ſpectat, docetque eorum actiones ſerias, graues, modeſtas, vitam irreprehenſibilem, conuerſationem decentem eſſe debere, ne ſi ſecus ſint, contemnantur, ſed vt ab omnibus colantur. Grauitatem Apoſtolus Sacerdotes docet.

Filia Saulis Michol videns coniugem ſuum Dauid coram arca Pſalterio ludentem, & tripudiantem, quaſi regiæ maieſtatis oblitus eſſet, & populari ſe ritu gereret, illum deriſit, dicens, Sacerdotes q̄ grauitatē negligūt riſui ſe exponunt.

2. *Reg.* 6. Quam glorioſus fuit hodie rex Iſrael diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorũ ſuorum, & nudatus eſt quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris?] Hinc diſcimus, Epiſcopos & prælatos, qui Eccleſiæ principes ſunt omnem grauitatem, ordiniſque ſui dignitatem oblitos, in verbis ludicra conſectando, nugas & iocos diſſolutos ambiendo, ſeſeque ridiculos oſtendendo, dignitatem prodigere, omnium ſe ſannis exponere, ſuorumque ludibrium & fabulam fieri.

Themiſtocles nõ niſi magnis reb⁹ ſtudebat. *moral.* *Plut. ibid.*

Themiſtocles Athenienſium dux cum ad taxillorum luſum ab alijs inuitaretur, negauit ſe illius luſus peritum, interrogentibuſque deinde alijs quid tandem ſciret, reſpondit, [Ex parua repub. noui magnam facere.] Martius ille Pullus oſtendere hocce reſponſo volebat, & ipſe cũ illo, viri cordati ſapientiſque eſſe humilibus ſe & leuibus non addicere, ſed in omnibus maieſtatem grauitatemque ambire & nõniſi magnis inhiare. Adeo vt Sacerdos, qui Deus quidam in terris eſt, ducis huius exemplo ludos illos leuiores & pueriles contemnere, & nõniſi ſublimioribus ſe addicere debeat.

Alexãder arma quã lyram maluit. *Plut. in*

Alexander Macedo cum Ilium Troiæ arcem ſubijſſet, & ciues illi illicem Paridis lyram obtuliſſent, ait, [Achillis loricam & arma mallem.] Dignam Principe vocem! qua edocemur, cordatorum ſapientiumque virorum eſſe non humile quid aut paruum deſiderare, ſed ad ſublimia celſaque deſiderium votumque extendere. Regis huius reſponſum materiæ adaptans meæ, dico Sacerdotes idem omninò dicere debere, ſeriaque & grauia ludicris leuibuſque præferendo, mundanas harmonias contemnere, ſolaſque virtutes & admiranda Ieſu Chriſti, eiuſque

eiuſque Sanctorum, qui Hectores & Achilles Eccleſiæ ſunt, deprædicare.

Ateas Scytarum rex cum conuiuio intereſſet, rogatus fuit magnus tibicen Iſmenias vt in gratiam conuiuarum harmoniam aliquam ederet, quod & reipſa præſtitit, cumque omnes artem eius & elegantiam demirati eſſent, rex è contrà neglexit dicens, Mallem equi generoſi hinnitum audire, quàm tibicinis huius harmoniam & concentum. Regium profectò apophthegma, at quo docemini, Sacerdotes, quòd ſi vel ſtatus veſtri dignitatem perſpiceretis & bona veſtra noſſetis, magis oblectaremini in colloquijs pijs, grauibus, modeſtis, vt de morte Ieſu Chriſti, de ſupplicijs crucis, de conflictu paſſionis, de vita Sanctorum, deque ſupplicijs infernalibus, de dæmonum perſecutione, quæ bellica & martia ſunt, quàm cantilenis, muſicæ harmoniæ, vanitati & inanijs ſæcularibus intendere.

Hinnitus equorum Areę regi gratior quàm muſica.

Lampridio teſte, Alexander Seuerus Imperator, quamuis peritus eſſet geometra, ſcitè pingeret, caneret nobiliter, numquam tamen alio conſcio, niſi pueris ſuis teſtibus, eas artes exercere voluit, velut totius orbis Imperatore indignas, & totius mundi Monarcham parùm decentes. Gentiles hos reſpicite, Præſules & Sacerdotes, & quamuis mechanicas haſce artes calleatis, multaſque ſcientias mimitiaſque ſæculares, eaſdem nolite exercere; videte quid veſtram deceat maieſtatem, Sacerdotio honorem deferte, & cogitate luſus illos, iocos, harmoniam, aliaque ludicra & inanias vobis penitus indignas eſſe, & alia longè maiora grauioraque vos decere.

Alexãder Imperator coram alijs canere nolebat.

Cantor Philippũ de muſica loquẽtem arguit.

Audite quid aliud. Philippus Macedonum rex, cùm quadam tempeſtate de muſica arte coram illius peritiſſimo diſceptaret, hoc acre reſponſum audijt,[Numquam dij (Rex)tibi tantum mali faciant,vt tu me canendi arte vincas.] Oſtendere volebat rerum humilium infimarumque cognitionẽ tractationemque Magnatibus non conuenire. Et ipſe ad illius imitationem dico, rerum vilium exiguique momenti cognitionem ſcientiamque ſummis Sacerdotibus penitùs indignas eſſe, numquam verò Deus permittat, vt ipſos in eo ſæculares mundique ſectatores ſuperent: grauitas quippe honorem ijs & reuerentiam comparat; nimia verò familiaritas recreatioque ridicula & leuis, contemptum.

Dauid vt ſtultus de riſus, coram rege Achis. 1. *Reg*.21

Dauid regno deſtinatus,omnem magnificentiam ac maieſtatem peroſus, morionemque coram rege Achis & mimum agens, omnium ſannis, & ludibrio fuit expoſitus, & vecors emotæque mẽtis habitus: [Et ait Achis ad ſeruos ſuos; vidiſti hominem inſanum,&c. An deſunt nobis furioſi, quòd introduxiſti iſtum ?] Sacerdotes & Prælati, qui Sacerdotalem illam grauitatem negligentes ſcurrilibus ſe dedunt, & mimos agere volunt coram alijs, honorem prodigentes & prçclaram illam diuinitatẽ profanè vilipendentes,omnibus ſe ridiculos exhibent, omnium ſe ludibrio contumeliæque exponunt, & in cauſa ſunt, cur ab alijs vecordes & cerebri imminuti habeantur.

In Lib. 1. *Reg.c.*2. Sacerdotes ſtultitias iuueniles non ſequãtur.

Hanc quoque rẽ ſanctus pertractans Gregorius,hiſce verbis vſus eſt,[Senes sũt Sacerdotes, quorum officium quia grauitate magnæ honeſtatis impéditur,à religionis pon dere nulla pueri-

rili

rilli leuitate vacuatur.] Sententia hæc oſtendere vult, Eccleſiaſticorum eſſe iuueniles inanias ineptiaſque non conſectari, ſed ſenum ritu viuere, inque omnibus magiſtralem quamdam grauitatem præſeferre.

Seraphicus Bonauentura in eamdem materiam delapſus ait, Sacerdotalem dignitatem ſobriam quamdam grauitatem exigere, & à turbis liberam, vitam ſerioſam, & ſingulare pondus honeſtæ conuerſationis. Quomodo enim is alijs ſit exemplo, qui in nullo ab alijs diſcrepat? nihil in moribus ſuis ratum habet, quod cum alijs commune non ſit? quid populus in te demirabitur, ſi quidquid feceris in ſe ipſo viderit? at quid dicet, ſi quo erubeſcit, quódque in ſeipſo nonniſi cum rubore videt, in te euidenter apparere viderit, quem penitus Sanctum, & veneratione digniſſimum credebat? Notate præclara hæc verba Sacerdotes; atque hinc diſcite, vitam & mores veſtros vltra commune vulgus, vti dignitas veſtra eorum ſtatum longo interuallo tranſcendit, quid continere debere.

Nihil cō-mune cū populo habeat Sacerdos.

In Phar. l. 1. ca. 19. ex Amb. Epiſt. 6.

Hac in re Pontificem quemdam informans Bernardus ait, [Eſto grauis, ſed non auſterus,] &c. [mediocritatem ſectare: vt neque de ſeueritate ſis oneri, neque de familiaritate contemptui.] Non Pontificem ſolum, ſed omnes in genere Sacerdotes inſtruere Bernardus voluit, grauitatem moderatam illos decere, id eſt, ne nimis rigidi ſint, nec etiam remiſſi; ſunt ſiquidem hæc extrema, quorum vnum Eccleſiaſticos intolerabiles, alterum contemptibiles reddidit.

Lib. 4. de conſid. Greg. cap. 20. mora. c. 3.

Sacerdos non nimi auſterus, aut liber ſit.

Moderentur graui tatem Sacerdotes.

Sed grauitas hæc pondus quoddā oppoſitum

ſup. Cãtic. ſerm. 21.

habeat, vt nonniſi virtuti inſiſtat; nam vt ſanctus Bernardus ait, ſi interdum ſeueritate opus ſit, paterna ſit non tyrannica; Sacerdotesque ſint matres in demulcendo, & patres in populi vitijs caſtigandis. Documentum vnij et ſale, quo edocemur, Eccleſiaſticos grauitatem moderari, & ordinare debere; quicumque enim modeſtiam ei comitem adiunxerit, verè ſe patrem oſtendit, ſed eius limites excedere, tyrannidem ſapit.

2. p. paſt. cap. 13.

Sacerdos regiã grauitatẽ prę ſeferat.

S. Gregorius veteris Pontificis veſtes allegoricè exponens ait, [Auro, & hyacintho purpurã permiſceri, vt ſcilicet animus Sacerdotalis ſublimia, & cœleſtia docendo, ad illa aſpiret, & ſuggeſtiones vitiorum reprimat, eiſque velut ex regia poteſtate contradicat.] Inſignis profectò conſideratio, cuius ſenſus eſt, Sacerdotes cùm reges ſint, alios reprehendendo, authoritatem quamdam regiam grauitatemque præſeferre debere.

Capit. de exercitat.

Nimia facilitas noxia Sacerdoti.

S. Pater Ephrem ſui temporis religioſos clericoſque alloquens ait, videte ne aut nimis faciles aut blandi ſitis, ne quamprimùm veſtræ vos pœniteat negligentiæ, vitijsque aſſueſcatis. Ab initio potiùs graues ac ſeueri eſtote aduerſus omnem cupiditatis titillationem, & ne aſſueſcatis in bello inferiores eſſe. Sapiens hæc prudensque inſtructio, è qua Sacerdotes diſcant, nimia ſe facilitate ſæpius in vita delabi, & ab ijſdem honeſta grauitate retrahi.

Grauitas ei neceſſaria.

De ord. vit. & ſer. 86.

Mellifluus Bernardus, vt certum credidit, omnibus Monachis, & Eccleſiaſticis nullam virtutem magis neceſſariam eſſe, quàm ſimplicitatem religioſam, & grauitatem verecundam. Equidem illi libens ſuffragor, firmiterque credo, illum verum Sacerdotem eſſe, qui cum re-

ligiosè

ligioſè ſimplex ſit, honeſtam tamen grauitatem demonſtrat.

Tantam Sacerdotum ſui temporis grauitatem, & modeſtiam eſſe Ambroſius voluit, vt iucundas recreationes, iocos, & luſus illis interdixerit dicens; [Licet interdum honeſta ioca ac ſuauia ſint, tamen ab Eccleſiaſtica (velut abnorma la) abhorrent regula: quomodo enim probare poterimus, quod in ſcripturæ corpore neutiquã reperire eſt?] Iuxta Doctoris huius ſententiam, omnẽ ludorũ genus fugiant Sacerdotes, quamuis honeſtè iocoſi ſint, & iocoſe honeſti ſint.

Sacerdotes fugiant honeſtos luſus. *Lib. 1. offic. c. 23.*

Inter feminas autem hãc à Sacerdotibus grauitatem adhiberi volebat S. Cyprianus; ſuique temporis Sacerdotes alloquens ait; [Seueritas in vobis,] inquit, [circa fœminas vigeat, authoritas polleat, vigor teneatur, grauitas veneretur.] Sancti huius Patris conſilium ſequamini Sacerdotes; graues vos, & ſeueros oſtendite cùm pellacihuic ſexui loquemini, nec in commercijs fœmininis adeo familiares vos gerite.

De ſingu. Cler.

Ecquam grauitatem, ecquam ſeueritatem, ecquos animos oſtendit Ambroſius, cùm aduerſus Imperatorem Theodoſium homicidij, & innocui ſanguinis effuſi reum inſurgens, vindictamque depoſcens; Eccleſiæ ei fores occluſit; quo facto vniuerſam vrbem Mediolanenſem perculit, Imperatorem perculuit, eiuſque Maieſtatem ſub Sacerdotali poteſtate curuari fecit. [Admiratus Imperator Sacerdotis libertatem conſcius ſibi, ac proinde mœſtus, & commiſſorum pœnitudine, interpunctus in regiam reuerſus eſt.] Atque ita omnibus Sacerdotibus exemplum dedit; liberè vt loquerentur, grauitatem ſeruarent, authoritatem ſuam

S. Ambroſij grauitas.

Soſom. lib. 9. cap. 24. Niceph. l. 12. c. 41.

etiam

etiam coram Principibus ac regibus tuerentur.

Grauitas S.Thomę Cantuarienſis ad uerſus regem Angliæ.
Ioa. Epiſ. Larno. in eius vita. Opuſc. 68

Non minor grauitas libertaſque fuit Archieiſcopi illius Angli Thomæ Cantuarienſis, qui prauis regis ſui deſiderijs iniquitatiq. reſiſtens, ita illum vexauit afflixitq. ſæpius, vt rex conquereretur, non poſſe ſe cum vno Sacerdote pacem in regno habere. O libertatem admirabilem, ſed Sacerdotibus imprimis notādam: quæ oſtendit animos illis, & generoſitatem induendam, grauitatem ſeruandam, iniquis tum aliorum, tum regum & Principum conceptibus reſiſtendum.

Sacerdotibus grauitatē S. Thomas commendat.
De honeſt. vit. doctrin. c. 2.

Theologorum rex Diuus Thomas præclarā hanc in opuſculis ſuis ſententiam ſcriptam reliquit, [Nemini te multum familiarē exhibeas, quia nimia familiaritas parit contemptum, & ſubtractionis à ſtudio materiam ſubminiſtrat.] Et ſanè, Sacerdotes, contemptibiles vos redditis & ludibrio expoſitos, ſi nimis familiares fueritis, nec grauitatem veſtram moderari noueritis.

Paucis Sacerdos familiaris ſit.
Li. i. offic. c. 3.

S. Bernardus deſcribens in quo vitæ honeſtas ſita ſit, hoc fundamenti loco poſuit, [Cunctis eſto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus.] Ex illius ſententia inferendum eſt, Sacerdotes benignitatē quamdam communem, & grauitatem particularem habere, & ſe nonniſi pauciſſimis familiares reddere debere.

Vera grauitas in verborū libramine conſiſtit.

Sermonem pondera, ait Ambroſius, verba ſingula libra, & humilitate eadem metire; frenum, & repagulum linguæ inijce, eamque ita dirige, omnia vt illius verba in iuſtitiæ pondere vertantur; adeo vt ſit grauitas in ſenſu, inſer-

ſermone pondus, atque in verbis modus. Hoc ſequamini Sacerdotes, atque cùm ſermones direxeritis; verba ponderaueritis; nec leuitatem in narrando prætuleritis, tunc verè vos graues dixero.

[Verba otioſa] ait S. Bonauentura, [vndecũque ſint, ſemper fuge; licet enim grande peccatum non putetur eſſe, tamen conſuetudo graue generat detrimẽtum Spiritualium profectuũ;] ſæpeque fit vt dum linguam in verba inania otioſaque nihil minus cogitantes laxamus, ad noxia tandem deuoluamur: mali profectò fontes, è quibus ſæpe, & motus interni, & conſcientiæ cruciatus, & torſiones oriuntur. Hoc notate Sacerdotes. Nimiæ familiaritates huiuſmodi malorum nutrices ſunt; ſeueritas verò rigida, nouercæ.

Fugiat Sacerdos verba otioſa. *De tripli ci ſtat. religioſ. p. 1. c. 27.*

Cùm Sacerdos gregis ſit cuſtos, & lumen Eccleſiæ, & ad cuius actiones omnes velut ad normam ſuas dirigere, & efformare debent, condu cit quàm maximè, ſi lumen eſſe velit, ſcurrilitatem ac riſus petulantiam odio inſectari, ne alioqui multos petulantiam ac procacitatem doceat. Certum namque eſt Sacerdotum Altiſſimi, Angelum eſſe; atqui Angelus riſu non dignoſcitur, Deo cum timore, & metu deſeruiẽs, Sententia notatu digniſſima, quæ docet, Sacer dotes, cùm ſal terræ ſint, & omnes in illos oculos conijciant, iocis ſe ſcurrilibus tradere, & mimicas ineptias imitari non debere, at verba eorum ſeria, & quidquid ab ore eorum procedit, inſtar oraculi eſſe oportere.

Sacerdos ſcurrilitatem deuitet. *Iſidor. Peluſ. lib. 1. Epiſt. 109.*

Plato Philoſophus in Timæo ſuo Gentilium Sacerdotum mores informans, volebat eos ab alijs ſequeſtratos viuere, grauitatem ſeruantes

Sacerdotes à mũdo ſecreti viuant.

uantes, procul ab omni populari turba, commotioneque ſecretos; [Sacerdotes, inquit, ab omni turba ſeparati vitam agant.] Quanto potiori iure ſummi Dei Sacerdotes huiuſmodi vitam agant, & à mundo ſæculique turbis ſequeſtrati, & hominum commercia deuitantes, in quiete dies tranſigant? Hoc igitur modo vitam inſtituite.

CAPVT XIX.

Sacerdotes placidi ſint, & benigni.

Sacerdotis arma ſunt benignitas, & humanitas.

Lib. 6. diuin. inſtit. c. 10.

LActantius Firmianus ſæculi ſui oraculum de virtutibus ſermonem inſtituens, & imprimis de clementia, ait, clementiam ac ſapientiam hominis arma eſſe à natura illi indita; quin & longius progreſſus ait, Deum rerum artificem nullam animalibus ſapientiam dediſſe, vires tamen, & animos ad ſui in periculis imminentibus defenſionem, & audaciam maiorem contuliſſe: at homini, quem nudum penitus in terra poſuit, & fragilem creauit, inter cetera affectum quemdam ad pietatem, benignitatemque illi indidit, vt hominem alter homo defendat, amet, tueatur, eique in omnibus diſcriminibus ac vitæ aduerſitatibus ſuccurrat. Adeo vt ſummum inter ſe hominum vinculum ſit, humanitatis, quod qui diſruperit, nefarius & paricida exiſtimandus eſt. Quod doctor ille de omni in genere clementia dixit, equidem in Eccleſiæ gratiam dixerim, vera Sacerdotum arma eſſe humanitatem, & clementiam.

Sacerdos placidè loquatur & benignè reſpondeat.

Inter prouerbia Salomonis non poſtremum hoc ſibi locum vindicat, Reſponſione molli frangi iram, & ſermone duro ſuſcitari furorem.

rem id eſt; Sacerdotes præ ceteris benignè placideq. reſpondere debere; & numquam aſpere ſeuereq; loqui, priori enim flamma iracūdiæ exſtinguitur, & altero ſuccenditur, & magis magisq. creſcit. *Pro.15.1. Re.28. & 2.Reg.10.*

Atque vt aſperitas ſemper aliquid ſtoliditatis admixtum habet, ita quoque, teſte ſapiente, benignitas, & affabilitas ſapientiam arguit; nam [ſapiens in verbis ſeipſum affabilem facit.] E quo neceſſariò infero, Sacerdotes, qui in verbis aſperiores ſunt, eſſe è numero ſtolidorum; at qui in benignitatem propendent, ſapientes cenſendos. *Eccleſ. 4.* Sapiēs eſt cùm affabilis eſt.

[Verbum dulce,] ait idem, [& humana reſpōſio multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis in bono homine abundat.] Placidè igitur, & dulciter loquamini Sacerdotes, ſi comparare vobis amicos, & inimicitias mortales, exſtinguere velitis. Benignitas amicitiã gignit & rancorem diſſipat. *Eccle.6.*

Ezechiel Propheta Dei nomine ueteris legis Sacerdotes coarguens ait, [Vos autem cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia, & diſperſæ ſunt oues meæ, dicit Dominus.] Nō uult igitur Deus Sacerdotes auſteritatem præſeferre, nec cum nimia potentia rigoreque imperare, ſed benignos ſe, & affabiles erga omnes oſtendere. *Ezec.34.* Non uult Deus Sacerdotes eſſe nimis ſeueros.

Magnus Apoſtolus Paulus in clementia uerſatus quàm qui maximè, ad homines lucrifaciendos, & ad uirtutem traducendos, humoribus illorum ſe attemperat, cūmque infirmis ſe gerebat ut infirmum; [factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucri facerem.] Quā doctus, & prudens ille Sacerdos eſt, idem qui fecerit, & qui omnem maieſtatem peroſus humanum Sacerdos omnibus ſe attemperet. *1.Cor.9.*

ſe

Gal. 6. ſe geſſerit, & omni ſe homini accommodarit.

Peccãtes leniter coarguat. [Fratres,] ait idem ille doctor Gentiũ, [ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui Spirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in Spiritu lenitatis, conſiderantes inuicem; alter alterius onera portare, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti.] Vobis hæc Apoſtolus ſcripſit, Sacerdotes, vos Spirituales eſſe, vos Spiritum lenitatis afferre? vos omni modeſtia in corrigendo corripiendoque vti debetis.

Iacob lenitatem ſuã prædicabat. *Gen. 27.* Iacob Patriarcha ſancta quadam ambitione pulſus, & primogenituræ ius ſibi vindicare, paternamque benedictionem in ſe transfundere cupiens, dicebat Matri, [Noſti quòd Eſau frater meus, homo piloſus ſit, & ego lenis.] Credebat Patriarcha, ſimul & ego, vt quis ius primogenituræ obtineat, quod in Eccleſia Sacerdos obtinet, diuinamque benedictionem promereatur, non piloſitatem, & aſperitatem, qualem habebat Eſau, ſed lenitatem, & clementiam in verbis, qualis in Iacobo relucebat, requiri.

Ioſeph leniter fratres allocutus eſt. *Gen. 50.* Ioſeph, totius Aegypti iam vicarius, fratres ſuos in ſumma rerum penuria paſcens, à quibus tamen varijs magniſque iniurijs affectus erat, ob quas meritò illis indignari ſuccenſereque, & alimenta denegando, vindictam ſumere potuiſſet; nihil tamen horum fecit, ſed magnam illis beneuolentiam oſtendit, in neceſſitate conſolatus, lenibuſque verbis, & blandis eos affatus eſt, [Nolite timere, ego paſcam vos, & paruulos veſtros, conſolatuſque eſt eos, & blandè, & leniter eſt locutus.] Ad ſancti huius viri exemplum Sacerdotes, iniurias ſibi irrogatas obliuiſci debent, rancorem omnem, & indignationem

exuere, aſperitatem deponere, fratreſq. ſuos Chriſtianos magna benignitate, & lænitudine affari.

Cùm ſummus Pontifex Aaron inaugurandus eſſet, præcepit Deus vt ſacro vnctionis oleo vertex illius inungeretur, atque hoc ritu conſecraretur. [Oleũ vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc ritu conſecrabitur] Hacce cere moniali vmbra denotare voluit Deus, Sacerdotes & minores & maiores Eccleſiæ nonniſi lenitatem & clementiam præſeferre debere, atque in omnibus ſe placidos & humanos oſtendere, cuius rei oleum, ſymbolum & figura eſt.

Oleum lenitatis ſymbolum. *Exod. 29.*

Samſon cum ænigmata emblemataq. intricata Philiſtinorum ſatrapis ſoluenda proponeret, poſtquam iam leonem ſuffocaſſet, cuius in faucibus fauum mellis reperit, hoc illis diuinandum dedit, [De forti egreſſa eſt dulcedo.] Quod Philiſthæi diuinare non potuere, equidem interpretari volo, dicamq. hoc euenire, quando Sacerdos qui omnium mortalium fortiſſimus eſt, mellea effundit verba, oẽs placidè affatur, aſperitateque non vtitur; tunc ſcilicet è leone egreditur mel & è forti, dulcedo, quæ genuina ænigmatis eſt interpræ tatio.

Interpretatio Emblematis Samſonis moraliter expoſita. *Iudith. 14.*

Amos & Ioel aurea ſæcula in lege Euangelica oritura præuidentes, dixere, tunc [dulcedinem montibus demanaturam.] Docere myſterium volebat, ex ore magnorum Sacerdotum, qui Eccleſiæ montes ſunt, aliquando mel & verborum dulcedinem egreſſuram.

Amos, & Ioel Sacerdotum dulcedinem docent. *Amos 9. et Ioel 1.*

Rex Salomon in interiori tẽpli ſui oraculo imagines Cherubin conſtituit, eoſq. ex lignis oliuarum, [Et fecit in oraculo duos Cherubin de

Cherubin de lignis oliuæ docent dulcedinem Sacerdotũ,

lignis oliuarum.] Sacerdotes porrò viuæ imagines, & Eccleſiæ Cherubini ſunt; illos verò è lignis oliuarum compingere,eſt dulcedinem, lenitatem, benignitatemq. quarum oliua ſymbolum, illis commendare.

Senatores Roboamo lenitatem ſuaſere.

3.Reg. 12.

Roboam filius Salomonis varios in regno recenti motus expertus concilium ſuorum coegit, qui motuum pacandorum rationem ſuggererent, ſeniores verò & rerum benè periti dixere, [ſi hodie obedieris populo huic, & ſeruieris & petitioni eorũ ceſſeris,locutuſq.fueris ad eos verba lenia,erunt tibi ſerui cunctis diebus.]Hoc materiæ meæ adaptans idem Sacerdotibus conſiliũ ſuggero, ſimulq. moneo, ad ſchiſmata diuiſioneſq. Eccleſiæ impediendas,meliorem rationem non ſuppetere, quam populo ſeruire,eorum petitioni cedere,& ad omnes verba lenia proferre: itaque fiet vt in officijs imperaturi præualituri que ſint,fideleſque omnes morigeros habituri.

*Eſthr.*13.

Aſſuerus regnabat placidè.

Artaxerxes Monarcha centum & viginti ſeptem prouinciis imperans, regni ſui ſatrapis ſcribens, hoc eis ſuæ benignitatis exemplum dedit; [Volui nequaquam abuti potentię magnitudine, ſed clementia & lenitate gubernare ſubiectos.]Monarcham hunc imitamini Prælati, potentiæ veſtræ magnitudine nolite abuti,ſed magna cum clementia & lenitate in Eccleſia ſubditos gubernate.

Iudith. 9.

Benignorum preces Deo gratæ.

Formoſa Iudith Holoferni ceruicem iam iam amputatura, hãc tacitè ad Deum orationem effudit, [Humiliũ,et manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio,] Deus. Verè & prudenter cordata illa virago locuta eſt. Vota enim & preces benignorum, leniumque magnoperè

Deo

Deo placent, & imprimis in Sacerdotibus hoc locum habet. *Pſal. 36.*

Quanta bona proma̅ſuetis.

Manſueti autem, ait Pſalmographus, [hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.] Egregium profecto oraculum, quo prædicitur, Sacerdotes qui benignioris naturæ ſunt, & non auſteriores, feliciter hanc terram poſſeſſuros, & infinitis in anima voluptatibus, pace interna potiendo, fruituros.

Deus dat gratiam maſuetis. *Prou 3.*

Inter prouerbia ſua docuit Salomon, Deum deludere illuſores, & manſuetis daturum gratiam. Hoc notate Religioſi, & cogitate, ſi illuſores ſitis, Deum quoque vobis illuſurum; at ſi benignitatem fueritis conſectati, gratiam ſuam elargiturum.

Sponſa ſponſi vocem eſſe ait dulcé.

Formoſa Canticorum ſponſa dilecti ſui dotes perfectioneſque recenſens, ait inter alia, illum loqui ſuauiſſime vocemque illius adinſtar ſaccari & mellis dulcem eſſe, [vox enim tua dulcis.] Quam egregia laus eſt, quando Eccleſia quam ſponſa illa denotabat, de prælatis ſuis dicere potuerit, vocem & verba eorum dulcia eſſe & ſermones nectareos!

2. *Matt.* 15.

Onias Pōtifex laudatus ob lenitatem.

In ſecundo Machabæorum lib. Spiritus ſanctus Oniæ Pontificis elogium concinnans, dulcedinem & benignitatem imprimis commendat, [Oniam (qui fuerat ſummus Sacerdos) viru̅ bonum & benignum, verecundum viſu, mode ſtu̅ moribus, & eloquio decorum.] Vnde colligo præcipuas, & digniſſimas præſulis dotes eſſe, & optimum Sacerdotis vulgaris elogium, benignum eſſe, & affabilem in conuerſatione, in eloquio grauem, in moribus modeſtum.

Beignitas Epiſcopo neceſſaria.

Quinimò inter dotes quas in Epiſcopo requirit Apoſtolus, quaſque ad illius perfectio-

nem eſſe putat neceſſarias,benignitatem & leni-
Tim. 1. tatem recenſet:[Oportet Epiſcopum irreprehenſibilẽ eſſe &c.benignũ,ſobrium,iuſtum.] Quod autem ille de Eccleſiæ prælatis, equidem de ſingulis Sacerdotibus dixero; cenſeo enim Sacerdotio illum indignum eſſe, qui ſeuerus & durus eſt.

Suam benignitatẽ Apoſtolus nutricę cõparat. *1.Theſſ.*2. Theſalonicenſibus etiam ſcribens ait, [Cum poſſemus oneri eſſe vt Chriſti Apoſtoli,] quibus auctoritate vti interdum licet,id nõ fuimus,[ſed facti ſumus leues (alias paruuli) in medio veſtrũ tãquam ſi nutrix foueat filios ſuos.] Egregia Paſtoribus & omnibus omninò Sacerdotib. inſtructio,ne in officio ſuo ſeueri ſint, peccatoribus nõ ſuccenſeant, non aſperè corripiant; ſed vnumquemq. blandè affari,paruulos in lenitate ac veros animarum nutritios ſe exhibendo.

In regul. Bẽignitas ſit Sacerdoti naturalis. [Naturæ noſtræ nihil eſt tam peculiare, quã mutua inter nos communicatio, mutuiſq. officijs & obſequijs inuicẽ ſuccurrere,& vt alter alterũ diligat vtpotè qui eiuſdẽ eſſe,eiuſdẽ ſanguinis,eiuſdem originis ſumus.] Philoſophica hæc gnoma docet, natura duce, omnes, & imprimis Sacerdotes ad ſuccurrendum inuicem, beneuolentiam mutuam oſtendendam,& benignè cum omnibus agendam, propendere debere.

Gen. 59. *In paſt.p.*1 *c.*6.*moral. l.*21.*c.*10. Lenitas ad homines, terror ad beſtias regendas. Deus Noachum eiuſq. filios benedicens ait, [Creſcite, & multiplicamini. & replete terram, & terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ.]S.Gregor.allegoricum loci huius ſenſum enodans, dixit, Deum non aliam ob cauſam hæc verba locutum, quam vt oſtenderet, terrorem & ſeueritatem nobis non eſſe, niſi ad animalia ſubiuganda domandaque exhibendum, ſed ad homines demulcendos regendoſq.

lenitatem

lenitatem deſiderari; vide igitur num Sacerdotes eam præ alijs oſtendere debeant, cum illorum ſit animas gubernare?

Sacerdotes ſint benigni erga omnes.

Homo, teſte magno Gregorio, iam inde a creationis ſuæ primordio, idq. naturali iure, brutorũ animalium, non autẽ ſibi ſimilium Dominus ac caput declaratus eſt, ideoq. dictum eſt, vt tremor eius & terror ſuper cuncta animantia, non verò ſuper homines ſit: [nam inſoleſcere, & præter naturam inſuperbire, eſt a ſui ſimilibus timeri velle.] Vobis hoc inſigite Sacerdotes, humanitatemq. diſcite, terror quippe & vehementior commotio ad animalia perterrenda & domanda ſpectat, ad homines verò regendos formandoſq. benignitas ac lenitas requiritur.

Moral. l. 21. c. 10.

[Iuxtà Pauli vocem, inquit S. Bonauentura, in arca tabernaculi cum tabulis virga ſimul & manna eſt: nã vti ſcientia ſanctarũ ſcripturarum in boni doctoris animo virga furoris eſt, ita eſt et manna ſuauitatis.] Vnde oſtendere voluit, virgam & manna, id eſt, correctionem & lenitatem in Sacerdotis animo, velut in arca Teſtamenti, debere deliteſcere, & inhabitare.

lib. 4. Pharet.

Seueritas, & lenitas ſint ſimul in Sacerdote

Quã pręclarè hoc docet Bernardus; [Diſcite qui iudicatis terrã, inquit, eſſe debere vos matres non verò Dominos ſubditorum veſtrorũ: ita vos gerite vt amemini, non verò timeamini; ſi verò ſeueritate interdum opus eſt, paterna ſit non tyrannica: patres vos gerite in reprehẽdendo, matres in defendendo, manſueſcite, ponite feritatẽ, ſuſpendite verbera, producite vbera, pectora lacte pingueſcant, non typho turgeant. Cur tã grauiter opprimitis; quorum ſolicitudo & cura vobis incumbit?] Aliò non ſpectant hæc verba, quam vt Sacerdotibus perſuadeant, ſtudere

In cant. ſerm. 25.

Sacerdos videat vt diligatur potius q̃ timeatur.

illos debere vt amentur potius quàm timeantur a ſu s; illud quippe benignitate lenitateque verborum, hoc verò acrimonia & aſperitate paratur.

In Synonymis.

Amor reuerentiā, & timor odiumcauſatur.

Idem propemodum docet S. Iſidorus Hiſpalenſis, [Talem, inquit, te redde ſubditis, vt magis ameris quam timeatis, reuerentia enim ex amore procedit, odium verò timor efficit.] ex eius ſententia ſtudere debent Sacerdotes, vt a ſuis diligantur, non verò vt metuantur & terrori ſint: hoc enim odibiles, illud amabiles honoreque dignos illos reddit.

Sacerdotes ſolam lenitatem ſpirent.

In norma viuendi c. 12.

Stude, ait idem Epiſcopus, potius, vt ſubditi te honorent & diligāt, quam horreant ac timeant, vt potius officio affectus tenerioris, quam neceſſitate contradictionis tibi eos deuincias: ament te magis quam metuant: reuerentia ſi quidem ab amore odium verò & auerſio a timore oriuntur: timor fidelitatem tollit, affectio & dilectio conſeruat. Quamobrem verba tua moderare & ordina, ſubiectoſq. tuos magna benignitate rege: [non ſis terribilis in ſubditis, ſed ſic dominare, vt tibi delectentur ſeruire.] Sacerdotes igitur Sancti illius Patris monitis auſcultando, nihil niſi dulcedinem ac benignitatem ſpirent, efficiantq. vt ſubditi eos diligant potius quam formident.

Lib. 1. de offic. c. 17. Ambroſ. lib. 2. de offic. c. 6.

Sacerdotes qui amari volunt dulcedinem ament.

[Nihil tam vtile, ait S. Ambroſius, quam diligi, nihil tam inutile quam non amari. Nam odio haberi exitiale, at nimis capitale arbitror.] Ideoq. conari debemus, & omnem dare operam vt placidi, benigni, humani, apud populū audiamus, itaque eorū animos demulceamus, nā popularis & familiaris bonitas vniuerſo placet mundo, & nihil eſt quod citius hominum animos ami-

amicitiam & beneuolentiam conciliet, quam ſi morum hæc benignitate, facilitate Spiritus præceptorum moderatione, verborum affabilitate, ſermonis dignitate, potentia ſimul, & modeſtia, temperetur & ſtipetur. Incredibile ſcilicet eſt, quantum hoc ad beneuolentiam hominum comparandam conducat. Sancto huic Epiſcopo credite Sacerdotes, voſq. in omnibus benignos eſſe & humanos oſtendite, hæc enim vnica eſt ratio, quæ omnibus vos reddere poteſt amabiles.

[Affabilitas, ait idem Epiſcopus, ſermonis ad conciliandam gratiam valet plurimum, ſed hanc volumus eſſe ſinceram, ac ſobriam ſine vlla adulatione, ne forte ſimplicitas & puritas ſermonis per verborum adulationem dedecoretur. Dicere vult, Sacerdotes ſemper ore mel, non verò adulationem aſſentationemq. præferre debere. *Ibid.* Nemini adulentus.

Eumdem ſenſum ſecutus Baſilius, docet Sacerdotem in congreſsibus facilem, in colloquiis dulcem ac benignum ſe præbere debere, non vt morionem agat, ludrica conſectetur, itaque ludibrio ſit, ſed ſermones ſuos dulcoret, ſuauitatem ſectetur, omnem rigorem duritiemque ſermonis procul a ſe eliminans. [In congreſſionibus, inquit, facilem, in colloquijs verò dulcem te præbe.] Doctrina hæc ſequenda Sacerdotes, voſq. aſſueſcite dulciter benigneq. loqui, nullis verò minis, & terrore nullo vti. Suauiter loquantur. *Orat. 6. de admon. & inſtitut.*

Expedit, ait Chryſoſt. libro. 3. de Sacerdotio, grauem eſſe Sacerdotem, ſed minimè faſtuoſũ, terrificũ, ſed humanum, viſenda maieſtate principem, ſed omnibus tamen appellandum communem.] Docere vos ſanctus hic Pater vult, Grauitas, & humanitas decet Sacerdotes.

Cantor Philippũ de muſica loquẽtem arguit.

Audite quid aliud. Philippus Macedonum rex, cùm quadam tempeſtate de muſica arte coram illius periti ſſimo diſceptaret, hoc acre reſponſum audijt,[Numquam dij (Rex)tibi tantum mali faciant,vt tu me canendi arte vincas.] Oſtendere volebat rerum humilium infimarumque cognitionẽ tractationemque Magnatibus non conuenire. Et ipſe ad illius imitationem dico, rerum vilium exiguique momenti cognitionem ſcientiamque ſummis Sacerdotibus penitùs indignas eſſe, numquam verò Deus permittat, vt ipſos in eo ſæculares mundique ſectatores ſuperent: grauitas quippe honorem ijs & reuerentiam comparat; nimia verò familiaritas recreatioque ridicula & leuis, contemptum.

Dauid vt ſtultus deriſus, coram rege Achis.
1. *Reg*.21

Dauid regno deſtinatus,omnem magnificentiam ac maieſtatem peroſus, morionemque coram rege Achis & mimum agens, omnium ſannis, & ludibrio fuit expoſitus, & vecors emotæque mẽtis habitus: [Et ait Achis ad ſeruos ſuos; vidiſti hominem inſanum,&c. An deſunt nobis furioſi, quòd introduxiſti iſtum?] Sacerdotes & Prælati, qui Sacerdotalem illam grauitatem negligentes ſcurrilibus ſe dedunt, & mimos agere volunt coram alijs, honorem prodigentes & prçclaram illam diuinitatẽ profanè vilipendentes,omnibus ſe ridiculos exhibent, omnium ſe ludibrio contumeliæque exponunt, & in cauſa ſunt, cur ab alijs vecordes & cerebri imminuti habeantur.

In Lib. 1. *Reg.c*.2.
Sacerdotes ſtultitias iuueniles non ſequãtur.

Hanc quoque rẽ ſanctus pertractans Gregorius,hiſce verbis vſus eſt,[Senes sũt Sacerdotes, quorum officium quia grauitate magnæ honeſtatis impẽditur,à religionis pondere nulla pueri

rilli leuitate vacuatur.] Sententia hæc oſtendere vult, Eccleſiaſticorum eſſe iuueniles inanias ineptiaſque non conſectari, ſed ſenum ritu viuere, inque omnibus magiſtralem quamdam grauitatem præſeferre.

Seraphicus Bonauentura in eamdem materiam delapſus ait, Sacerdotalem dignitatem ſobriam quamdam grauitatem exigere, & à turbis liberam, vitam ſerioſam, & ſingulare pondus honeſtæ conuerſationis. Quomodo enim is alijs ſit exemplo, qui in nullo ab alijs diſcrepat? nihil in moribus ſuis rarum habet, quod cum alijs commune non ſit? quid populus in te demirabitur, ſi quidquid feceris in ſeipſo viderit? at quid dicet, ſi quo erubeſcit, quodque in ſeipſo nonniſi cum rubore videt, in te euidenter apparere viderit, quem penitus Sanctum, & veneratione digniſſimum credebat? Notate præclara hæc verba Sacerdotes; atque hinc diſcite, vitam & mores veſtros vltra commune vulgus, vti dignitas veſtra eorum ſtatum longo interuallo tranſcendit, quid contine re debere.

Nihil cõmune cũ populo habeat Sacerdos.
In Phar. l. 1. ca. 19. ex Amb. Epiſt. 6.

Hac in re Pontificem quemdam informans Bernardus ait, [Eſto grauis, ſed non auſterus,] &c. [mediocritatem ſectare: vt neque de ſeueritate ſis oneri, neque de familiaritate contemptui.] Non Pontificem ſolum, ſed omnes in genere Sacerdotes inſtruere Bernardus voluit, grauitatem moderatam illos decere, id eſt, ne nimis rigidi ſint, nec etiam remiſſi; ſunt ſiquidem hæc extrema, quorum vnum Eccleſiaſticos intolerabiles, alterum contemptibiles reddidit.

Lib. 4. de conſid.
Greg. cap. 20. mora. c. 3.
Sacerdos non nimis auſterus, aut liber ſit.
Moderentur grauitatem Sacerdotes.

Sed grauitas hæc pondus quoddã oppoſitum

habeat,

habeat, vt nonniſi virtuti inſiſtat; nam vt ſanctus Bernardus ait, ſi interdum ſeueritate opus ſit, paterna ſit non tyrannica; Sacerdo esque ſint matres in demulcendo, & patres in populi vitijs caſtigandis. Documentum vniuerſale, quo edocemur, Eccleſiaſticos grauitatem moderari, & ordinare debere; quicumque enim modeſtiam ei comitem adiunxerit, vere ſe patrem oſtendit, ſed eius limites excedere, tyrannidem ſapit.

ſup. Cātic. ſerm. 21.

S. Gregorius veteris Pontificis veſtes allegoricè exponens ait, [Auro, & hyacintho purpurā permiſceri, vt ſcilicet animus Sacerdotalis ſublimia, & celeſtia docendo, ad illa aſpiret, & ſugge ſtiones vitiorum reprimat, eiſque velut ex regia poteſtate contradicat.] Inſignis profectò conſideratio, cuius ſenſus eſt, Sacerdotes cùm reges ſint, alios reprehendendo, authoritatem quamdam regiam grauitatemque præſeferre debere.

2. p. paſt. cap. 13. Sacerdos regiā grauitatē pręſeferat.

S. Pater Ephrem ſui temporis religioſos clericosque alloquens ait, videte ne aut nimis faciles aut blandi ſitis, ne quamprimùm veſtræ vos pœniteat negligentiæ, vitijsque aſſueſcatis. Ab initio potiùs graues ac ſeueri eſtote aduerſus omnem cupiditatis titillationem, & ne aſſueſcatis in bello inferiores eſſe. Sapiens hæc prudensque inſtructio, è qua Sacerdotes diſcant, nimia ſe facilitate ſæpius in vita delabi, & ab iiſdem honeſta grauitate retrahi.

Capit. de exercitat. Nimia facilitas noxia Sacerdoti.

Mellifluus Bernardus, vt certum credidit, omnibus Monachis, & Eccleſiaſticis nullam virtutem magis neceſſariam eſſe, quàm ſimplicitatem religioſam, & grauitatem verecundam. Equidem illi libens ſuffragor, firmiterque credo, illum verum Sacerdotem eſſe, qui cùm religioſè

Grauitas ei neceſſaria. *De ord. vit. & ſer. 86.*

ligioſè ſimplex ſit, honeſtam tamen grauitatem demonſtrat.

Tantam Sacerdotum ſui temporis grauitatem, & modeſtiam eſſe Ambroſius voluit, vt iucundas recreationes, iocos, & luſus illis interdixerit dicens; [Licet interdum honeſta ioca ac ſuauia ſint, tamen ab Eccleſiaſtica (velut aliena) abhorrent regula: quomodo enim probare poterimus, quod in ſcripturæ corpore nequiquā reperire eſt?] Iuxta Doctoris huius ſententiam, omnē ludorū genus fugiant Sacerdotes, quamuis honeſtè iocoſi ſint, & iocoſe honeſti ſint. Sacerdotes fugiāt honeſtos luſus. *Li. 1. offic. c. 23.*

Inter fœminas autem hāc à Sacerdotibus grauitatem adhiberi volebat S. Cyprianus, ſuique temporis Sacerdotes alloquens ait; [Seueritas in vobis,] inquit, [circa fœminas vigeat, authoritas polleat, vigor teneatur, grauitas veneretur:] Sancti huius Patris conſilium ſequamini Sacerdotes; graues vos, & ſeruos oſtendite cùm pellaciſ huic ſexui loquemini, nec in commercijs fœmininis adeo familiares vos gerite. *De ſingu. Cler.*

Ecquam grauitatem, ecquam ſeueritatem, ecquos animos oſtendit Ambroſius, cùm aduerſus Imperatorem Theodoſium homicidij, & innocui ſanguinis effuſi reum inſurgens, vindictamque depoſcens, Eccleſiæ ei fores occluſit; quo facto vniuerſam vrbem Mediolanenſem perculit, Imperatorem perculit, eiuſque Maieſtatem ſub Sacerdotali poteſtate curuari fecit. [Admiratus Imperator Sacerdotis libertatem conſcius ſibi, ac proinde mœſtus, & commiſſorum pœnitudine, interpunctus in regiam reuerſus eſt.] Atque ita omnibus Sacerdotibus exemplum dedit; liberè vt loquerentur, grauitatem ſeruarent, authoritatem ſuam S. Ambroſij grauitas. *Soſom. to. 9. cap. 24. Niceph. l. 12. c. 41.*

etiam

etiam coram Principibus ac regibus tuerentur.

Grauitas S. Thomę Cantuarienſis ad uerſus regem Angliæ.
Ioa. Epiſ. Larno. in eius vita.

Non minor grauitas libertaſque fuit Archiepiſcopi illius Angli Thomæ Cantuarienſis, qui prauis regis ſui deſiderijs, iniquitatiq. reſiſtens, ita illum vexauit afflix.tq. ſæpiùs, vt rex conquereretur, non poſſe ſe cum vno Sacerdote pacem in regno habere. O libertatem admirabilem, ſed Sacerdotibus imprimis notādam! quæ oſtendit animos illis, & generoſitatem induendam, grauitatem ſeruandam, iniquis tum aliorum, tum regum & Principum conceptibus reſiſtendum.

Opuſc. 68. Sacerdotibus grauitatē S. Thomas commendat.
De honeſt. vit. doctrin. c. 2.

Theologorum rex Diuus Thomas præclarā hanc in opuſculis ſuis ſententiam ſcriptam reliquit, [Nemini te multum familiarē exhibeas, quia nimia familiaritas parit contemptum, & ſubtractionis à ſtudio materiam ſubminiſtrat.] Et ſanè, Sacerdotes, contemptibiles vos redditis & ludibrio expoſitos, ſi nimis familiares fueritis, nec grauitatem veſtram moderari noueritis.

Paucis Sacerdos familiaris ſit.
Li. i. offic. c. 3.

S. Bernardus deſcribens in quo vitæ honeſtas ſita ſit, hoc fundamenti loco poſuit, [Cunctis eſto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus.] Ex illius ſententia inferendum eſt, Sacerdotes benignitatē quamdam communem, & grauitatem particularem habere, & ſe nonniſi pauciſſimis familiares reddere debere.

Vera grauitas in verborū libramine conſiſtit.

Sermonem pondera, ait Ambroſius, verba ſingula libra, & humilitate eadem metire; frenum, & repagulum linguæ inijce, eamque ita dirige, omnia vt illius verba in iuſtitiæ pondere vertantur; adeo vt ſit grauitas in ſenſu, infer-

ſermone pondus, atque in verbis modus. Hoc ſequamini Sacerdotes, atque cùm ſermones direxeritis, verba ponderaueritis; nec leuitatem in narrando prætuleritis, tunc verè vos graues dixero.

[Verba otioſa] ait S. Bonauentura, [vndecũque ſint, ſemper fuge; licet enim grande peccatum non putetur eſſe, tamen conſuetudo graue generat detrimẽtum Spiritualium profectuũ;] ſæpeque fit vt dum linguam in verba inania otioſaque nihil minus cogitantes laxamus, ad noxia tandem deuoluamur: mali profectò fontes, è quibus ſæpe, & motus interni, & conſcientiæ cruciatus, & torſiones oriuntur. Hoc notate Sacerdotes. Nimiæ familiaritates huiuſmodi malorum nutrices ſunt; ſeueritas verò rigida, nouercæ.

Fugiat Sacerdos verba otioſa.

De tripli ci ſtat. religioſ. p. 1. c. 27.

Cùm Sacerdos gregis ſit cuſtos, & lumen Eccleſiæ, & ad cuius actiones omnes velut ad normam ſuas dirigere, & efformare debent, conducit quàm maximè, ſi lumen eſſe velit, ſcurrilitatem ac riſus petulantiam odio inſectari, ne alioquí multos petulantiam ac procacitatem doceat. Certum namque eſt Sacerdotum Altiſſimi, Angelum eſſe; atqui Angelus riſu non dignóſcitur, Deo cum timore, & metu deſeruiẽs, Sententia notatu digniſſima, quæ docet, Sacerdotes, cùm ſal terræ ſint, & omnes in illos oculos conijciant, iocis ſe ſcurrilibus tradere, & mimicas ineptias imitari non debere, at verba eorum ſeria, & quidquid ab ore eorum procedit, inſtar oraculi eſſe oportere.

Sacerdos ſcurrilitatem deuitet.

Iſidor. Peluſ. lib. 1. Epiſt. 109.

Plato Philoſophus in Timæo ſuo Gentilium Sacerdotum mores informans, volebat eos ab alijs ſequeſtratos viuere, grauitatem ſeruantes

Sacerdotes à mũdo ſecreti viuant.

uantes, procul ab omni populari turba, commotioneque ſecretos; [Sacerdotes,]inquit, [ab omni turba ſeparati vitam agant.] Quanto potiori iure ſummi Dei Sacerdotes huiuſmodi vitam agant, & à mundo ſæculique turbis ſequeſtrati, & hominum commercia deuitantes, in quiete dies tranſigant? Hoc igitur modo vitam inſtituite.

CAPVT XIX.

Sacerdotes placidi ſint, & benigni.

Sacerdotis arma ſunt benignitas, & humanitas. *Lib. 6. diuin. inſtit. c. 10.*

LActantius Firmianus, ſæculi ſui oraculum de virtutibus ſermonem inſtituens, & imprimis de clementia, ait, clementiam ac ſapientiam hominis arma eſſe à natura illi indita; quin & longius progreſſus ait, Deum rerum artificem nullam animalibus ſapientiam dediſſe, vires tamen, & animos ad ſui in periculis imminentibus defenſionem, & audaciam maiorem contuliſſe: at homini, quem nudum penitus in terra poſuit; & fragilem creauit, inter cetera affectum quemdam ad pietatem, benignitatemque illi indidit, vt hominem alter homo defendat, amet, tueatur, eique in omnibus diſcriminibus ac vitæ aduerſitatibus ſuccurrat. Adeo vt ſummum inter ſe hominum vinculum ſit, humanitatis, quod qui diſruperit, nefarius & paricida exiſtimandus eſt. Quod doctor ille de omni in genere clementia dixit, equidem in Eccleſiæ gratiam dixerim, vera Sacerdotum arma eſſe humanitatem, & clementiam.

Sacerdos placidè loquatur & benignè reſpondeat.

Inter prouerbia Salomonis non poſtremum hoc ſibi locum vindicat, Reſponſione molli frangi iram, & ſermone duro ſuſcitari furorem.

rem id eſt, Sacerdotes præ ceteris benignè placideq. reſpondere debere, & numquam aſpere ſeuereq. loqui, priori enim flamma iracũdiæ exſtinguitur, & altero ſuccenditur, & magis magisq. creſcit. Prou. 15. 1. Reg. 28. & 2. Reg. 10.

Atque vt aſperitas ſemper aliquid ſtoliditatis admixtum habet; ita quoque, teſte ſapiente, benignitas, & affabilitas ſapientiam arguit; nam [ſapiens in verbis ſeipſum affabilem facit.] E quo neceſſariò infero, Sacerdotes, qui in verbis aſperiores ſunt, eſse è numero ſtolidorum; at qui in benignitatem propendent, ſapientes cenſendos. *Eccleſ.* 4. Sapiẽs eſt cùm affabilis eſt.

[Verbum dulce,] ait idem, [& humana reſpõſio multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis in bono homine abundat.] Placidè igitur, & dulciter loquamini Sacerdotes, ſi comparare vobis amicos, & inimicitias mortales, exſtinguere velitis. Benignitas amicitiã gignit & rancorem diſſipat. *Eccle.6.*

Ezechiel Propheta Dei nomine ueteris legis Sacerdotes coarguens ait, [Vos autem cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia, & diſperſæ ſunt oues meæ; dicit Dominus.] Nõ uult igitur Deus Sacerdotes auſteritatem præferre, nec cum nimia potentia rigoreque imperare, ſed benignos ſe, & affabiles erga omnes oſtendere. *Ezec.34.* Non uult Deus Sacerdotes eſſe nimis ſeueros.

Magnus Apoſtolus Paulus in clementia uerſatus quàm qui maximè, ad homines lucrifaciendos, & ad uirtutem traducendos, humoribus illorum ſe attemperat, cumque infirmis ſe gerebat ut infirmum; [factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucri facerem.] Quã doctus, & prudens ille Sacerdos eſt, idem qui fecerit, & qui omnem maieſtatem peroſus humanum Sacerdos omnibus ſe attemperet. *1.Cor.9.*

ſe

Gal. 6. ſe geſſerit, & omni ſe homini accommodarit.

Peccãtes leniter corrigat. [Fratres,] ait idem ille doctor Gentiũ, [ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui Spirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in Spiritu lenitatis, conſiderantes inuicem, alter alterius onera portare, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti.] Vobis hæc Apoſtolus ſcripſit, Sacerdotes, vos Spirituales eſſe, vos Spiritum lenitatis afferre? vos omni modeſtia in corrigendo corripiendoque vti debetis.

Iacob lenitatem ſuã prædicabat. *Gen. 27.* Iacob Patriarcha ſancta quadam ambitione pulſus, & primogenituræ ius ſibi vindicare, paternamque benedictionem in ſe transfundere cupiens, dicebat Matri, [Noſti quòd Eſau frater meus, homo piloſus ſit, & ego lenis.] Credebat Patriarcha, ſimul & ego, vt quis ius primogenituræ obtineat, quod in Eccleſia Sacerdos obtinet, diuinamque benedictionem promereatur, non piloſitatem, & aſperitatem, qualem habebat Eſau, ſed lenitatem, & clementiam in verbis, qualis in Iacobo relucebat, requiri.

Ioſeph leniter fratres allocutus eſt. *Gen. 50.* Ioſeph, totius Aegypti iam vicarius, fratres ſuos in ſumma rerum penuria paſcens, à quibus tamen varijs magniſque iniurijs affectus erat, ob quas meritò illis indignari ſuccenſereque, & alimenta denegando, vindictam ſumere potuiſſet; nihil tamen horum fecit, ſed magnam illis beneuolentiam oſtendit, in neceſſitate conſolatus, lenibuſque verbis, & blandis eos affatus eſt, [Nolite timere, ego paſcam vos, & paruulos veſtros, conſolatuſque eſt eos, & blandè, & leniter eſt locutus.] Ad ſancti huius viri exemplum Sacerdotes, iniurias ſibi irrogatas obliuiſci debent, rancorem omnem, & indignationem

exuere,

exuere, aſperitatem deponere, fratreſq. ſuos Chriſtianos magna benignitate, & lænitudine affari.

Cùm ſummus Pontifex Aaron inaugurandus eſſet, præcepit Deus vt ſacro vnctionis oleo vertex illius inungeretur, atque hoc ritu conſecraretur. [Oleũ vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc ritu conſecrabitur] Hacce cere moniali vmbra denotare voluit Deus, Sacerdotes & minores & maiores Eccleſiæ nonniſi lenitatem & clementiam præſeferre debere, atque in omnibus ſe placidos & humanos oſtendere, cuius rei oleum, ſymbolum & figura eſt.

Oleum lenitatis ſymbolum. *Exod. 29.*

Samſon cum ænigmata emblemataq. intricata Philiſtinorum ſatrapis ſoluenda proponeret, poſtquam iam leonem ſuffocaſſet, cuius in faucibus fauum mellis reperit, hoc illis diuinandum dedit, [De forti egreſſa eſt dulcedo.] Quod Philiſthæi diuinare non potuere, equidem interpretari volo, dicamq. hoc euenire, quando Sacerdos qui omnium mortalium fortiſſimus eſt, mellea effundit verba, oẽs placidè affatur, aſperitateque non vtitur; tunc ſcilicet è leone egreditur mel & è forti, dulcedo, quæ genuina ænigmatis eſt interpretatio.

Interpretatio Emblematis Samſonis moraliter expoſita. *Iudith. 14.*

Amos & Ioel aurea ſæcula in lege Euangelica oritura præuidentes, dixere, tunc [dulcedinem montibus demanaturam.] Docere myſterium volebat, ex ore magnorum Sacerdotum, qui Eccleſiæ montes ſunt, aliquando mel & verborum dulcedinem egreſſuram.

Amos, & Ioel Sacerdotumdulcedinem docent. *Amos 9. et Ioel 1.*

Rex Salomon in interiori tẽpli ſui oraculo imagines Cherubin conſtituit, eoſq. ex lignis oliuarum, [Et fecit in oraculo duos Cherubin de

Cherubin de lignis oliuæ docent dulcedinem Sacerdotũ,

lignis oliuarum.] Sacerdotes porrò viuæ imagines, & Eccleſiæ Cherubini ſunt; illos verò è lignis oliuarum compingere, eſt dulcedinem, lenitatem, benignitatemq. quarum oliua ſymbolum, illis commendare.

Senatores Roboamo lenitatem ſuaſere.

3. Reg. 12.

Roboam filius Salomonis varios in regno recenti motus expertus concilium ſuorum coegit, qui motuum pacandorum rationem ſuggererent, ſeniores verò & rerum benè periti dixere, [ſi hodie obedieris populo huic, & ſeruieris & petitioni eorũ ceſſeris, locutuſq. fueris ad eos verba lenia, erunt tibi ſerui cunctis diebus.] Hoc materiæ meæ adaptans idem Sacerdotibus conſiliũ ſuggero, ſimulq. moneo, ad ſchiſmata diuiſioneſq. Eccleſiæ impediendas, meliorem rationem non ſuppetere, quam populo ſeruire, eorum petitioni cedere, & ad omnes verba lenia proferre: itaque fiet vt in officijs imperaturi præualiturique ſint, fideleſque omnes morigeros habituri.

Eſthr. 13.

Aſſuerus regnabat placidè.

Artaxerxes Monarcha centum & viginti ſeptem prouinciis imperans, regni ſui ſatrapis ſcribens, hoc eis ſuæ benignitatis exemplum dedit; [Volui nequaquam abuti potentię magnitudine, ſed clementia & lenitate gubernare ſubiectos.] Monarcham hunc imitamini Prælati, potentiæ veſtræ magnitudine nolite abuti, ſed magna cum clementia & lenitate in Eccleſia ſubditos gubernate.

Iudith. 9.

Benignorum preces Deo gratæ.

Formoſa Iudith Holoferni ceruicem iam iam amputatura, hãc tacitè ad Deum orationem effudit, [Humiliũ et manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio,] Deus. Verè & prudenter cordata illa virago locuta eſt. Vota enim & preces benignorum leniumque magnoperè

Deo

Deo placent, & imprimis in Sacerdotibus hoc locum habet. *Pſal. 36.*

Manſueti autem, ait Pſalmographus, [hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.] Egregium profectò oraculum, quo prædicitur, Sacerdotes qui benigniotis naturæ ſunt, & non auſteriores, feliciter hanc terram poſſeſſuros, & infinitis in anima voluptatibus, pace interna potiendo, fruituros. Quanta bona promãſuetis.

Inter prouerbia ſua docuit Salomon, Deum deludere illuſores, & manſuetis daturum gratiam. Hoc notate Religioſi, & cogitate, ſi illuſores ſitis, Deum quoque vobis illuſurum; at ſi benignitatem fueritis conſectati, gratiam ſuam elargiturum. Deus dat gratiam maſuetis. *Prou 3.*

Formoſa Canticorum ſponſa dilecti ſui dotes perfectioneſque recenſens, ait inter alia, illum loqui ſuauiſſime vocemque illius adinſtar ſaccari & mellis dulcem eſſe, [vox enim tua dulcis.] Quam egregia laus eſt; quando Eccleſia, quam ſponſa illa denotabat, de prælatis ſuis dicere potuerit, vocem & verba eorum dulcia eſſe & ſermones nectareos! Sponſa ſponſi vocem eſſe ait dulcē.

In ſecundo Machabæorum lib. Spiritus ſanctus Oniæ Pontificis elogium concinnans, dulcedinem & benignitatem imprimis commendat, [Oniam (qui fuerat ſummus Sacerdos) virũ bonum & benignum, verecundum viſu, mode ſtũ moribus, & eloquio decorum.] Vnde colligo præcipuas, & digniſſimas præſulis dotes eſſe, & optimum Sacerdotis vulgaris elogium, benignum eſſe, & affabilem in conuerſatione, in eloquio grauem, in moribus modeſtum. *2. Matt. 15.* Onias Pōtifex laudatus ob lenitatem.

Quinimò inter dotes quas in Epiſcopo requirit Apoſtolus, quaſque ad illius perfectio- Beignitas Epiſcopo neceſſaria.

 nem

Tim. 1. nem eſſe putat neceſſarias, benignitatem & lenitatem recenſet: [Oportet Epiſcopum irreprehenſibilē eſſe &c. benignū, ſobrium, iuſtum.] Quod autem ille de Eccleſiæ prælatis, equidem de ſingulis Sacerdotibus dixero; cenſeo enim Sacerdotio illum indignum eſſe, qui ſeuerus & durus eſt.

Suam benignitatē Apoſtolus nutricę cōparat. 1. *Theſſ.* 2. Theſalonicenſibus etiam ſcribens ait, [Cum poſſemus oneri eſſe vt Chriſti Apoſtoli,] quibus auctoritate vti interdum licet, id nō fuimus, [ſed facti ſumus leues (alias paruuli) in medio veſtrū tāquam ſi nutrix foueat filios ſuos.] Egregia Paſtoribus & omnibus omninò Sacerdotib. inſtructio, ne in officio ſuo ſeueri ſint, peccatoribus nō ſuccenſeant, non aſperè corripiant; ſed vnumquemq. blandè affari, paruulos in lenitate ac veros animarum nutritios ſe exhibendo.

In regul. Bēignitas ſit Sacerdoti naturalis. [Naturæ noſtræ nihil eſt tam peculiare, quā mutua inter nos communicatio, mutuiſq. officijs & obſequijs inuicē ſuccurrere, & vt alter alterū diligat vtpotè qui eiuſdē eſſe, eiuſdē ſanguinis, eiuſdem originis ſumus.] Philoſophica hæc gnoma docet, natura duce, omnes, & imprimis Sacerdotes ad ſuccurrendum inuicem, beneuolentiam mutuam oſtendendam, & benignè cum omnibus agendam, propendere debere.

Gen. 59. *In paſt. p.* 1 *c.* 6. *moral. l.* 21. *c.* 10. Lenitas ad homines, terror ad beſtias regendas. Deus Noachum eiuſq. filios benedicens ait, [Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ.] S. Gregor. allegoricum loci huius ſenſum enodans, dixit, Deum non aliam ob cauſam hæc verba locutum, quam vt oſtenderet, terrorem & ſeueritatem nobis non eſſe, niſi ad animalia ſubiuganda domandaque exhibendum, ſed ad homines demulcendos regendoſq.

lenitatem

lenitatem deſiderari; vide igitur num Sacerdotes eam præ alijs oſtendere debeant, cum illorum ſit animas gubernare?

Sacerdotes ſint benigni erga omnes.

Homo, teſte magno Gregorio, iam inde a creationis ſuæ primordio, idq. naturali iure, brutorũ animalium, non autẽ ſibi ſimilium Dominus ac caput declaratus eſt, ideoq. dictum eſt, vt tremor eius & terror ſuper cuncta animantia, non verò ſuper homines ſit: [nam inſoleſcere, & præter naturam inſuperbire, eſt a ſui ſimilibus timeri velle.] Vobis hoc inſigne Sacerdotes, humanitatemq. diſcite, terror quippe & vehementior commotio ad animalia perterrenda & domanda ſpectat, ad homines verò regendos formandoſq. benignitas ac lenitas requiritur.

Moral. l. 21. c. 10.

[Iuxta Pauli vocem, inquit S. Bonauentura, in arca tabernaculi cum tabulis virga ſimul & manna eſt: nã vti ſcientia ſanctarũ ſcripturarum in boni doctoris animo virga furoris eſt, ita eſt et manna ſuauitatis.] Vnde oſtendere voluit, virgam & manna, id eſt, correctionem & lenitatem in Sacerdotis animo, velut in arca Teſtamenti, debere deliteſcere, & inhabitare.

lib. 4. Pharet.

Seueritas, & lenitas ſint ſimul i Sacerdote

Quã preclarè hoc docet Bernardus; [Diſcite qui iudicatis terrã, inquit, eſſe debere vos matres non verò Dominos ſubditorum veſtrorũ: ita vos gerite vt amemini, non verò timeamini; ſi verò ſeueritate interdum opus eſt, paterna ſit non tyrannica: patres vos gerite in reprehẽdendo, matres in defendendo, manſueſcite, ponite feritatẽ, ſuſpendite verbera, producite vbera, pectora lacte pingueſcant, non typho turgeant. Cur tã grauiter opprimitis; quorum ſolicitudo & cura vobis incumbit?] Aliò non ſpectant hæc verba, quam vt Sacerdotibus perſuadeant, ſtudere

In cant. ſerm. 25.

Sacerdos videat vt diligatur potius q̃ timeatur.

X 3 illos

amicitiam, & beneuolentiam conciliet, quam ſi morum hæc, benignitate, facilitate Spiritus præceptorum moderatione, verborum affabilitate, ſermonis dignitate, potentia ſimul, & modeſtia, temperetur & ſtipetur. Incredibile ſcilicet eſt, quantum hoc ad beneuolentiam hominum comparandam conducat. Sancto huic Epiſcopo credite Sacerdotes, voſq. in omnibus benignos eſſe & humanos oſtendite, hæc enim vnica eſt ratio, quæ omnibus vos reddere poteſt amabiles.

[Affabilitas, ait idem Epiſcopus, ſermonis ad conciliandam gratiam valet plurimum, ſed hanc volumus eſſe ſinceram, ac ſobriam ſine vlla adulatione, ne forte ſimplicitas & puritas ſermonis per verborum adulationem dedecoretur. Dicere vult, Sacerdotes ſemper ore mel, non verò adulationem aſſentationemq. præferre debere.

Ibid. Nemini adulentus.

Eumdem ſenſum ſecutus Baſilius, docet Sacerdotem in congreſsibus facilem, in colloquiis dulcem ac benignum ſe præbere debere, non vt morionem agat, ludrica conſectetur, itaque ludibrio ſit, ſed ſermones ſuos dulcoret, ſuauitatem ſectetur, omnem rigorem duritiemque ſermonis procul a ſe eliminans. [In congreſſionibus, inquit, facilem, in colloquijs verò dulcem te præbe.] Doctrina hæc ſequenda Sacerdotes, voſq. aſſueſcite dulciter benigneq. loqui, nullis verò minis, & terrore nullo vti.

Suauiter loquantur

Orat. 6. de admon. & inſtitut.

Expedit, ait Chryſoſt. libro. 3. de Sacerdotio, grauem eſſe Sacerdotem, ſed minime faſtuoſū, terrificū, ſed humanum, viſenda maieſtate principem, ſed omnibus tamen appellandum communem.] Docere vos ſanctus hic Pater vult,

Grauitas, & humanitas decet Sacerdotes.

 Sacer-

Sacerdotes, ſi grauitas vos decoat, dulcedinem & humanitatem multò vobis magis expedire ac conſentaneam eſſe.

In paſtora li. l. p. 2. c. 6.
Miſceant rigorem dulcedini.

Magnus Gregorius] ſemitam eamdem inſiſtẽs vult rigoris aliquid ac ſeueritatis cum ſuauitate miſceri, & rigorem dulcedine temperari, & paſtores duobus hiſce armis inſtructos neu in mollitie, neu in ſeueritate excedere. [Regat, inquit, vigor diſciplinę manſuetudinem & manſuetudo ornet ſermonis rigorem, & ſic alterum commendetur ex altero.] Dicere vult, Sacerdotes ad honeſtè viuendum, & dignè ſeueritatem & humanitatem eſſe temperandam, & duas haſce partes ſimul inſtructas incedere debere.

P. 3. paſtor. admon. 17.

Idcirco, inquit idem Gregorius, Spiritus ſanctus in columba & igne monſtratur, quia videlicet omnes quos implet, & columbæ ſimplicitate manſuetos, & igne zeli ardentes exhibet. Hinc ille Spiritu ſancto repletus dici nequit, qui in dulcedinis malacia feruorem & zelum exuit, vel in zelo virtutem manſuetudinis penitus obliuiſcitur, docere hic Sanctus Pontifex vult, Sacerdotes, ſi oſtendere Spiritu diuino ſe plenos velint, in anima zelum & affectionem ſimul & humanitatem præferre debere.

Seſſ. 3. c. 1. de reform.
Humanitas & ſeueritas Sacerdoti neceſſaria.

Si quid, ait Conciliũ Trident. per humanam fragilitatem ſubditos peccare contigerit, illa Apoſtoli Sacerdotibus ſuis eſt obſeruanda præceptio, vt illos arguant, obſecrent, in omni bonitate & ſcientia.] Sæpè enim in corrigendis plus valet gratia, & benignitas, quam auſteritas, plus preces quam minæ, plus charitas, quam auctoritas, ſi verò interdum ob criminis grauitatem & enormitatem virga adhibēda eſt, tūc rigor ſuauitate tēperādus, iuſtitia miſericordia mitiganda, ſeueri-

ſeueritas humanitate emollienda: cum vigilantis & ſeduli paſtoris partes ſint, ouium morbis primò molliora & dulciora malagmata applicare, deinde ſi mali grauitas & morbi vis poſtulet, ad ferrum & duriora remedia deſcendere. Docet concilium Eccleſiaſticos, vt dignè debitèque munere ſuo fungantur, humanitatem vnà, & ſi res exigat, ſeueritatis nonnihil altera manu præferre debere.

Rigor, & ſuauitas Sacerdotio neceſſaria.

Pontificale Rom.

Epiſcopo initiando inter ceteras cærimonias baculus in manus datur, atque hoc illi tum accini ſolet. [Accipe baculum paſtoralis officij, vt ſis in corrigendis vitijs piè ſæuiens, iudicium ſine ira tenens.] Animas ad virtutem ſuauitate trahas, & in dulcedinis & lenitatis tamen malacia diſciplinæ non obliuiſcaris & iuſtitiæ. Auguſta hæc cæremonia Prælatis, & ſimul omnibus Sacerdotibus inſtructioni eſt ob functionis, & oneris difficultatem, moleſtiaſq. in eodem occurrentes ſanctæ ſeueritatis arma interdum eſſe adhibenda.

3. p. Paſt. admonit. 18.

[Equos indomitos, ſcribit magnus Gregorius, blanda prius manu tangimus, vt eos nobis plenius, poſtmodum etiam per flagella & calcaria ſubigamus;] medicis quoque ſolent amaris catapotijs mellita permiſcere, vt æger guſtus ſuauitate illectus decipiatur, atque ita humor letalis ac noxius a crimonia & amaritudine expellatur. Sanctiſſimi huius Pontificis conſilium ſequendo Sacerdotes, qui veri animarum equiſones & medici ſunt, benignè ſuauiterque cum illis agant, quos initio refractarios & peruicaces reperiunt, vt illos tandem pænitentiæ & diſciplinæ flagello edoment.

ſacerdotes medicis ſimiles.

[Meminiſſe oportet, ait Concilium Aquiſgranenſe,

Cap. 134. Sacerdotes ſint columbę per ſimiles.

nenſe, [Rectores, quia columba eſt in Diuinis ſcripturis Eccleſia appellata, quæ non vnguibus lacerat, ſed alis piè percutit.] Egregius hic conceptus oſtendit, Eccleſiaſticos vngues ad lædendū diſcerpendumque præferre non debere, ſed alas dumtaxat ad percutiendum, id eſt verbis leuibus coarguere, & columbarum inſtar viuere.

In libro 1. Regum c. 24. Sacerdos ſit vt pater.

[Si Sacerdotale, inquit Gregor. quod adminiſtramus officium, mentisq́ integritate penſemus, ſic nos cum filijs noſtris debet vnire concordia. vt ſic patres nomine, ita affectu probemur in opere.] Notate hoc Sacerdotes, tamque digne officium quod exercetis examinate & ponderate, vt quemadmodum appellatione Patres eſtis, etiam opere & reipſa ſitis, atque vt tales cum veris Eccleſiæ filijs viuatis.

Sacerdos alijs cōdoleat. *In eos qui alios durius iudicāt.*

Aliorum afflictionibus condoleat, & commiſeratione tangatur Sacerdos, inquit Greg. Nyſſenus, ſibiq. perſuadeat, quod quamuis dignitate præcellat ijs, quos gubernat & regit, eiuſdem tamen cum ijs naturæ eſſe, & ſimiles in errores incidere, ac paria poſſe delicta committere. Ne ſis in abſcindendo & reſecando adeò promptus, tu inquam, qui orare Dominum debes, vt patientiam habeat in te, [Tuum eſt, inquit, placare iudicis animum Sacerdos, ac Moyſis curam & ſolicitudinem] imitari. Has ego vobis litteras deſtino Sacerdotes, voſque ex animo exhortor, vt ſpiritum compaſſionis induatis, aliorumq. miſerijs ad imitationem piorum illorum virorum condoleatis.

In Matt. c. 2. Seueri ſint Sacerdo-

[Circa vitam tuam, inquit Chryſoſtomus, eſto auſterus, circa aliorum benignus; audiant te homines parua mādantē, & grauia facientē.] Conſilium

ſilium hoc ſequamini Sacerdotes, & auſteritatem in vos ipſos exercete, & benignitatem oſtendite in proximum.

tes erga ſe ipſos.

CAPVT XX.

Sacerdotes ſint omnibus in rebus modeſti.

SApiens olim de geſtu, forma & habitu hominum externo loquens, dicebat, è vultu & oculis hominem iudicari, è corporis etiam habitu, è riſu dentium & ingreſſu illius internum ſtatum percipi poſſe, [Amictus corporis, & riſus dentiũ & ingreſſus hominis enuntiant de illo.] Sacerdotibus hoc applicans, dico, ex eorum habitu, geſtu, forma & moribus externis, facile percipi, quales ſint intus, qualiſue eorum vita, propterea omnem modeſtiam conſectentur neceſſe eſt.

E geſtu cognoſcitur homo. *Eccleſ.* 19.

[Fatuus, ait idem paulò poſt, in riſu exaltat vocem ſuam, vir autem ſapiens vix tacitè ridebit,] vixq. ab aſtantib. percipietur. Hinc Sacerdotes diſcant, quanta ſibi ſit modeſtia neceſſaria, ſi enim effuſè & cachinando rideant, ſtultos ſe eſſe demoſtrant, at ſi in riſu modeſtiam ſeruent, ſapientes ſe & prudentes oſtendunt.

Cap. 21.

Myſticus ille amans dilectæ ſuæ perfectiones & pulchritudinem exaggerans, malo eam punico comparat: [ſicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ:] malum punicum igneo colore inſigne, quodque plura grana habet mirabili ordine inter ſe diſpoſita & collocata, denotare myſticè volebat, animam tunc pulchram eſſe, & Sacerdotem Deo placere, cum charitatem omneſque actiones ſuas bene compoſitas, & diſpoſitas habens, foris Chriſtianam modeſtiam exhibet ac præfert.

Sponſę venuſtas malo punico comparata. *Cant.* 4.

Salo-

Modeſtiæ finis timor Dei. Salomon in prouerbijs etiam de modeſtia loquens, dicebat, [Finis modeſtiæ timor Domini:] oſtendere volens; Sacerdotem, qui Deum non metuit, ſemper impudentem eſſe; qui verò diuino tangitur timore, ſemper, & vbiq. ſe modeſtum exhibere.

Prou. 21. Onias ob modeſtiā laudatus. 2. *Matth.* 15. Onias Pontifex in Machabæorum hiſtoria a modeſtia imprimis laudatur, diciturque benignus & bonus & modeſtus moribus & eloquio decorus fuiſſe, [Oniam (qui fuerat ſummus Sacerdos) virum bonum & benignum, verecundū viſu, modeſtum moribus, & eloquio decorum.] & ſane maxima & potiſſima Sacerdotis gloria, ac laus eſt, in verbis & ſermonibus grauem ac ſerium eſſe, & in conuerſatione benignum, in vita denique modeſtum.

2. *de finib.* Nemo ſine modeſtia iucundè viuere poteſt. Tanti porrò M. Cicero modeſtiam faciebat, vt quemquam iucūdè poſſe viuere negaret, niſi ſimul honeſtè viueret; honeſtas porrò modeſtiam includit. Oratoris huius verbis inſiſtens dico, Sacerdotem bene viuere non poſſe aut feliciter, niſi ſimul honeſtatem morum, & vitæ modeſtiam ſectetur.

Lib. 7. Modeſtū, & generoſum militem deſiderabat Cæſar. Cæſar non minor miles, quam orator, dicere ſolebat, non minus ob modeſtiam quam animi magnitudinem militem laudandum, [Non minus, inquit, in milite modeſtia, quam virtus atq. animi magnitudo deſideranda eſt.] Quot miles ille de militibus ſuis, ipſe Sacerdos de Sacerdotibus dicere audebo, & aſſerere, modeſtiam tantum imò & amplius illis neceſſariam eſſe, quam conſtantiam & animi magnitudinem.

Modeſtia theſaurus virtutum. *Minãder.* Menander Comicus Græcus, [promptuarium virtutum ſolam eſſe] dicebat [modeſtiam.] Quā igitur diues religioſus eſt, qui pretioſam hanc

gemmam

gemmam & monile nactus fuerit; nam quum modeſtiam habuerit, omne virtutum genus nactus eſt.

Euripides autem tragicus, modeſtia nihil a diis homini hac in vita dari poſſe dixit pulchrius aut elegantius. *In Medea*

[Donum Dei pulcherrimum eſt modeſtia.] proximè Poeta hic ad Chriſtianorum doctrinã acceſſit, eius ſi quidem ſententiam & gnomon laudans, dico modeſtiam verè Dei donum eſſe, & quidem pulcherrimum ac præſtantiſſimum, quod hoc in mundo accipere cælitus homo queat: & gloriari Sacerdotes poſſe inſigni & raro ſe a Deo tum honore donatos eſſe, cum hanc ab eo fuerint virtutem conſecuti. Dei donũ modeſtia.

Teſtem huiuſce opinionis meæ habeo Apoſtolum, probaturus enim modeſtiam cælitus deſcendere, inter fructus Spiritus ſancti illam numerat, & charitatem ei, caſtitatem, gaudium & continentiam ſocias addit, [fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, &c. Modeſtia continentia, caſtitas.] O mirabilia! ſequitur hinc Sacerdotes, qui modeſtiam habent, Spiritum ſanctum quoque habere; qui verò inſoleſcunt, & immodeſti ſunt, nihil è diuinitate participare ſed profanos eſſe. Modeſtia fructus ſpiritus ſacti. *Pſal. 5.*

Antichriſtum Daniel Propheta deſcribens deq. eius vitijs agens, inter cetera illum impudentem, & modeſtiæ expertem fore dixit, [Conſurget rex impudens facie.] E quo colligere poſſum Sacerdotes, & religioſos, cum immodeſti ſunt, & impudentiam in moribus præferunt, veros eſſe Antichriſtos. Antichriſtus impudens futurus eſt. *Dan. 5.*

Inter cætera quæ coloſſenſibus ſeruanda proponit Apoſtolus, modeſtia eſt; ait n. [Induite *Coloſ. 3.*

vos

Coloſenſib. *Apoſtolus* modeſtiam ſuadet.

vos ergo, ſicut electi Dei, ſancti & dilecti viſcera miſericordię, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, &c.] Idem ipſe vobis occino, Religioſi; hiſce veſtimentis animas veſtras exornate, miſericordia, patientia, benignitate & imprimis modeſtia vos conueſtite.

ItemPhilippeſib. *Philip. 19.*

Idem Apoſtolus Philippenſibus ſcribens, eamdem illis commendauit, modeſtiam, [Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: Dominus enim propè eſt, &c.] Vobis hoc ſcriptum & dictum eſſe cogitate Sacerdotes, viuite honeſtè, Chriſtiano ritu vitam inſtituite, modeſtia veſtra eluceſcat, nota ſit non vni aut aliquot, ſed omnibus in genere hominibus, vbique locorum, & omni hominum generi, & ſtatui.

Tim. 3. Modeſtia ad Epiſcopi perfectionem neceſſaria.

In præclara illa boni Epiſcopi imagine quam Apoſtolus Timotheo ſuo delineauit, præcipuus color elucet modeſtia, [Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe &c. non percuſſorem, ſed modeſtum.] Iidem quoque colores in Sacerdotis imagine depingenda ſunt neceſſarij, quæ vt dignè exprimatur, modeſtiæ coccus & vermiculus imprimis adhibendus.

Petrus Apoſtolus modeſtiā commendat. *1. Pet. 5.*

Apoſtolorum princeps Petrus in Epiſtola ſua fideles adhortabatur, vt vnanimitatē fidei ſeruarent, proximi miſerijs condolerent, fraternitatem & amorem conſectarentur, ſed miſericordiæ, modeſtiæ humilitatiq. pro viribus incumberent. [In fide autem omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, modeſti, humiles, &c.] ſciebat ſcilicet Apoſtolus nihil ad hominis & Sacerdotis imprimis perfectionem eſſe neceſſarium magis aut requiri quam pietatem, miſericordiam, humilitatem, & vitæ modeſtiam.

Seraphicus Bonauentura dicebat, exteriorem corporis compoſitionem interioris, & animi ſignum atque indicium eſſe, [Qui enim, inquit, mentis ſtatum perdidit, ſubſequenter foras in inconſtantiam motionis fluit, atq. exteriore mobilitate indicat, quo nulla interius radice, ſtabilitatis ſubſiſtat.] Vigilate igitur, Sacerdotes ac ſata gite vt exteriora rite dirigatis, tamq. ſapienter vos & prudenter gerite, vt è corporis habitu, ſitu, inceſſuq. de internis animæ virtutibus ſtatim coniectura fiat.

In pharetra ex Greg. p 3. paſtor. admon. 24. Per exterius Sacerdotis, interior ſtatus dignoſcit.

Hinc magnus Auguſtinus dicebat indecentia, & incompoſitione corporis, inæqualitatem indicari mentis. Et ſanè ita ſe res habet, & in ſacerdotibus hoc ad oculum patet, nam quales ſunt in extremo corporis hábito, tales quoque haud dubiè in animæ regimine ſunt.

Epiſt. 109. ad monac. E corporis incompoſitione de animæ inæqualitate licet colligere.

In Idem argumentũ delapſus Ambroſius, ait, [Eſt in ipſo motu, inceſſu, geſtu teneda victoria; habitus enim mentis in corporis ſtatu cognoſcitur:] Adeo vt omnes corporales motus velut voces & ſermones animi ſint, & mens noſtra ad corporis normam dirigatur, & componatur, vtinam diligenter hoc Sacerdotes cogitarent! quàm diligenter in actiones & vitam ſuam inuigilarent; quot enim paſſus facit corpus, tot quodammodo verba eloquitur anima.

Lib. 1. offic. c. 18.

[Nec curſim, inquit ibidem Ambroſ. ambulare honeſtum arbitror, niſi cum cauſa exigit alicuius periculi vel iuſta neceſſitas,] eo quod ex inceſſu aliquod auctoritatis indicium, pondus, grauitatis & ſigna tranquillæ mentis appareant. Opus præterea, vt omnia hæc a ſimplicitate dirigantur, nullamq. hic ſit affectatio aut aſcititia induſtria. Hinc igitur cogitate Sacerdotes, quam

Sacerdotes modeſte inceedant.

quam culpandi ſitis, imò verò quam ignominioſum vobis ſit per plateas diſcurrere, & citato greſſu properare, cum potius inceſſus veſter temperatus, geſtus quietus, & modus vitæ grauis, ſedatus ac prudens, actiones veſtræ nil niſi virtutes, & verba, nil niſi oracula eſſe debeant.

Norma viuendi c. 4. ſpecul. diſcip. p. 3. c. 8.

Sacerdotes & geſtu et veſte animæ ſinceritatem oſtendant.

S. Iſidorus, & cum eo S. Bonauentura, hæc modeſtię pręcepta tradiderũt, [ſit in geſtu tuo grauitas, in motu ſimplicitas, in inceſſu honeſtas, nihil dedecoris & laſciuiæ, nihil petulantiæ, nihil inſolentiæ, & leuitatis in tuo inceſſu appareat.] Animus enim per corporis geſtus & habitum colligitur, & corporis ſitus & forma imago ac reprę-ſentatio eſt animæ. Demonſtrare magni illi viri volebant, Sacerdotes tum geſtu, tum habitu & veſte integritatem animi prudentiam oſtendere debere.

De triplici ſtatu religioſ. p. 1. c. 20.

[Cum ſederis, ait ſingillatim Bonauentura, ne in latus pigrorum inſtar reclinaueris pedes ne longius coram alijs protẽdas, exterior enim incompoſitio corporis, eſt indicium indeuotæ mentis.] Et ſanè Sacerdotes, quales vos oſtenditis exterius, tales vos interius eſſe oſtenditis.

In form. vit. can. c. 19.

Prima Sacerdotis cura exteriorem hominem cõponere.

[Sollicitudo prima ſacerdotis, ait Concil. Hildeſemenſe, ad hoc tẽdere debet, vt exteriorẽ hominem debite componat, tam in loquendo, quã comedendo, ambulando etc. vt quicumque illum aſpexerit, eiuſq; mores conſiderarit, ædificetur ac dicat, Ecce virum reformatum & Eccleſiæ pervtilem, [cum videant omnes ſanctam illum vitam inſtituere. Nolite dubitare Sacerdotes, quin id in quod intendere & incumbere debetis, exterior homo ſit, quem ad virtutem inſtituere ac componere debetis, vt omnes illius

exemplo

exemplo ædificentur & ad bonum trahantur.

[Morum compoſitio inter ſimplices & mundanæ vitæ homines maximè eſt neceſſaria, quia facillimè ſcandalizantur, quando vel parum clerici ad libertatem extrinſecam declinant: è contra verò cũ modeſtè illos incedentes vident, honeſtè conuerſari, & caſtè viuere, ſummopere ædificãtur, eoſq. debito honore proſequuntur.] Hæc idem quod ſupra Concilium. Et eſt veriſſimum Sacerdotes, quòd quando in exterioribus nonnihil vobis indulgetis, ſcandalo populo ſitis; cùm vero vos ipſos cohibetis, & honeſtam vitam ducitis, bono alijs exemplo ſitis, & omnes vobis cultum deferant.

Exteriorā capiũtur ſimplicio res. *Ibid. c.18.*

Deinde Concilium Tridentinum, circa hæc decreta condens, ait Eccleſiaſticos ita mores ac vitam componere debere, vt in habitu & geſtu, conuerſatione, alijſque rebus nihil niſi grauitatem, & modeſtiam præferant, & religionem coram omnibus ſpirent; [ſic decet omnino clericos,] inquit, [vitam & mores ſuos componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, alijſq. omnibus rebus nihil niſi graue, moderatũ, ac religione plenum præſeferant.] Hoc modo vitã inſtituere Sacerdotes, modeſtè veſtiri, grauiter incedere, & vbique ac ſemper religionem præferre, verè Eccleſiaſticum redolet; at aliter qui ſe gerit, nomine hoc, titulo, qualitate, & dignitate data indignus eſt.

Seſſ. 22. c. 1. de reform. Sacerdotes omnes in veſte & geſtu ſint velut religioſi. *De ord. vita.*

[Sit tibi,] inquit Bernardus, grauitas in inceſſu in ſermone pondus, atque in verbis modus:] Salutare vobis & bonum conſilium Sacerdotes, quodq. ſemper in vita vobis ſeruandum, oſtendendo vos ſcilicet in inceſſu graues, in ſermone cordatos, & in verbis moderatos & modeſtos.

Sacerdotes ſint in inceſſu graues & verbis prudẽtes. *In regul. cap. 17.*

Eundem quoque ſcopum fecit Auguſtinus,

 dum

Nihil faciāt quod offendāt.

dum ait,[In inceſſu ſtatu,habitu,& in omnibus moribus veſtris,nihil fiat, quod cuiuſquā offendat aſpectum , ſed quod veſtram deceat ſanctitatem.] Si hanc ad regulam ac normam Sacerdotes ſe ſuamque vitam dirigerent , non tot in Eccleſia diſſolutiones , ſcandala, & laſciuiæ hodierna die conſpicerentur.

De tripl. ſtatu religioſ. p. 1.c. 19.

Sacerdotes aliter incedunt quàm ſæculares.

S.Bonauētura hanc religioſo cuidam doctrinam ſeruandam præſcribebat, [Inceſſus tuus ſit maturus,non leuiter curras & ſine neceſſitate,] ne erecto incedat collo, oculi ne huc & illuc diuagētur , brachia ſæcularium more ne temerè iactites,imo ne inceſſus ſit affectatus,& velut ad numerum directus,ſed humiliter ac demiſſe incedito. Idem ego Sacerdotibus & Clericis ſuggero,auctorque ſum vt greſſum moderentur,ne per plateas incedendo feſtinent , oculos contineant,& velut domi, ne euagentur, cuſtodiant, cum humilitate incedant, nec ad ſæcularium ſe formam & normam componant.

In orat. 17. de humilitate.

Præcipitantia perturbata animi ſignum.

Inceſſum lentum damnabat Baſilius, quod puſillanimitatis & inertiæ ſignum eſſet,ſimul & præcipitem ac concitatum , quod animum perturbatū,& paſſionum bello agitatum indicaret, [Inceſſus neque lentus,] inquit , [vt qui animi diſſoluti ſignum;neque rurſus celer & cōcitatus, vt qui ipſius impetus perturbatos eſſe demonſtret.] De Sacerdotibus dicebat hoc Cæſarienſis hic Epiſcopus, quos inter ceteros mediocritatē ſectari , non pedetentim numeroſeque incedere,nec etiam nimium properare oportet , quod ſegnitiem diſſolutionemque primum , animi perturbationem redoleret alterum . Docet Hugo Cardinalis , honeſtę conuerſationis diſciplinam è quatuor perpendi poſſe , è geſtu, motu ,

Lib de diſcip. monach.

aſtatu

affatu & conuictu; geſtum porrò tùm reprehenſione dignum eſſe, ſi vel effeminatus eſt, vel diſſolutus, lentus aut præceps: mollis enim laſciuiam & diſſolutionem ſpirat, lentus ſegnitiem & inertiam, violentus inconſtantiam & animũ parum ſedatum. Equidem poſt magnum hunc virum dixero, quatuor haſce partes, Sacerdotibus imprimis neceſſarias eſſe; ac præſertim geſtum: geſtus enim hominis prudentis ac cordati in omnibus actionibus gratioſus & lenis ſit ſine diſſolutione, grauis ſine præſumptione, maturus ſine inſolentia & ſine inquietudine promptus. 4. In Sacerdote requirun tur, geſtus, motus, ſermo & cõuictus.

Concilium vero Moguntinum ita hoc declarauit, [Clerici à vulgari vita ſecluſi, non vagis oculis, non effreni lingua, aut petulanti fluidoq. geſtu, tumidoq. greſſu incedant, ſed pudorem & verecundiam mentis, ſimplici habitu inceſſuq. oſtendant, deinde & omnem verborum obſcænitatem non minus quàm operũ deuitent.] Docet hoc vos Cõcilium Sacerdotes, ſimplicitatem veſtium conſectari, modeſtè incedere, honeſtatem in verbis præferre, & ſanctimoniam vitæ nullo non loco & tempore colere. *De Vit. cleric. c. 2.* Sacerdotes humilitatem in habitu & inceſſu declarẽt. Sacerdos nõ rideat.

Videat porrò Sacerdos, ne leuiter ac diſſolutè, aut ſine occaſione rideat, nam vt Iſidorus Peluſiota docet, [Sacerdos Domini omnipotentis Angelus eſt, Angelus autẽ riſum neſcit, Deo cũ metu & pauore miniſtrans.] Oſtendere vult Sacerdotes Deo tremebundos & pauidos, ſine omni riſu, Angelorum inſtar ſeruire debere. *L. Epiſt. 319.*

Chryſoſtomus Epiſtolam Pauli ad Hebræos commentatus inter cetera docet in Eccleſia ridere diaboli opus eſſe. Diſcite, in ſancto hoc Epiſcopo Secerdotes, quod cum in choro ridetis, iocamini, & in ſubſellijs veſtris diſſolutè *Hom. 11.* In Eccleſia ridere diabolicũ eſt.

vos geritis, non iam ampliùs Ieſu Chriſti, ſed Satanæ vos miniſtros eſſe, ac paucis vt complectar, meros diabolos.

Admo-nit.ad fil. Sacerdos raro rideat.

Si verò interdum ridendum ſit, ait S. Baſilius, id fiat quàm rariſſimè, nec effuſè aut diſſolutè, honeſtam potius modeſtiam, quàm effrenem diſſolutionem præferendo. [Riſus tuus,] inquit, [ſit rarus & ſine cachinno. [Quamobrem reprehenſione dignos Sacerdotes illos cenſeo, qui omni hora & momento rident, idque temerè, leuiter, inconſideratè & effuſè.

In Enchrid. c. 43. Sacerdotis riſus dẽtes nõ egrediatur.

Inter cetera Epicteti præcepta non poſtremum hoc ſibi locum vindicat, [Riſus non ſit multus, nec ob multa, nec effuſus.] Quid igitur de hiſce Sacerdotibus fiet, qui aſſiduè iocantur, inſoleſcunt, moriones & ſanniones agunt, & nonniſi ludicra & iocoſa conſectantur.

Cùm oſcitare neceſſe fuerit, inquit Dorotheus doctrina 24. nemo os tuũ nudum videat, ſi verò coactus fueris ridere, riſus tuus dentibus careat. Hoc ſpectare ſanctus hic doctor voluit, Sacerdotes, ſi ridendi interdum occaſionem habuerint, quàm modeſtiſſimè & ſapientiſſimè id facere debere.

Sacerdotẽ fas eſt ſubriè ridere. *In reg. fuſ. interrogat. 17.*

Vetitum nõ eſt, inquit idem Baſilius, parumper ridere, vt hac ratione & geſtu lætiore, animi ſui exultationem & lætitiam demonſtret, nec hoc modeſtię & decoro aduerſatur, vtpote cum in ſcriptura ſcriptũ ſit, [cor gaudens exhilarare faciem.] Nefas non eſt Sacerdotes, ex illius ſententia, ridere interdum, ſed honeſtum id ſemper ab optimo quoque habitum, dum ad internum gaudium, & arcanam cordis exultationem declarandam duntaxat riſus vſurpatur.

Honeſtatem vitæ S. Bernardus deſcribens, hæc

hæc præcepta inter cætera ſeruari voluit. Nunquam aut quàm paucißimis loquare, vultus tuus affabilis appareat vel dimiſſus, vel in ſeipſo collectus: oculi extra caput non diuagentur, riſus tuus aut indicans lenitatem animi, aut prouocans, rarus tamen, & ipſe quidem eductus interdum, effuſus nunquam. Colligi hinc poteſt, qualis eſſe debeat lingua, oculus, & riſus Sacerdotis: riſus quàm rariſſimus, oculus ſemper humilitatem ſpirans, & lingua refrenata, non pendula.

Lib. 2. de honeſtate vitæ. Sacerdotes vultũ ſẽper dimiſsũ habeant.

[Mulierũ,] inquit, [Iſidorus Peluſiota, cõgreſſus quantũ potes fuge, quod ſi etiam vt cũ ipſis cõgrediaris, neceſſitas aliqua te obſtringat, oculos humi deiectos habe; cumq. paucis quæ ad eas iuuãdas ſpectabãt propoſueris, quãprimùm hinc te proripe.] Et ſanè inter veræ modeſtiæ characteres oculorũ demiſſio primum ſẽper eſt viſa locũ tenere, & præſertim in Sacerdotibus.

Oculorũ humilitas magnũ modeſtiæ ſignum. *Lib. 2. Epiſt. 284.*

Dicebat hinc etiam Bernardus, plurimùm prodeſſe ad cuſtodiam caſtitatis, cuſtodiam oculorum. Et verè dicebat, atque ita ſe rem habere in Sacerdotibus certiſſimum eſt, nam quicumque caſtimoniam ſeruare voluerit, oculos ſeruet & cuſtodiat neceſſe eſt: hi enim exploratores ſunt veneris nuntij, & libidinis incentores ac fomites.

Oculorũ cuſtodia prodeſt ad caſtitatis cuſtodiam. *De ord. vit.*

Ne dicatis, ait S. Auguſtinus vos animos habere pudicos, ſi habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis eſt nũtius: cumq. duo corda, etiã lingua tacẽte, mutua ſibi concupiſcentia loquuntur, idem fouentia incendium, eodem ardore incenſa, quamuis corpora impudico hoc deſiderio violata aut polluta non ſint, caſtitas tamen à moribus elongatur,

32. q. 5. c. eod. Oculus laſcinus nuntius cordis impudici.

gatur & fugit. Sacerdotes igitur merito oculos cuſtodiant oportet, quòd voluntatum, affectionum, & animarum nuntij ſint.

In pharet. lib. 4. c. 9.

Quam moderationem, ait S. Bonauentura, quam compoſitionem, ſedationemque, quam quietem & pacem, reipub. corporis, quin & animæ Dominio, affert honeſta diſciplina! Hæc facit, vt homo ceruicem flectat, humeros contrahat, ſupercilia deijciat, vultum mitiget, oculos contineat, riſum moderetur, linguam refrenet, gulam compeſcat, iram cohibeat, furorem extinguat, hæc greſſum & inceſſum dirigit ac moderatur; [talibus docet pudicitiæ veſtem diſtingui margaritis.] Dicere Religioſus hic Doctor vult, ad caſtitatem animi comparandam omnia hæc, & præſertim oculorū ſubmiſſionem ac modeſtiam, eſſe neceſſariam.

Oculorū dimiſſio ad caſtitatem conducit.

Quamobrem, Sacerdotes, vt cum ſancto hoc doctore finem capiti huic imponam, credatis velim; morum diſciplinam triplici decore decorari, maturitate ſcilicet, humanitate & benignitate: triplex hæc virtus admirabiles vos reddit; maturitas quippe animam componit intrinſecus, & corpus externè ab omni tuetur ac protegit inſolentia, ipſa caput dirigit ac gubernat, ne hanc aut illam in partem propēdeat; oculos, ne diuagentur; aures ne illicita audiant; impedit ne lingua in verba inania prorumpat, manus inutilia aut parum profutura opera aggrediantur, nec pedes otioſè diſcurrant aut inani deambulatione occupentur. Humilitas verò efficit, vt cornua demittat, molliter blandeq. reſpondeat, ipſa geſtus accommodat, ſimpliciori habitu delectatur, vltimum ſemper locum ambit, videri detrectat, non ſe iactat, alijs obſequi

quam promptiſſimè feſtinat, illa iniurijs tolerandis reddit elingues, dum honoratur, erubeſcit, in ediſcendo ſedula eſt, in iraſcendo & ſuccēſendo tarda & difficilis, ſuauitas & benignitas denique reddit affabiles, erga afflictos compatibiles, in conſulendo exorabiles, in conuictu ſociabiles, ſui communicatiuos, neminem vt contemnant, & omnibus ſe benignos & placidos exhibeant. Tales vos igitur oſtendite Sacerdotes, omnes vt vos maturos iudicent, benignos experiantur, vt humiles deniq. agnoſcant.

CAPVT. XXI.

Silentium ſeruent Sacerdotes.

DE ſilentio agens Ioannes Climacus, tanti ipſum faciebat, vt velut præcipuum religionis membrū diceret, & varijs illud laudibus extolleret, [Taciturnitas,]inquit, [in oratione mater eſt orationis, captiuitatis reuocatio, ignis diuini amoris obſeruatio, cogitationū diligens inſpectio, ſpecula hoſtium, carcer luctus, lacrymarum amica, mortis memoriæ refricatrix, ſuppliciorū repræſentatrix, iudiciorum inquiſitrix, afflictionum conſolatrix, præſumptionis hoſtis, quietis ſponſa, ambitioſorum ac ſuperborum dogmatum inimica, ſcientiæ appendix, contemplationis opifex: denique ſilentium tacitus profectus in Dei cognitione, & occulta quædā animæ ad ſupernaturalia eleuatio.] Egregium hoc ſilentij elogium à ſancto hoc viro profectum, ſi Sacerdotes ſequerentur, perfecti haud dubiè forent, ac velut Angeli quidam terreſtres. Silentij laudes. *Gradu. 11. de loquacitate.*

Inter cetera Salomonis Prouerbia hoc pri-

Prou. 10.

Sncerdos ſapiēs eſt, qui linguā moderatur.

matium meretur haud dubiè locum, [Qui moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt.] Iuxta Sapientis hanc ſententiam, Sapiens profectò Sacerdos eſt linguam ſuam moderari ac cohibere qui nouit.

Ibid.

Item doctus.

Idem quoque Sapiens doctum & prudentem iudicabat virum, qui ſermones moderari noſſet, [Qui moderatur ſermones ſuos doctus & prudens eſt.] Credendū igitur, illum Sacerdotē ſapiētem & doctū dici debere, qui ſermones moderari prudenter, & linguæ nouerit imperare.

Silētium animam à multis malis immunem præſtat.

Quin & eodem loco ait, [Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam.] Vnde infero, Sacerdotes qui os cuſtodiunt, & linguam refrenant, à multis ſe eximere moleſtijs, & mentem ab infinitis anguſtijs immunem præſtare.

Pru. 21.

Garrulus ſimilis vrbi patēti.

Prou. 25.

Alio quoque loco garrulum & linguacem, orique imperare neſcium, vrbi patenti & muris deſtitutę comparat, [ſicut vrbs patens, & abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo, cohibere ſpiritum ſuum.] Id eſt, Sacerdotes, cùm temerè loquemini, nec ſermones veſtros ponderatis, eſtis ciuitati, muris & vallis ad defenſionem comparatis deſtitutæ, perſimiles, in quam omnibus liber patet aditus.

Eccleſ. 6.

Sacerdos linguam imprimis cohibeat.

Eccli. 6.

Nulli membro cohibendo ità hominem incumbere debere, ac linguæ, ſuadebat Eccleſiaſticus, nam ab ea omnē illius ſalutem dependere credebat, [Omnis labor hominis in ore eius,] Dicere volebat, hominem, atq; imprimis Sacerdotem in lingua & ore compeſcendo refrenandoque incumbere potiſſimùm debere.

Tacendo quis ſapiēs iudicatur.

Paulò verò poſt ait idem, [verba ſapientium audiuntur in ſilentio.] Id eſt, ſapientes verè &

pruden-

prudentes, quales eſſe debent Sacerdotes, tacendo intelliguntur, & ſilentio ſuo oſtendunt cuius ſint virtutis.

[In multis eſto,] inquit idem, [quaſi inſcius, & audi tacens,] ſilentio aures tuas communiens. Docere hic ſanctus Spiritus voluit, Sacerdotes interdum obmuteſcere debere, & quamuis interdum quid ſciant, diſſimulare tamen ſe quidquam ſcire; garrulitas quippe illos dedecet, ſilentium verò decet. *Eccli. 32.* Auſcultãdum in ſilentio.

Vnus Prophetarum noſtrorũ dixit iam olim, omnẽ ſanctorum virorũ fortitudinem & ſpem in ſilentio ſitam eſſe, dicens, [In ſilentio & in ſpe erit fides veſtra.] Inferre hinc volebat, Sacerdotes tacendo & ſperando vires ſuas nimium quãtum adaugere, & ſpem ſilentio coniungere. *Iſai. 30.* Sacerdotũ robur in ſilentio conſiſtit.

[Sit autem,] inquit S. Iacobus, [omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.] Sacerdotibus hoc imprimis dictum crediderim. Horum quippe eſt in audiendo veloces eſſe, in loquendo lentos; garrulitas illos ſiquidem dedecet, ſed decet ſilentium. *Iacob. 1.*

Credebat Iob, tantarum ſilentium virium eſſe, vt ex homine ſæculari & euanido, ſapientem poſſit conſtituere; cumque videret amicos ſuos ſibi loquendò caput obtundere, ait, [vtinam taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes.] Hinc diſce Sacerdos quòd quemadmodum, garrulitas hominis ſtoliditatem & fatuitatem arguit, ita taciturnitas & loquendi raritas ſapientiam ac prudentiam. Silẽtium hominem ſapiẽtem eſſe oſtẽdit. *Iob. 13.*

Egregium de hoc emblema confinxit Alciatus; fingit ſiquidem ſtolidum quemdam in ſolio conſidentem, & digito labia comprimentem, & emblematis epigraphe eſt ſilentium. *Emblem. 11.*

Cum

Cùm tacet, haud quidquam differt ſapientibus amens:

Stultitia eſt index linguaq; voxq; ſua.

Stultus tacens uidebitur ſapiens.

Denotare volebat ænigma, Sacerdotes & religioſos, atque adeò homines omnes, cũ garriunt multaq. temerè effutiunt, ſe ſtolidos oſtendere, ſed ſilẽdo, digitoq. labra comprimẽdo ſapiẽtes.

Minos in emblẽ. Alciati.

Loqui docent homines, ſilere Dij.

Dicebat quidam è veteribus, [nos loquendi magiſtros habent homines, tacẽdi verò Deos.] Egregia profectò ſententia; è qua diſcatis religioſi, & Sacerdotes, garrulitatẽ & loqui in mundi ſchola edoceri, ſilentium vero philoſophiam quamdam diuinam eſſe.

Diogenes Laertius.

Interrogatus olim Simonides Philoſophus taciturnus, & tetricus, cur adeo parcus eſſet in loquendo, & ſilentiũ affectaret, reſpondit, [Sæpe me locutum pęnituit, tacuiſſe numquã.] Notatu digniſſima ſententia, ſed quæ Chriſtianũ, imò & Religioſum ſapiat, qui Philoſophũ hũc imitando rariſſimè, & quàm pauciſſimis loqui deberet, cùm neminem vmquam pœnituerit, tacuiſſe; at multos locutus eſſe.

Nocuit locutũ eſſe.

Epaminõdas multa ſciebat, ſed pauca loquebatur.

Laudatur à ueteribus Epaminõdas, quod cũ permulta ſciret, pauciſſima tamen loqueretur. Illi profectò inter Religioſos laudari merẽtur, qui ſilentiũ ſeruant, & quãuis multa norint, rariſſimè tamen, & quàm pauciſſimis loquuntur.

Multũ loqui ſtultitiæ ſignum.

Solon inter alios tacens, interrogatus, an id faceret ſtultitia, an ſermonis inopia; reſpondit, [At ſtultus numquam tacere poteſt.] Hinc inferre volebat, inter homines, & ego inter Sacerdotes, illos ſtultos audire, qui tacere nequeunt, at verum Philoſophum ſilentio delectari: nam loquacitas ſtoliditatis indicium, ſilentium verò ſublimis quædam Philoſophia.

Zeno

Zeno a quodam magni nominis viro Athenis ad prandium inuitatus, cui & externarum gentium legati intererant, & multi quoque in gratiam legatorum Philoſophi; loquẽtibus omnibus, ac varijs de rebus agentibus, ne verbum quidem locutus eſt. Quem proinde legati demirati dixere abeuntes, de te porrò quid ad Regem noſtrum referemus Zeno? At ille reſpondit, [Nihil aliud, quàm Athenis eſſe ſenem, qui tacere ſciat inter pocula.] Atque ita tacitè magnus ille Stoicus innuere volebat, homini magno, quemque omnes ſuſpiciunt, dedecori & probro eſſe, inter pocula, & cibũ garrire; magni verò viri argumentum, & characterem eſſe, linguam cohibere poſſe. Et ſanè inſignis quædam perfectio eſt ſeruare ſilentium, & præſertim in Sacerdote, & Religioſo. Zeno laudatus qđ tacuerit inter alios. *Polyanthea.*

M. Cicero Catonem ſuum dilaudans, hoc illi dedit elogiũ, quod nunquam verbũ emiſiſſet, quod emiſſum doleret. Vos itaq; Sacerdotes & Religioſi ritu Catoniano viuite, efficite hoc vt de vobis dicatur, & hæc vobis laus propria ſit; videte quomodo loquamini, nullum verbum emittite, cuius vos deinde pœniteat. *In Catone.* Cato nihil vnquã dixit quod ſe pœniteret.

Pythagorã tradit Athenæus, in animalium eſu religioſiſſimũ, nunquam piſces comedere voluiſſe, quod natura muti eſſent, & ſilẽtij ſymbolum, quod quiddam diuinũ eſſe credebat. Videte Sacerdotes quomodo ſilentium Philoſophus hic coleret, vt eius reſpectu, & animalibus parceret. *Lib. 7.* Pythagoras piſces nõ comedit, quod ſilentij ſymbolũ.

Dicebat olim Periander non inſcitè [Audito multa, loquere pauca.] vtinam hoc item religioſorum noſtrorum ſymbolum foret, haberentque aures lingua maiores. *Plutarch.*

Cleo-

Ibid. Cleobulus eumdem ſcopum feriens dicebat, [Audiendi quàm loquēdi ſtudioſior eſto.] verba Chriſtiano imò & Religioſo digniſſima, quę vtinam memoriæ infigerent, inque loquendo tardi, in audiendo vero prompti forent.

Philip. Diz in ſumma ex Plutarcho. Dixit quoque Zeno, binas nobis ideo à natura datas eſſe aures & os vnicum, vt plurima audiendo, loquamur pauciſſima. Naturale hoc documentum, præter id quod diuina docent Conſilia, ita vos informet Sacerdotes, vt hinc diſcatis linguam eſſe cohibendam, garrulitatem reſcindendam, ſermonem abrumpendum & ſilentium inuiolatè ſeruandum.

Col. 14 c. 9. Silētium primus diſciplinę ingreſſus. [Obſerua,] ait Caſſianus, [ne deſiderij tui labor vana elatione caſſetur, vt indicas ſummū ori tuo ſilētiū; hic eſt enim primus diſciplinę actualis ingreſſus;] Scriptū eſt enim omnē hominis laborē in ore ſuo refrenando conſiſtere. Anniter e quoque, ſi fieri poſſit, vt corde attento, ac velut ore clauſo omnium Patrum inſtitutiones ac documenta admittas ac percipias; magis ſatagens opere eadem exequi, quàm alios edocere & ſeruandi regulam præſcribere. O diuinum & ſalutare conſilium! Quod qui ſequi voluerit, Sacerdos internè diſcat, & ore occluſo, non verò multa effutiendo verba & temerè garriendo.

De ord. vita. Omnes virtutes in ſilentio quieſcunt. Bernardus hanc perfectionem exaltans, dicebat ſilentium omnium virtutum eſſe quietem & rerum ſanctarum cētrum, & taciturnitatem garrulitate eſſe difficiliorem, [In ſilentio eſt virtutum reliquarum otium, & tacere quàm loqui difficilius.] Vnde ſequitur, nullam Sacerdotem virtutem nactum eſſe, ſi ſilentij virtutem non habuerit.

Climachus item ait, [Vir tacitus Philoſophię filius

filius plurimam ſemper ſapientiam poſſidet. Illius igitur iudicio Sacerdotes, qui rarò loquuntur, veros eſſe Philoſophos dicendum; garrulos verò ſtupidos & bardos. *Gradu 4. de obed.* Taciturnus Philoſophiæ filius.

[Iugū ſit verbis tuis,] ait Ambroſius, & ſtatera, hoc eſt humilitas atq. menſura, vt lingua tua menti ſubdita ſit.] Hoc præceptum vobis inhæreat Sacerdotes, ac videte quid & quomodo loquamini, tot otioſa verba nolite effundere, orationem in ſtatera appendite, ac videte, vt lingua menti reſpondeat, id eſt, verba veſtra à ratione dirigantur. *L.1. de offic. c.3.* Sapiens verba pōderet.

Vnde benè quoque Bernardus ait, [Lingua modicum membrum eſt, ſed niſi caueas maximum malum, aptiſſimum vacuādis cordibus inſtrumentum.] Egregium Eccleſiaſticis omnibus documētum, quo docemur, eos qui liberè nimis loquuntur, cor ſemper vacuum habere & animam mentemque inaniarum vento repletam. Lingua euacuat cor. *ſerm.17. de tripili cuſtodia.*

Suum quoque huc ſymbolum adferat Bonauētura: [Tria ſunt in locutione,] inquit, ſeruanda; primò vt tardus ſis ad loquendum, ſecundò circumſpectus, tertiò breuis.] Hoc vobis fixum inhæreat Sacerdotes; & quando loquendum vobis erit, fiat hoc quam rariſſimè, & circumſpectè, & breuiſſimè ac laconicè. *De proceſ. religion. cap.1.* Tria loquēti neceſſaria.

Idem quoque admonebat, ita quemlibet in verbis cautum & accuratum eſſe debere, vt auarus attentus eſt in nummorum ſuorum ſupputatione. Notate hoc velim Animæ ſanctæ, & cogitate, ſi diues tanta cura nummos ſuos curat, ſingulosque accurate examinat, maiorem vobis in verborum examine rationem adhibendam eſſe. *De vita perfect. c. 4.*

Iſidorus, quem Bonauentura citat, profitetur

eum

Quatuor ſilentis cõmoda. *Lib. 2. de ſum bon. c. 29.*

eum qui ſilentium ſeruat, nec in verbis effuſus eſt, quadruplici potiri bono; ingenium ei exacuitur, & effert ſe ſublimius, quidquid dicit auctoritatem habet: ſciunt quippe omnes, temerè eum ſua non effutire; particularem in cęlo nanciſcitur gloriam; denique à vaniloquij peccato cauet. Cum igitur tantum taciturnitas boni afferat Sacerdotes, ipſam diligite, & linguam veſtram refrenate.

In cap. 7. Matth. Improbi ſilẽdo potius quã loquendo vincũtur.

[Malũ hominem,] inquit Chryſoſt. [melius poteſt tacendo Sacerdos vincere, quam reſpondendo, quia malitia non inſtruitur ſermonibus, ſed excitatur.] Hinc Dominus Ieſus ſilẽtio ſemper ora obturare peruicacibus ſtuduit, quos reſpondendo vincere non poſſet. Ad Chriſti igitur exemplum Sacerdotes, taciturnitatem ſectamini, quoſq. verbis, & longa diſceptatione vincere non poteſtis, ſilentio euincite.

[Si,] inquit Epictetus, [apud imperitos ſermo de aliquo præcepto inciderit, maxima ex parte taceto: magni enim periculi eſt, ſtatim euomere, quod non concoxeris.] Verba igitur tua examina, & pondera, nec temerè quiduis effutias, aut eloquaris.

S. Ber. lib. 2. de conſid.

Nugæ in ore Sacerdotis blaſphemię sũt.

[Inter ſeculares,] ait Bernard. [nugæ ſunt nugæ, in ore Sacerdotum blaſphemiæ.] Verba notatu digniſſima. Tacete igitur Sacerdotes, nec temerè loquamini, quoniam quod ſæcularibus vitio non vertitur, vobis crimini eſt.

Ibid. Sacrilegium eſt Sacerdotes nugas loqui.

[Conſecraſti os tuum,] inquit ibidem Bernardus, [Euangelio: nugis igitur iam os aperire illicitũ eſt, aſſueſcere vero nugas loqui ſacrilegiũ.] Deus bone quid non magnus hic pater ait? Eccleſiaſticos ſcilicet Euangelij prædicationi deſtinatos, non niſi ſancta tractare debere, eoſq. qui

nugas loquuntur, & ludrica agunt, vt ſacrilegos habendos.

Idem quoque eodem loco Bernardus, [Labia Sacerdotis, ait Propheta, cuſtodiunt ſcientiā, & ex ore eius requirent legem, non nugas aut fabulas.] Vnde efficere volo, os Sacerdotis cum Academia legum ſit, & ſciētiarum vniuerſitas, non aliter aperiri debere, quàm ad ſancta verba proferenda: quare ſatius eſt tacere, quàm fabulis & nugis intendere.

Sacerdos nonniſi ſancta loquatur.

Ioannes Climacus garrulitatem vituperans, & ſilentium deprædicās ait, [Qui cognoſcit peccata, continet linguam ſuam; qui verò loquax eſt, nondum ſeipſum vt oportet cognouit: loquacitas ſiquidem ignorantiæ eſt certum argumentum.] Sancti huius viri verbis inſiſtens, infero, Sacerdotes loquaces ignorantiam ſuam arguere, nec ſeipſos agnoſcere.

Garrulus ſeipſū nō agnoſcit.

[Quia anima,]inquit Gregorius, [murū ſilentij nō habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis, quæ foras verborum garrulitate ſe prodens, aduerſarij ſe violentiæ exponit, qui eò illam inuadunt facilius, quò ſeipſam per linguam propriam oppugnat ſæpius.] Iuxta magnum hunc doctorem, anima Sacerdotis aſſiduè garrientis nec vllam verbis ſuis pondus addentis, vrbi muro deſtitutæ perſimilis.

Diſt. p. 3. c. 16.

Anima Sacerdotis ſilentium non habentis vrbi ſine muris per ſimilis eſt.

[O validum,]exclamat Ambroſius, [ſcutum circumſpectæ munitionis ſilentium! ô fideliſſimum ſtabilitatis fundamentum, cui qui firmus inhæſerit nunquam inane aliquod verbū prorumpet. Eia igitur Sacerdotes, hiſce vos armis communite, hæcce ſcuta vibrate, & ſilentium inuiolatè cuſtodite.

In Pſ. 38.

Si ēnim validum ſcutum.

CAPVT

CAPVT XXII.

Sacerdotes ſecretum ſeruent.

Qui confeſſionis ſecretum violarit reus mortis eſt. *Pſal.113.*

SEcretum tanti momenti ac ponderis eſt, ipſum confeſſionis inquam, aut quod ad ſublimia Dei ſpectat myſteria, vt Sacerdos, qui ſanctarum harum cõſignationum ſecretarius eſt, linguam habere quodammodò non debeat ad ipſum reuelandum, & de illorum eſſe numero, de quibus Pſalmiſta ait: [os habent, & non loquentur,] & ſanè qui adeo improbus, & ſceleſtus futurus eſt, hanc vt religionem violet, & limites hos tranſilire audeat, impius, ſceleſtus, ſacrilegus eſt, mortem infernum, & omnia ſupplic iorum genera promeretur.

Crimē læſæ maieſtatis regū ſecreta reuelare.

Et reuera læſæ maieſtatis crimen eſt, ac morte digniſſimum, ſi ſecretarij ſtatuum, conceptus & conſilia principum detegant: Sacerdotes & paſtores Dei, & omnis ſtatus religionis ſecretarij ſunt, cum verò garruli ſunt, & Dei & hominū ſecreta reuelant, læſæ maieſtatis crimen incurrunt, & mortem ſempiternā promerentur.

Alexāder ſecretum ſeruādum oſtendit. *Plut. in opuſcul.*

Alexander cum litteras acceptas palàm coram Hephæſtione ſuo legiſſet, eique eaſdem cōmunicaſſet, quem manu geſtabat annulum, ori Hephæſtionis admouit, quo facto edocebat eorum omnium quæ legiſſet, nihil cuiquam eſſe reuelandum. Regio hoc facto docentur Sacerdotes, cum regum rex Deus ſecretum illis aliquid reuelat, aut homines peccata illis ſua confitentur, numquam os ad eadem reuelanda aperire debere, ſigillum confeſſionis ſeruando, & fidem inuiolatam cuſtodiendo.

Dauid rex vir ſecundum cor Dei, & ſecreti

amantiſſimus, Deo loquens aiebat, Noſti quàm tibi fidelis extiterim Domine, omnium quæ mihi reuelaſti nihil omnino locutus ſum; tantum verò abeſt vt proximi mala promulgarim ac diuulgarim, vt è contra, [humiliatus ſim ante te, & ſiluerim à bonis] muneribuſque quæ in me ipſe contuliſti. Regem hunc Sacerdotes illi imitantur, qui Deo ſuo fideles, mala peccataque quæ in confeſſione audiuère, imò & virtutes quæ à Deo illis inſpiratæ ſunt, nulli patefaciunt aut reuelant.

Dauid ſecretũ tacebat.

Pſal. 38.

Quamdiu Moſis manus intra ſinum abſcondebatur munda erat & ſana, ſed exerta & in apertum prolata, leproſa, [Dixitque Dominus: Rurſum mitte manum in ſinum tuum, quam cũ miſiſſet in ſinũ, protulit leproſam inſtar niuis.] Manus vt ſymbolum operum in ſcriptura ſumi ſolet: dicere porrò myſterium volebat, eum qui opera ſua iactat aut aliena, vel quod intra confeſſionis ſinum deliteſcit, nonniſi lepram, infidelitatem, impietatem & ſacrilegium eſſe: quamdiu illa cooperta maneat, religio & pietas eſt, ſed in apertum prolata & publicata, lepra & immundicies.

Exod. 4.

Manus in ſcriptura operum ſymbolũ.

In Numeris hanc legem tulit Deus, [Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam deſuper, immundum erit.] Corda noſtra, Sacerdotes & Religioſi, egregia quædam vaſa ſunt; dicere porrò myſterium volebat, illa, ſi clauſa & cooperta non ſint, ſilentijque & ſecreti cooperculum non habuerint, coram Deo & hominibus immunda, putreſcentia, ſordida eſſe; at vbi omnia ſecretò tenent, gemmas pretioſas & vaſa honoris.

Vas diſcoopertũ immũdũ cẽſebatur

Num. 19.

Leuit. 11. Muſtela animal immundum.

Inter reliqua immunda animalia in Leuitico recenſentur muſtela, mus & crocodilus, [Hæc quoque inter polluta reputabuntur, de his quæ mouentur in terra; muſtela, & mus & crocodilus.] Muſtela, de ceteris vt taceam, vti ſcriptorum teſtimonio conſtat per aurem concipere ſolet, & ore parere. Docet autem myſterium, Sacerdotes & religioſos, qui ore detegunt, quæ auribus acceperunt, muſtelas eſſe, & immundos apud Deum cenſeri, ſecreta verò reuelare diuinæ reprobationis ſignum eſſe.

Prou. 25. Secreta cõſcientię non ſunt cuiuis aperienda.

Dixit olim in Prouerbijs Sapiens, [Cauſam tuam tracta cũ amico tuo & ſecretum tuum extranco ne reueles.] Vos, Patres ſpirituales, ſacrationum auditores, docere Salomon voluit cum Deo qui amicus veſter eſt, confeſſionis negotia pertractanda, nec mundo, qui ſuſpectus eſt & extraneus ſecretum conſcientiæ reuelandum.

Pſal. 26. Nolebat Dauid os ſuum aliena opera referre.

Quo loco vulgata legit, [vt non loquatur os meum opera hominum,] alia quædã verſio ex Hebræo habet, [quod cogitaui non tranſiuit os meum. E quo eruo, hominem ſapientem ac prudentẽ, & imprimis Sacerdotẽ, nũquam hominũ ſecreta reuelare debere, imò nec os aut linguam habere ad cogitationes ſuas patefaciendas.

Iud. 16. Qui Dei ſecreta reuelat ſimilis Dalilę.

Dalila Philiſthæa ſe erga coniugem Samſonem oſtendit ingratiſſimam, adeò vt cum illius ſecreta cognouiſſet, eadẽ inimicis patefaceret, illũq; in perniciẽ traheret, [Vidensq; illa quod cõfeſſus ei eſſet omnẽ animũ ſuũ, miſit ad Principes Philiſthinorũ.] Sacerdos qui Dei ſui ſecreta carni, mũdo, & diabolo, qui iuratiſſimi illius inimici ſunt, patefacit, & cõfeſſionis ſigillũ violat, proditor eſt, Iudas eſt, pellax eſt & vafer.

Salo-

Salomon in Prouerbijs laſciuam mulierem deſcribens, imprimis eam à garrulitate deſcribit, [Garrula, vaga, quietis impatiens.] Vnde inferre volo, Sacerdotem qui loquax eſt, cuiusq; lingua ſecreta & arcana omnia effutit, malignam & improbam habere animam, meretriciam & ſacrilegam.

Secreta reuelare ſignũ animæ laſciuæ.

Prou.7.

Huius farinæ regius vates non erat, ſed ſilentio ſuo gloriatus, mutum ſe eſſe dicebat, [Non eſt ſermo in lingua mea.] Cordatus ille & prudens Sacerdos eſt, idem qui dicere poteſt, & coram Deo gloriari, quamuis ſecreta norit, linguam tamen ſibi ad loquendum deeſſe.

In ſecretis mutũ eſſe oportet.

Pſal. 138.

De lingua quoniam incidit ſermo, litteris proditum eſt, veteres Aegyptios inter cetera animalia inani quadam ſuperſtitione Crocodilum vt Deum crediciſſe & adoraſſe: animal hoc, vt Phyſici docent, lingua caret: quod verò ſilentium diuinum quid eſſe crederent, animal adorabant, quòd ſilentij ſymbolum, ſimulque nos edocebant, Sacerdotes qui lingua carent, nec ſecreta reuelant, veneratione digniſſimos eſſe, ac diuinum honorem promereri, & ab omnibus colendos.

Valerianus.

Crocodilus ſilẽtij ſymbolũ, Aegyptiorũ Deus.

[Qui cuſtodit,]ait ſapiens, [os ſuum & linguã ſuam, cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam.] Prouerbium veriſſimum haudubiè, ſimulque edocens, omnem Sacerdotem, linguæ cuſtodiendæ ſtudioſiſſimum, & ſecreti tenaciſſimũ ab innumeris animam periculis & anguſtijs eximere.

Prou. 21.

Tob. 12.

Raphael Archangelus his Tobiam eſt verbis allocutus, [Etenim Sacramentum regis abſcondere bonũ.] Audite quid Angelus hic dicat, Sacerdotes, ac cogitate, egregium quid ac diuinum eſſe Sacramenta tegere, & imprimis ipſum

Archangelus Raphael regis ſecretũ ſuadet occultari.

confeſſionis; honorabile ſcilicet eſt magni Dei qui totius mundi rex eſt, ſecreta abſcondere & celare.

Prou. 11. Sacerdos fraudulẽtus eſt, qui confeſſiones retegit.

Dixit olim inter cetera Prouerbia Salomon, [Qui ambulat,] inquit, fraudulenter, reuelat arcana; qui autẽ fidelis celat amici cõmiſſum.] Et benè mea ſententia dixit, ego verò poſt illum dico, Sacerdotem fraudulentum & ſubdolum eſſe, qui ſecreta reuelat, & confeſſionis arcanum retegit; at qui eadem tegit & occultat, fidelem ſe commiſſarium declarare.

Eccleſ. 27 Curio qui cõfeſſionem retegit perfidus eſt.

Eodem penè ſenſu in Eccleſiaſtico dictum, [Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & nõ inueniet amicum ad animum ſuum.] Verba terribilia, vera tamen, curiones, quæ docent, perfidos vos eſſe ac fidei commiſſæ violatores, Deique amicitia & hominũ fide indigniſſimos, cùm ſecreta confeſſionum, & occultas quas à Deo accepiſtis reuelationes, denudatis.

Orabat Dauid, Deus vt ori ſuo cuſtodiã adhiberet. *Pſal.* 140.

Inſtabilitati ſuæ diffidens Dauid Deum obſecrabat, cuſtodiam ori ſuo vt adhiberet; [Pone ori meo cuſtodiam & oſtium circumſtantiæ labijs meis.] Vos vero curiones, & religioſi, qui tot ſecreta noſtis, qui tot peccata auditis, qui tot triſtia auditis noua, eamdem orationem facere debereris, Deumq; deprecari, os veſtrum vt cuſtodiat, linguam conducat, ac labia cõmuniat, ne quod verbum inconſideratum effutiatis.

Chriſtus trãsfigurationis myſteriũ reuelari ab Apoſtolis noluit. *Mat.* 17.

In die transfigurationis, Chriſtus diſcipulis ſuis, qui transfigurationem illam diuinam coram oculis viderãt, inhibuit dicens: [Nemini dixeritis viſionem iſtam.] Vt Chriſtus Apoſtolos viſum nemini voluit reuelari, ita vobis audita reuelare nefas, [nemini dixeritis auditionem iſtam.] Quamobrem, cauete ne cui quod in cõfeſſione

feſſione audiuiſtis communicetis, ſed ipſum celate& abſcondite.

Paulus è tertio reuerſus cœlo, in quo arcana audierat verba, quæ inaudiſſet, dicere noluit, quare ait, [Audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui,] imò nec audire. Idē dicatis oportet, Sacerdotes, cumque ab Eccleſia & à tribunalibus illis confeſsionarijs, in quibus tot iniquitates audiuiſtis, domum conceditis, cogitetis, audiuiſſe vos ſecreta, quæ homini reuelari non licet, quamuis etiam dicere nolenti, diriſſima ſupplicia, cruciatus, imò & grauiſſima quæ excogitari poteſt mors intentaretur.

Nō reuelauit ea Paulus quæ in paradiſo audiuit.
2. Cor. 12

CAPVT XXIII.

Sacerdotes tribulationes perferant.

IVdith in obſidione Bethulienſi ciues ſuos ad fortitudinem animi & conſtantiam adhortata, & aduerſus omnia ingruentia mala animum illis addēs ait. [Memores eſſe debetis, quomodo pater noſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus Dei amicus effectus ē; ſic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes, & oēs q placuerūt Deo, per multas tētationes trāſierūt fideles.] Quod cordata illa virago Bethulienſibus, ipſum omnibus in genere Sacerdotibus dicere volo, vt ſcilicet recordentur, omnes Dei amicos & intimos tribulationum examine probatos eſſe, eoſque aduerſitatibus etiam debere aſſueſcere.

Amici Dei tribulationibus probantur.
Iudith. 8.

[Multę tribulationes iuſtorum,] ait Pſalmiſta [& de omnibus ijs liberabit eos Domin⁹.] Generale hoc oraculū de ſolis Sacerdotibus ſingilla-

Pſal. 33.
Sacerdotes ad tribulationes nati.

Tribulatio cognitionis cauſa.

tim intelligendum eſt, qui ad tribulationes ſuſtinendas deſtinati ſint: quare cum ad eas ratione vocationis perferendas teneantur, patiantur eas ac perferant neceſſe eſt.

Eccle. 34.

[Qui nō eſt,] inquit Salomon, [tentatus quid ſcit?] quamnam mundi notitiam habet. Hoc ſcilicet ex aduerſitatibus & afflictionibus naſci bonum ſolet; quas quicumque numquam guſtauit aut ſenſit, ac præſertim Sacerdos, ignarus & velut rerum expers habendus eſt.

Mat. 10.

Sacerdotes mittuntur vt oues in medio luporum.

Chriſtus Apoſtolis ſortem illorū patefaciens ait, [Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum.] Sacerdotes, cum Apoſtolorum vos ſucceſſores ſitis, cogitare debetis, quemadmodum ipſi miſſi fuere, eundem ad modum vos eſſe miſſos, & vt illi perſecutiones perpeſſi ſunt, ac velut oues in medio luporum vixere, idipſum quoque vobis faciendum.

Sacerdotū hoſtis eſt mundus.

Mat. 24.

[Tradent vos in tribulationem & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum, &c.] dixit olim diſcipulis ſuis Chriſtus. Idem quoque ipſe conſulo Sacerdotibus; mundus eorum aduerſarius eſt, aduerſus vitam & incolumitatem eorum conſpirauit, & perpetuò allaborat illos vt exerceat & fatiget, vtque omnibus odio ſint connititur; quare patienter cuncta ſuſtineant neceſſe eſt.

Ioan. 15.

Vt Chriſtus perſecutionem eſt paſſus, ita & Sacerdotes patiētur.

Dixit iiſdē & alio loco, [Nō eſt ſeruus maior Domino ſuo; ſi me perſecuti fuerint, & vos perſequentur.] Optimum argumentum, è quo illa inferenda conſequentia, ſi Dei filius, qui ſummus omnium Chriſtianorum magiſter & caput eſt, tribulationes ſubire debuit, Sacerdotes qui nonniſi ſerui eius ſunt, conflictum hunc etiam ſubire neceſſe eſt, & eamdem ſortem experiri.

[In

[In omnibus,] inquit Apoſtolus, exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, &c.] Tunc vero Sacerdotes ſe veros magni Dei miniſtros exhibent, cùm maſculo & heroico animo afflictiones & aduerſitates tolerant, & in neceſſitatibus & anguſtijs non fatiſcunt aut ſuccumbunt. Illi verò boni illius Domini miniſtri non ſunt, qui tribulationum impetum metuunt, & in terra ſentibus libera & quieta ſe viuere poſſe ſperant.

Illi ſerui Dei ſunt qui tribulationes perferūt. *2. Cor. 6.*

Vas electionis Paulus caſus ſuos enarrans, hæc inter cetera ait, [Cum veniſſemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationem paſſi ſumus; foris pugnę, intus timores.] adeò vt perpetuo in conflictu ageremus. Veriſſimum & antiquiſſimum præſagium, Eccleſiaſticos per tribulationum iter incedere debere, vtpotè qui in medio conflictuum viuant, pugnam foris, intus metum habentes, & vndique in aduerſis & afflictione verſentur.

2. Cor. 7. Sacerdotes ſéper in pugna versētur.

Ecquid non pertuli, ait magnus Apoſtolus, [In laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, in itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, &c.] Quis obſecro Sacerdos hæc omnia legens, præ animi teneritudine non compatiatur, hiſtoriamque admirans illius vitam non imitetur, ſe omnium aduerſitatum & perſecutionum mundi ſcopum eſſe conſiderans,

2. Cor. 11. Sacerdos ſcopus ad uerſitatū.

Nemo moueatur,] ait idē alio loco, in tribula-

1. Theſſ. 13. tionibus iſtis; ipſi enim ſcitis quòd in hoc poſiti ſumus,] vitaque noſtra aduerſitatū ſcopus ſit. Quo loco duo notanda veniunt, primò Sacerdotes ſub tribulationum mole immobiles & conſtantes debere perſiſtere, deinde vitam illorum ſcopum eſſe, in quem aduerſarij omnes furoris ſui tela eiaculentur.

Sacerdos tētationibus non ſuccūbat.

Boni tribulationibus obnoxij.

Inter cetera documenta Timotheo tradita, ait Apoſtolus, [Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu,] & vitam religioſam ducere, [perſecutionem patientur.] Generalis regula, qua docemur, omnem Sacerdotem, qui ſanctam ducere vitam voluerit, & virtutum iter inſiſtere, ſibi perſuadere debere, eſſe ſibi afflictiones tolerādas, omnēque mūdi rabiem, furorē & indignationē generoſo & heroico animo ſuſtinēdā.

Epiſt.148 ad Valer.

Sacerdotum munus periculoſum.

[Nihil eſt,] inquit Auguſtinus, [in hac vita, & maximè hoc tempore, difficilius, laborioſius, periculoſius Epiſcopi aut Presbyteri, aut diaconi officio;] deinde nihil eodem beatius, ſi confligant prout illud imperauerit Deus ſummus Imperator. Dicere vult mea quidem ſententia, Presbyterorum munus tot eſſe perſecutionibus obnoxium, vt niſi quis diligenter aduertat, in præſentiſſimo verſetur diſcrimine.

Sacerdotū officiū terribile.

Ioan. Muſcus in ſuo timorario cap. 149.

Sanctus quidam presbyter de Sacerdotij pondere ſibi impoſito expoſtulans, ſibi onus quoddam intolerabile, dum ad ordines promotus eſt, impoſitum conquerebatur, [magnum mihi onus & intolerabile iniunctum eſt, Sacerdotiſq. munus me terret immodicè.] Idem repetere deberetis Sacerdotes, ac conſiderare, quàm graue vobis impoſitum ſit munus & onus: tantum quippe pondus eſt & ſarcina, vt ad ſuſtinendum angelici ſint humeri neceſſarij.

[Non

[Non eſt, inquit Chryſoſtom. nobis pugnę ſpecies vna parata, ſed bellum nobis varium ac multiplex propoſitum, varijs multiplicibuſq; aduerſarijs conſtans, nec omnibus eodem armorum genere vtentibus, nec eodem nos ſtrategemate oppugnantibus; quamobrem qui eoſdem expugnare & retundere geſtit, omnes eorum artes & technas percalleat neceſſe eſt, inque omni ſit conflictus genere verſatiſſimus.] Fateamini igitur neceſſe eſt Sacerdotes, varijs vitam veſtram expoſitam eſſe periculis, cùm aſſiduo in conflictu verſemini, totq. inimicis cingamini, qui ad certamen vos inuitãt; quare agite excubate, ijſdem ſumma animi fortitudine reſiſtite, eorumq. technas detegite.

Lib. 4. de Sacerd. Sacerdos plurimos cõflictus ſuſtineat neceſſe ē.

Hinc non immeritò exclamat Bernardus, o periculoſam Sacerdotis vitam, [Periclitatur Sacerdotis caſtitas in delicijs, humilitas in delicijs, pietas in negotijs, veritas in multiloquio, & charitas in hoc nequam ſæculo: quare fugite de medio Babylonis, fugite, & quantocyus ſaluate animas veſtras.] Sanctæ hæ exclamationes ſatis oſtendunt, quam ſit Sacerdotij ſtatus periculoſus, cum omni ex parte bellum ei indicatur, & nullo non loco inſidiæ collocatæ.

De cõuerſat. ad clericos. c. 30 Sacerdotis vita vndique impetita.

Metaphoricè loquens Chryſoſtomus ait, [Sacerdotis nauem adſiduè tempeſtates circumſiſtunt, huiuſmodi autem tempeſtates non ſolum extrinſecus adoriuntur, ſed etiam intrinſecus enaſcuntur,] itaque tam vehementer, vt ſępenumerò naufragium cauſentur. Quid hic ergo dicitis Sacerdotes, cum naues, & cymbæ ſitis in mundi huius oceano, enauigantes, an non timetis, cum omnigenis perſecutionum fluctibus, tempeſtatibus & ventis expoſiti ſitis?

Lib. 6. de Sacerd. Sacerdotum vita naui comparata in medio maris enauiganti.

Idem

Hom. 10. in Mat. Sacerdotes muri Eccleſiæ.

Idem auctor dicere ſolebat, Sacerdotes eſſe Eccleſiæ muros; atque vt muri & mænia ciuitatum, baliſtarum impetu impeti ſolent, & tormentis quati, ita Sacerdotes, veræ Eccleſiæ propugnacula ethnicorum tyrannidi & hæreticorũ perſecutioni expoſiti ſunt. Vos igitur Sacerdotes, qui Eccleſiæ valla & propugnacula eſtis, omnes perſecutiones, & cunctas mundi oppugnationes pati debetis.

Lib. 1. epiſt. 50. Sacerdotes uirgæ Ieremiæ perſimiles.

Iſidorus quoque allegorias conſectatus, ait virgam illam nuceam, quam olim vidit Ieremias, typum & imaginem Sacerdotij fuiſſe: nã vt exterior nucis cutex aſper & durus eſt, ſed nucleus dulcis & ſapidus; ita Sacerdotum ſtatũ exterius quidem laborem ac difficultatem præferre ſed interius iucundum ac gratum eſſe. Inſignis hæc allegoria eſt, certum ſiquidem eſt Sacerdotium interius abundare delicijs, exterius verò laboribus & afflictionibus premi.

Lib. 6. de Sacerdot. Sacerdotum uita monachali auſterior.

Aureum illud os, Græciæ oraculum dicere ſolebat, Monachorum quidem laborem multum, & certamen ingens eſſe, ſed qui volet eius inſtituti ſudores cum Sacerdotij adminiſtratione conferre, tantum inter illa duo diſcrimen reperturum, quantum inter priuatum & regem interuallum. Quis obſecro, Deus bone! credet, Sacerdotum vitam Religioſorum vita auſteriorem eſſe; veriſſimum eſt tamen, ſi enim monachos confligere interdum contingat, hoc in loco concluſo, cincto, tuto & fauorabili contingit, at Sacerdotes in medio mundi & aperto in campo certamen ineunt.

Pauci Sacerdotes ſaluãtur.

Dicerene audebo & hoc adferre, quod idem Chryſoſtomus ait? Sacerdotum ſcilicet vitam adeò periculoſam eſſe, vt pauciſſimi ſalutem con-

conſequantur; plurimi verò damnationem incurrant, eo quòd à varijs impetantur hoſtibus, adeò vt quemquam ſaluari mirum ſit. [Non arbitror,] inquit [inter Sacerdotes multos eſſe qui ſalui fiant, ſed plures multò qui pereant.] An non perhorreſcitis Sacerdotes dum auditis, tam paucos veſtrum ſalutem conſequi? vnde manifeſtum fit, munus veſtrum periculoſum eſſe, ac vitam perſecutionibus varijs expoſitam. *Hom. 3. in acta Apoſt.*

[Heu me,] inquit Bonauentura, [Domine Deus, quia vndique mihi bella, vndique tela volãt, vndique pericula, vndique impedimẽta:] quocumque me vertam nulla mihi ſecuritas aut refugium; quod mihi adulatur & quod negotium faceſſit, formido; fames non minus quàm menſa ſuſpecta mihi ſunt; ſomnus ſimul & vigilia mihi aduerſantur; labor non ſecus ac quies me oppugnant, & nullo non loco bellum mouẽt. Si ſanctus hic vir profeſſionis ſuæ ſtatum ita metuebat, itaque angebatur, quid tot miſeri Sacerdotes facient, qui ſine vlla diſcretione incedunt, ſine diſcretione viuunt, ſine vllo metu laborant, in medio periculorum cantillant, in medio bellorum pacem ſectantur, & quod illis ſpem adimere & metum addere debebat, in eo ſecuritatem ſibi affulgere putant. Melius igitur negotium veſtrum diſponite Sacerdotes, conſiderate tribulationum uos ſcopum eſſe, perſecutionum exercitium, tentationum theatrum, & certaminis locum, in quibus omnes mundi conflictus & impetus locum inueniunt. *In Pharet. lib. 2. c. 1.* Sacerdotum uita undique impetitur.

eum qui ſilentium ſeruat, nec in verbis effuſus eſt, quadruplici potiri bono; ingenium ei exacuitur,& effert ſe ſublimius, quidquid dicit auctoritatem habet: ſciunt quippe omnes, temerè eum ſua non effutire; particularem in cęlo nanciſcitur gloriam; denique à vaniloquij peccato cauet. Cum igitur tantum taciturnitas beni afferat Sacerdotes, ipſam diligite, & linguam veſtram refrenate.

Quatuor ſilentis cōmoda. *Lib. 2. de ſum bon. c. 29.*

[Malū hominem,]inquit Chryſoſt. [melius poteſt tacendo Sacerdos vincere, quam reſpondendo, quia malitia non inſtruitur ſermonibus, ſed excitatur.]Hinc Dominus Ieſus ſilētio ſemper ora obturare peruicacibus ſtuduit, quos reſpondendo vincere non poſſet. Ad Chriſti igitur exemplum Sacerdotes, taciturnitatem ſectemini, quoſq. verbis,& longa diſceptatione vincere non poteſtis, ſilentio euincite.

In cap. 7. Matth. Improbi ſilēdo potius quā loquendo vincūtur.

[Si,]inquit Epictetus,[apud imperitos ſermo de aliquo præcepto inciderit, maxima ex parte taceto: magni enim periculi eſt, ſtatim euomere, quod non concoxeris.] Verba igitur tua examina, & pondera, nec temerè quiduis effutias, aut eloquaris.

S. Ber. lib. 2. de conſid.

[Inter ſeculares,]ait Bernard.[nugæ ſunt nugæ,in ore Sacerdotum blaſphemiæ.]Verba notatu digniſſima. Tacete igitur Sacerdotes, nec temerè loquamini, quoniam quod ſæcularibus vitio non vertitur, vobis crimini eſt.

Nugæ in ore Sacerdotis blaſphemię sūt.

[Conſecraſti os tuum,]inquit ibidem Bernardus,[Euangelio: nugis igitur iam os aperire illicitū eſt, aſſueſcere vero nugas loqui ſacrilegiū.] Deus bone quid non magnus hic pater ait? Eccleſiaſticos ſcilicet Euangelij prædicationi deſtinatos, non niſi ſancta tractare debere, eoſq. qui

Ibid. Sacrilegium eſt Sacerdotes nugas loqui.

nugas loquuntur, & ludrica agunt, vt ſacrilegos habendos.

Idem quoque eodem loco Bernardus, [Labia Sacerdotis, ait Propheta, cuſtodiunt ſcientiã, & ex ore eius requirent legem, non nugas aut fabulas.] Vnde efficere volo, os Sacerdotis cum Academia legum ſit, & ſcientiarum vniuerſitas, non aliter aperiri debere, quàm ad ſancta verba proferenda: quare ſatius eſt tacere, quàm fabulis & nugis intendere.

Sacerdos nonniſi ſancta loquatur.

Ioannes Climacus garrulitatem vituperans, & ſilentium deprædicãs ait, [Qui cognoſcit peccata, continet linguam ſuam; qui verò loquax eſt, nondum ſeipſum vt oportet cognouit: loquacitas ſiquidem ignorantiæ eſt certum argumentum.] Sancti huius viri verbis inſiſtens, infero, Sacerdotes loquaces ignorantiam ſuam arguere, nec ſeipſos agnoſcere.

Garrulus ſeipſũ nõ agnoſcit.

[Quia anima,] inquit Gregorius, [murũ ſilentij nõ habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis, quæ foras verborum garrulitate ſe prodens, aduerſarij ſe violentiæ exponit, qui eò illam inuadunt facilius, quò ſeipſam per linguam propriam oppugnat ſæpius.] Iuxta magnum hunc doctorem, anima Sacerdotis aſſiduè garrientis nec vllam verbis ſuis pondus addentis, vrbi muro deſtitutæ perſimilis.

Diſt. p. 3. c. 16. Anima Sacerdotis ſilentium non habentis vrbi ſine muris perſimilis eſt.

[O validum,] exclamat Ambroſius, [ſcutum circumſpectæ munitionis ſilentium! ò fideliſſimum ſtabilitatis fundamentum, cui qui firmus inhæſerit nunquam inane aliquod verbũ prorumpet. Eia igitur Sacerdotes, hiſce vos armis communite, hæcce ſcuta vibrate, & ſilentium inuiolatè cuſtodite.

In Pſ. 38. Si ẽtium validum ſcutum.

CAPVT

amantiſſimus, Deo loquens aiebat, Noſti quàm tibi fidelis extiterim Domine, omnium quæ mihi reuelaſti nihil omnino locutus ſum; tantum verò abeſt vt proximi mala promulgarim ac diuulgarim, vt è contra, [humiliatus ſim ante te, & ſiluerim à bonis] muneribuſque quæ in me ipſe contuliſti. Regem hunc Sacerdotes illi imitantur, qui Deo ſuo fideles, mala peccataque quæ in confeſſione audiuère, imò & virtutes quæ à Deo illis inſpiratæ ſunt, nulli patefaciunt aut reuelant. David ſecretũ tacebat. *Pſal. 38.*

Quamdiu Moſis manus intra ſinum abſcondebatur munda erat & ſana, ſed exerta & in apertum prolata, leproſa, [Dixitque Dominus: Rurſum mitte manum in ſinum tuum, quam cũ miſiſſet in ſinũ, protulit leproſam inſtar niuis.] Manus vt ſymbolum operum in ſcriptura ſumi ſolet: dicere porrò myſterium volebat, eum qui opera ſua iactat aut aliena, vel quod intra confeſſionis ſinum deliteſcit, nonniſi lepram, infidelitatem, impietatem & ſacrilegium eſſe: quamdiu illa cooperta manent, religio & pietas eſt, ſed in apertum prolata & publicata, lepra & immundicies. *Exod. 4.* Manus in ſcriptura operum ſymbolũ.

In Numeris hanc legem tulit Deus, [Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam deſuper, immundum erit.] Corda noſtra, Sacerdotes & Religioſi, egregia quædam vaſa ſunt; dicere porrò myſterium volebat, illa, ſi clauſa & cooperta non ſint, ſilentijque & ſecreti cooperculum non habuerint, coram Deo & hominibus immunda, putreſcentia, ſordida eſſe; at vbi omnia ſecretò tenent, gemmas pretioſas & vaſa honoris. Vas diſcoopertũ immũdũ cẽſebatur *Num. 19.*

Leuit. 11. Muſtela animal immundum.

Inter reliqua immunda animalia in Leuitico recenſentur muſtela, mus & crocodilus, [Hæc quoque inter polluta reputabuntur, de his quæ mouentur in terra; muſtela, & mus & crocodilus.] Muſtela, de ceteris vt taceam, vti ſcriptorum teſtimonio conſtat per aurem concipere ſolet, & ore parere. Docet autem myſterium, Sacerdotes & religioſos, qui ore detegunt, quæ auribus acceperunt, muſtelas eſſe, & immundos apud Deum cenſeri, ſecreta verò reuelare diuinæ reprobationis ſignum eſſe.

Prou. 25. Secreta cóſcientię non ſunt cuiuis aperienda.

Dixit olim in Prouerbijs Sapiens, [Cauſam tuam tracta cū amico tuo & ſecretum tuum extranco ne reueles.] Vos, Patres ſpirituales, ſacrationum auditores, docere Salomon voluit cum Deo qui amicus veſter eſt, confeſſionis negotia pertractanda, nec mundo, qui ſuſpectus eſt & extraneus ſecretum conſcientiæ reuelandum.

Pſal. 26. Nolebat Dauid os ſuum aliena opera referre.

Quo loco vulgata legit, [vt non loquatur os meum opera hominum,] alia quædã verſio ex Hebræo habet, [quod cogitaui non tranſiuit os meum. E quo eruo, hominem ſapientem ac prudentē, & imprimis Sacerdotē, nūquam hominū ſecreta reuelare debere, imò nec os aut linguam habere ad cogitationes ſuas patefaciendas.

Iud. 16. Qui Dei ſecreta reuelat ſimilis Dalilę.

Dalila Philiſthæa ſe erga coniugem Samſonem oſtendit ingratiſſimam, adeò vt cum illius ſecreta cognouiſſet, eadē inimicis patefaceret, illūq; in perniciē traheret, [Videnſq; illa quod cōfeſſus ei eſſet omnē animū ſuū, miſit ad Principes Philiſthinorū.] Sacerdos qui Dei ſui ſecreta carni, mūdo, & diabolo, qui iurati ſſimi illius inimici ſunt, patefacit, & cōfeſſionis ſigillū violat, proditor eſt, Iudas eſt, pellax eſt & vafer.

Salo-

Salomon in Prouerbijs laſciuam mulierem deſcribens, imprimis eam à garrulitate deſcribit, [Garrula, vaga, quietis impatiens.] Vnde inferre volo, Sacerdotem qui loquax eſt, cuiuſq; lingua ſecreta & arcana omnia effutit, malignam & improbam habere animam, meretriciam & ſacrilegam.

Secreta reuelare ſignũ animæ laſciuæ.
Prou. 7.

Huius farinæ regius vates non erat, ſed ſilentio ſuo gloriatus, mutum ſe eſſe dicebat, [Non eſt ſermo in lingua mea.] Cordatus ille & prudens Sacerdos eſt, idem qui dicere poteſt, & coram Deo gloriari, quamuis ſecreta norit, linguam tamen ſibi ad loquendum deeſſe.

In ſecretis mutũ eſſe oportet.
Pſal. 138.

De lingua quoniam incidit ſermo, litteris proditum eſt, veteres Aegyptios inter cetera animalia inani quadam ſuperſtitione Crocodilum vt Deum crediſiſſe & adoraſſe: animal hoc, vt Phyſici docent, lingua caret: quod verò ſilentium diuinum quid eſſe crederent, animal adorabant, quòd ſilentij ſymbolum, ſimulque nos edocebant, Sacerdotes qui lingua carent, nec ſecreta reuelant, veneratione digniſſimos eſſe, ac diuinum honorem promereri, & ab omnibus colendos.

Valerianus.
Crocodilus ſilẽtij ſymbolũ, Aegyptiorũ Deus.

[Qui cuſtodit,]ait ſapiens, [os ſuum & linguã ſuam, cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam.] Prouerbium veriſſimum haud dubiè, ſimulque edocens, omnem Sacerdotem, linguæ cuſtodiendæ ſtudioſiſſimum, & ſecreti tenaciſſimũ ab innumeris animam periculis & anguſtijs eximere.

Prou. 21.
Tob. 12.

Raphael Archangelus his Tobiam eſt verbis allocutus, [Etenim Sacramentum regis abſcondere bonũ.] Audite quid Angelus hic dicat, Sacerdotes, ac cogitate, egregium quid ac diuinum eſſe Sacramenta tegere, & imprimis ipſum

Archangelus Raphael regis ſecretũ ſuadet occultari.

confeſſionis; honorabile ſcilicet eſt magni Dei qui totius mundi rex eſt, ſecreta abſcondere & celare.

Prou. 11. Sacerdos fraudulẽtus eſt, qui confeſſiones retegit.

Dixit olim inter cetera Prouerbia Salomon, [Qui ambulat,] inquit, fraudulenter, reuelat arcana; qui autẽ fidelis celat amici cõmiſſum.] Et benè mea ſententia dixit, ego verò poſt illum dico, Sacerdotem fraudulentum & ſubdolum eſſe, qui ſecreta reuelat, & confeſſionis arcanum retegit; at qui eadem tegit & occultat, fidelem ſe commiſſarium declarare.

Ecclef. 27. Curio qui cõfeſſionem retegit perfidus eſt.

Eodem penè ſenſu in Eccleſiaſtico dictum, [Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & nõ inueniet amicum ad animum ſuum.] Verba terribilia, vera tamen, curiones, quæ docent, perfidos vos eſſe ac fidei commiſſæ violatores, Deique amicitia & hominũ fide indigniſſimos, cùm ſecreta confeſſionum, & occultas quas à Deo accepiſtis reuelationes, denudatis.

Orabat Dauid, Deus vt ori ſuo cuſtodiã adhiberet.

Inſtabilitati ſuæ diffidens Dauid Deum obſecrabat, cuſtodiam ori ſuo vt adhiberet; [Pone ori meo cuſtodiam & oſtium circumſtantiæ labijs meis.] Vos vero curiones, & religioſi, qui tot ſecreta noſtis, qui tot peccata auditis, qui tot triſtia auditis noua, eamdem orationem facere deberetis, Deumq; deprecari, os veſtrum vt cuſtodiat, linguam conducat, ac labia cõmuniat, ne quod verbum inconſideratum effutiatis.

Pſal. 140. Chriſtus trãsfigurationis myſteriũ reuelari ab Apoſtolis noluit.

In die transfigurationis, Chriſtus diſcipulis ſuis, qui transfigurationem illam diuinam coram oculis viderãt, inhibuit dicens: [Nemini dixeritis viſionem iſtam.] Vt Chriſtus Apoſtolos viſum nemini voluit reuelari, ita vobis audita reuelare nefas, [nemini dixeritis auditionem iſtam.] Quamobrem, cauete ne cui quod in cõ-

Mat. 17.

feſſione

feſſione audiuiſtis communicetis, ſed ipſum celate& abſcondite.

Paulus è tertio reuerſus cœlo, in quo arcana audierat verba, quæ inaudiſſet, dicere noluit, quare ait, [Audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui,] imò nec audire. Idē dicatis oportet, Sacerdotes, cumque ab Eccleſia & à tribunalibus illis confeſſionarijs, in quibus tot iniquitates audiuiſtis, domum conceditis, cogitetis, audiuiſſe vos ſecreta, quæ homini reuelari non licet, quamuis etiam dicere nolenti, diriſſima ſupplicia, cruciatus, imò & grauiſſima quæ excogitari poteſt mors intentaretur.

Nō reuelauit ea Paulus quæ in paradiſo audiuit. 2.*Cor.* 12

CAPVT XXIII.

Sacerdotes tribulationes perferant.

IVdith in obſidione Bethulienſi ciues ſuos ad fortitudinem animi & conſtantiam adhortata, & aduerſus omnia ingruentia mala animum illis addēs ait. [Memores eſſe debetis, quomodo pater noſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus Dei amicus effectus ē; ſic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes, & oēs q placuerūt Deo, per multas tētationes trāſierūt fideles.] Quod cordata illa virago Bethulienſibus, ipſum omnibus in genere Sacerdotibus dicere volo, vt ſcilicet recordentur, omnes Dei amicos & intimos tribulationum examine probatos eſſe, eoſque aduerſitatibus etiam debere aſſueſcere.

Amici Dei tribulationibus probantur. *Iudith.* 8.

[Multę tribulationes iuſtorum,] ait Pſalmiſta [& de omnibus ijs liberabit eos Domin⁹.] Generale hoc oraculū de ſolis Sacerdotibus ſingilla-

Pſal. 33. Sacerdotes ad tribulationes nati.

Tribulatio cognitionis cauſa.

tim intelligendum eſt, qui ad tribulationes ſuſtinendas deſtinati ſint: quare cum ad eas ratione vocationis perferendas teneantur, patiantur eas ac perferant neceſſe eſt.

Eccle. 34.

[Qui nõ eſt,] inquit Salomon, [tentatus quid ſcit?] quamnam mundi notitiam habet. Hoc ſcilicet ex aduerſitatibus & afflictionibus naſci bonum ſolet; quas quicumque numquam guſtauit aut ſenſit, ac præſertim Sacerdos, ignarus & velut rerum expers habendus eſt.

Mat. 10.

Sacerdotes mittuntur vt oues in medio luporum.

Chriſtus Apoſtolis ſortem illorũ patefaciens ait, [Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum.] Sacerdotes, cum Apoſtolorum vos ſucceſſores ſitis, cogitare debetis, quemadmodum ipſi miſſi fuere, eundem ad modum vos eſſe miſſos, & vt illi perſecutiones perpeſſi ſunt, ac velut oues in medio luporum vixere, idipſum quoque vobis faciendum.

Sacerdotũ hoſtis eſt mundus.

Mat. 24.

[Tradent vos in tribulationem & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum, &c.] dixit olim diſcipulis ſuis Chriſtus. Idem quoque ipſe conſulo Sacerdotibus; mundus eorum aduerſarius eſt, aduerſus vitam & incolumitatem eorum conſpirauit, & perpetuò allaborat illos vt exerceat & fatiget, vtque omnibus odio ſint connititur; quare patienter cuncta ſuſtineant neceſſe eſt.

Ioan. 15.

Vt Chriſtus perſecutionem eſt paſſus, ita & Sacerdotes patiẽtur.

Dixit iiſdẽ & alio loco, [Nõ eſt ſeruus maior Domino ſuo; ſi me perſecuti fuerint, & vos perſequentur.] Optimum argumentum, è quo illa inferenda conſequentia, ſi Dei filius, qui ſummus omnium Chriſtianorum magiſter & caput eſt, tribulationes ſubire debuit, Sacerdotes qui nonniſi ſerui eius ſunt, conflictum hunc etiam ſubire neceſſe eſt, & eamdem ſortem experiri.

[In

[In omnibus,] inquit Apoſtolus, exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, &c.] Tunc vero Sacerdotes ſe veros magni Dei miniſtros exhibent, cùm maſculo & heroico animo afflictiones & aduerſitates tolerant, & in neceſſitatibus & anguſtijs non fatiſcunt aut ſuccumbunt. Illi verò boni illius Domini miniſtri non ſunt, qui tribulationum impetum metuunt, & in terra ſentibus libera & quieta ſe viuere poſſe ſperant. Illi ſerui Dei ſunt qui tribulationes perferũt. 2. *Cor.* 6.

Vas electionis Paulus caſus ſuos enarrans, hæc inter cetera ait, [Cum veniſſemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationem paſſi ſumus; foris pugnę, intus timores.] adeò vt perpetuo in conflictu ageremus. Veriſſimum & antiquiſſimum præſagium, Eccleſiaſticos per tribulationum iter incedere debere, vtpotè qui in medio conflictuum viuant, pugnam foris, intus metum habentes, & vndique in aduerſis & afflictione verſentur. 2. *Cor.* 7. Sacerdotes ſéper in pugna versétur.

Ecquid non pertuli, ait magnus Apoſtolus, [In laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, in itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, &c.] Quis obſecro Sacerdos hæc omnia legens, præ animi teneritudine non compatiatur, hiſtoriamque admirans illius vitam non imitetur, ſe omnium aduerſitatum & perſecutionum mundi ſcopum eſſe conſiderans, 2. *Cor.* 11. Sacerdos ſcopus ad uerſitatũ.

Nemo moueatur,]ait idẽ alio loco, in tribula-

1. Theſſ. 13. tionibus iſtis; ipſi enim ſcitis quòd in hoc poſiti ſumus,] vitaque noſtra aduerſitatũ ſcopus ſit. Quo loco duo notanda veniunt, primò Sacerdotes ſub tribulationum mole immobiles & conſtantes debere perſiſtere, deinde vitam illorum ſcopum eſſe, in quem aduerſarij omnes furoris ſui tela eiaculentur.

Sacerdos tẽtationibus non ſuccũbat.

Boni tribulationibus obnoxij.

Inter cetera documenta Timotheo tradita ait Apoſtolus, [Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu,] & vitam religioſam ducere, [perſecutionem patientur.] Generalis regula, qua docemur, omnem Sacerdotem, qui ſanctam ducere vitam voluerit, & virtutum iter inſiſtere, ſibi perſuadere debere, eſſe ſibi afflictiones tolerãdas, omnẽque mũdi rabiem, furorẽ & indignationẽ generoſo & heroico animo ſuſtinẽdã.

Epiſt. 148 ad Valer.

Sacerdotum munus periculoſum.

[Nihil eſt,] inquit Auguſtinus, [in hac vita, & maximè hoc tempore, difficilius, laborioſius, periculoſius Epiſcopi aut Presbyteri, aut diaconi officio;] deinde nihil eodem beatius, ſi confligant prout illud imperauerit Deus ſummus Imperator. Dicere vult mea quidem ſententia, Presbyterorum munus tot eſſe perſecutionibus obnoxium, vt niſi quis diligenter aduertat, in præſentiſſimo verſetur diſcrimine.

Sacerdotũ officiũ terribile.

Ioan. Muſcus in ſuo timorario cap. 149.

Sanctus quidam presbyter de Sacerdotij pondere ſibi impoſito expoſtulans, ſibi onus quoddam intolerabile, dum ad ordines promotus eſt, impoſitum conquerebatur, [magnum mihi onus & intolerabile iniunctum eſt, Sacerdotiſq. munus me terret immodicè.] Idem repetere deberetis Sacerdotes, ac conſiderare, quàm graue vobis impoſitum ſit munus & onus: tantum quippe pondus eſt & ſarcina, vt ad ſuſtinendum angelici ſint humeri neceſſarij.

[Non

[Non eſt, inquit Chryſoſtom. nobis pugnę ſpecies vna parata, ſed bellum nobis varium ac multiplex propoſitum, varijs multiplicibuſq. aduerſarijs conſtans, nec omnibus eodem armorum genere vtentibus, nec eodem nos ſtrategemate oppugnantibus; quamobrem qui eoſdem expugnare & retundere geſtit, omnes eorum artes & technas percalleat neceſſe eſt, inque omni ſit conflictus genere verſatiſſimus.] Fateamini igitur neceſſe eſt Sacerdotes, varijs vitam veſtram expoſitam eſſe periculis, cùm aſſiduo in conflictu verſemini, totq. inimicis cingamini, qui ad certamen vos inuitãt; quare agite excubate, iiſdem ſumma animi fortitudine reſiſtite, eorumq. technas detegite.

Lib. 4. de Sacerd. Sacerdos plurimos cõflictus ſuſtineat neceſſe ẽ.

Hinc non immeritò exclamat Bernardus, o periculoſam Sacerdotis vitam, [Periclitatur Sacerdotis caſtitas in delicijs, humilitas in delicijs, pietas in negotijs, veritas in multiloquio, & charitas in hoc nequam ſæculo: quare fugite de medio Babylonis, fugite, & quantocyus ſaluate animas veſtras.] Sanctæ hæ exclamationes ſatis oſtendunt, quam ſit Sacerdotij ſtatus periculoſus, cum omni ex parte bellum ei indicatur, & nullo non loco inſidiæ collocatæ.

De cõuerſat. ad clericos. c. 30 Sacerdotis vita vndique impetita.

Metaphoricè loquens Chryſoſtomus ait, [Sacerdotis nauem adſsiduè tempeſtates circumſiſtunt, huiuſmodi autem tempeſtates non ſolum extrinſecus adoriuntur, ſed etiam intrinſecus enaſcuntur;] itaque tam vehementer, vt ſępenumerò naufragium cauſentur. Quid hic ergo dicitis Sacerdotes, cum naues, & cymbæ ſitis in mundi huius oceano, enauigantes, an non timetis, cum omnigenis perſecutionum fluctibus, tempeſtatibus & ventis expoſiti ſitis?

Lib. 6. de Sacerd. Sacerdotum vita naui comparata in medio maris enauiganti.

Idem

Hom. 10. in Mat. Sacerdotes muri Eccleſiæ.

Idem auctor dicere ſolebat, Sacerdotes eſſe Eccleſiæ muros; atque vt muri & mænia ciuitatum, baliſtarum impetu impeti ſolent, & tormentis quati, ita Sacerdotes, veræ Eccleſiæ propugnacula ethnicorum tyrannidi & hæreticorũ perſecutioni expoſiti ſunt. Vos igitur Sacerdotes, qui Eccleſiæ valla & propugnacula eſtis, omnes perſecutiones, & cunctas mundi oppugnationes pati debetis.

Lib. 1. epiſt. 50. Sacerdotes uirgæ Ieremiæ perſimiles.

Iſidorus quoque allegorias conſectatus, ait virgam illam nuceam, quam olim vidit Ieremias, typum & imaginem Sacerdotij fuiſſe: nã vt exterior nucis cutex aſper & durus eſt, ſed nucleus dulcis & ſapidus; ita Sacerdotum ſtatũ exterius quidem laborem ac difficultatem præferre ſed interius iucundum ac gratum eſſe. Inſignis hæc allegoria eſt, certum ſiquidem eſt Sacerdotium interius abundare delicijs, exterius verò laboribus & afflictionibus premi.

Lib. 6. de Sacerdot. Sacerdotum uita monachali auſterior.

Aureum illud os, Græciæ oraculum dicere ſolebat, Monachorum quidem laborem multum, & certamen ingens eſſe, ſed qui volet eius inſtituti ſudores cum Sacerdotij adminiſtratione conferre, tantum inter illa duo diſcrimen reperturum, quantum inter priuatum & regem interuallum. Quis obſecro, Deus bone! credet, Sacerdotum vitam Religioſorum vita auſteriorem eſſe; veriſſimum eſt tamen, ſi enim monachos confligere interdum contingat, hoc in loco concluſo, cincto, tuto & fauorabili contingit, at Sacerdotes in medio mundi & aperto in campo certamen ineunt.

Pauci Sacerdotes ſaluãtur.

Dicerene audebo & hoc adferre, quod idem Chryſoſtomus ait? Sacerdotum ſcilicet vitam adeò periculoſam eſſe, vt pauciſſimi ſalutem

con-

conſequantur; plurimi verò damnationem incurrant, eo quòd à varijs impetantur hoſtibus, adeò vt quemquam ſaluari mirum ſit. [Non arbitror,] inquit, [inter Sacerdotes multos eſſe qui ſalui fiant, ſed plures multò qui pereant.] An non perhorreſcitis Sacerdotes dum auditis, tam paucos veſtrum ſalutem conſequi? vnde manifeſtum fit, munus veſtrum periculoſum eſſe, ac vitam perſecutionibus varijs expoſitam. *Hom. 3. in acta Apoſt.*

[Heu me,] inquit Bonauentura, [Domine Deus, quia vndique mihi bella, vndique tela volāt, vndique pericula, vndique impedimēta:] quocumque me vertam nulla mihi ſecuritas aut refugium; quod mihi adulatur & quod negotium faceſſit, formido; fames non minus quàm menſa ſuſpecta mihi ſunt; ſomnus ſimul & vigilia mihi aduerſantur; labor non ſecus ac quies me oppugnant, & nullo non loco bellum mouēt. Si ſanctus hic vir profeſſionis ſuæ ſtatum ita me tuebat, itaque angebatur, quid tot miſeri Sacerdotes facient, qui ſine vlla diſcretione incedunt, ſine diſcretione viuunt, ſine vllo metu laborant, in medio periculorum cantillant, in medio bellorum pacem ſectantur, & quod illis ſpem adimere & metum addere debebat, in eo ſecuritatem ſibi affulgere putant. Melius igitur negotium veſtrum diſponite Sacerdotes, conſiderate tribulationum uos ſcopum eſſe, perſecutionum exercitium, tentationum theatrum, & certaminis locum, in quibus omnes mundi conflictus & impetus locum inueniunt. *In Pharet. lib. 2. c. 1.* **Sacerdotum uita undique impetitur.**

CA-

CAPVT. XXIV.

Sacerdotes bono aliis exemplo ſint.

Apoſtolos hortatur Chriſtus vt bonum dẽt exemplũ.
Matt. 5.
Luc. 11.

CHriſtus Dominus Apoſtolos ſuos inſtruens, hac illos oratione ad bonum dandum exẽplum incitauit, [ſic luceat, inquit, lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt.] Docere Redemptor hic voluit, Sacerdotes, vos qui mundi lucernæ & ſoles eſtis, ita bono exemplo fulgere debere, vt non, niſi virtutem in nobis ſæculares videant, eaq. viſa Deum æternum glorificent.

Ibid.
Miſerum eſt Sacerdotes ſcãdalo eſſe.

[Videte, inquit idem Dei filius, ne lumẽ quod in te eſt, tenebræ ſint,] ne qui in te fulget ſol deliquium aliquod patiatur. Et quanta miſeria, cũ lumen ipſum in caliginem conuertitur, & Sacerdos, a quo alios bono exemplo illuſtrari par eſt, ſcandalo ſuo alios obſcurat.

2. Cor. 6.

Apoſtolus documentum hoc obſeruans ſui ſæculi Sacerdotes hunc in medium allocutus eſt, [Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum: ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia.] Illi verò egregium hoc Apoſtoli præceptum negligunt, qui vitæ lubricitate ac diſſolutione cœlum terramque offendunt, omnibuſque Sacerdotio inſultandi occaſionem præbent.

1. Pet. 2.

S. Petrus ſummus Eccleſiæ Archipresbyter hanc in rem egregiam quoque ſententiam protulit, [conuerſationem inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis, tam-

quam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deum in die viſitationis.] Sacerdotes profectò impijs ac ſceleratis occaſionem dant bonam, ac piam opinionem concipiendi, Deum verò laudandi ac magnificandi, quando honeſtè conuerſantur, & omni loco bonum dant exemplum. Gloria Dei eſt Sacerdotes bonū exēplū dare.

Scripſit ad Romanos Apoſtolus, [Prouidentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam corā omnibus hominibus.] Et ſane ita ſe res habet, Sacerdos virtutis ſtudioſus ſibi caueat, ne quid indignum aut prauum non modò coram Deo, ſed etiam hominibus committat, vt enim Deus peccato offenditur, ita proximus prauo exemplo & ſcandalo. Sacerdos metuat ne Deum ſimul & homines offendat. *Rom.* 12. 2. *Colo.* 8.

Idem quoque Philippenſibus ſimile propemodum ſcripſit: [Vt ſitis, inquit, ſine querela & ſimplices filij Dei, in medio nationis prauæ & adulteræ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.] Quantum habere virium hæc admonitio apud Sacerdotes habet, vt per hanc ad bonum exemplum alijs dandum excitentur, ſine querela viuant, in ſimplicitate ambulent, ac vitā irreprehenſibilem ducant, cum mundi faces ſit & luminaria. *Philip.* 2. Vita Sacerdotis ſit irreprehenſibilis

Inter ceteros documentorū Timotheo traditorum articulos, hic non poſtremum locum occupat, [Nemo adoleſcentiam tuā contemnat, ſed exemplū eſto fidelium in verbo, in conuerſatione in charitate,] vt ſcilicet omnes tuā in virtute progreſſum perſpectum habeant & ob eundem ædificentur. Eidem lectioni ſtudere Sacerdotes, & iuxta Apoſtoli voluntatem, honeſtæ vitæ conuerſatione & exemplo ædificate quoslibet, & vniuerſo mundo bonum eſtote exemplum. 1. *Tim.* 4. Bonum exemplū Paulus cōſulit Timotheo.

Inter

Tit. 2. Interea quoque quæ Tito ſeruanda præſcripſit, bonum etiam exemplum poſuit, [In omnibus præbe teipſum exemplũ bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate; verbum ſanũ, irreprehẽſibile, vt is qui ex aduerſo eſt, vereatur nihil habẽs dicere de nobis.] Quod olim vni Tito præſcriptum, Sacerdotibus noſtris potiùs præſcribendum, iiſque omni ope nitendum, vt omnibus tam verbo quàm opere præluceant, & exemplo ſint, vt inimici Eccleſiæ & ſcelerati nihil in ipſis quòd reprehendant, & ob quod Sacerdotium ſugillent, inueniant.

Improbi ob bonũ Sacerdotũ exemplum ad virtutem excitãtur.

Opera cũ ſint publica, intentio ſecreta ſit.

[Sic ſit opus noſtrum,] inquit Magnus Gregorius, [in publico, quatenus intentio ſit in occulto, vt de bono opere proximis exempla præbeamus: & tamen per intentionem qua Deo ſoli placere quærimus, ſemper optemus ſecretum.] Dicere vult, Sacerdotes publicè pietatem & externus preferentes, & bonum exemplum dantes, quamuis opera alioquin manifeſta ſint & pateant foris, intentionem tamen ſuam ſemper occultare & celare debere.

Hom. 11. *in Mat.*

Seſſ. 22. *c.* 1. *de reformat.*

Bonũ Sacerdotũ exẽplum alios ad pietatem pertrahit.

Quin etiam Concilium Tridentinum ait, [Nihil eſt quod alios magis ad pietatem & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quam eorum vita & exemplum qui ſe miniſterio diuino dedicarũt.] Spiritu ſancto inſtigãte ita Concilium locutum eſt: conſtat ſiquidem, bonorum Sacerdotum vitam populo & communitati, virtutum; diſſolutionem verò & lubricitatem, vitiorum ſcholam eſſe.

Hom. 10. *in Mat.*

Sacerdotũ bonũ exẽplum populi cõdimẽtum eſt.

Hinc dicebat Chryſoſtomus, honeſtam & piam Sacerdotum conuerſationem populi condimentum ac voluptatem eſſe. Egregia reuerà ſententia: quis enim non videat ad Sacerdo-

tum

tum mores, populi quoque accommodari? nam vt Eccleſiaſticorum vita condita eſt, ita & totius plebis. Sacerdotum quippe ad exemplum ſuam ſubditi vitam componunt.

Pius Secundus eumdem tangens ſcopum ait, [Sacerdotes quorum vita velut ſpeculum inferioribus eſt, nō ſolum à malis operibus abſtinere, ſed omnia declinare conuenit, quæ quoquo modò præ ſe ſpeciem mali ferunt.] Si igitur Sacerdotes populi ſpecula, inquinati ſint & ſordibus oppleti, quomodo alij in eis ſe ſpeculantes, næuos, atque animi deformitatem agnoſcent? Cùm ſpeculum corruptum & pollutum eſt, obiectorum munditiem, aut facierum veritatem repræſentare nequit.

Lib. 2. Commēt. Sacerdotes ſunt aliorū ſpeculum.

[Sacerdotalis animi pulchritudinē vndique,] inquit Chryſoſtomus, [ſplendeſcere oportet, vt oblectare pariter & illuminare poſſit eorū animos, qui ſuos in illum oculos conijciunt: delicta enim plebeculę & popularium, velut in abſcondito patrata, nonniſi authores ſuos perdunt: at peccatum hominis auctoritate pollentis & in dignitate conſtituti, generale quoddā diluuium & communis euerſio eſt,] Concludere igitur è Chryſoſtomo licet, Sacerdotes bonis operibus effulgere, vitæ honeſtate ſplendere debere; nam eorum peccata communes peſtes, & ruina omnium ſimul hominum ſunt.

Lib. 3. de Sacerdot.

Praua Sacerdotū exempla sūt cōmunis euerſio.

[Perit,] ait Gregorius, [reuerentia, adimitur diſciplina, ſi qui culpas debuit emendare committit.] Dicere vult, Sacerdotem, cùm malum dat exemplum, & peccat, contemptibilem ſe reddere, omnemque reuerentiam euertere, cùm tamen ipſum alios à peccato retrahere par eſſet.

Malum exēplū euertit omnia. *L. 7. Reg. Epiſt 113 indict. 2.*

[Cùm

[Cum paſtor, ſcribit idem pontifex, per præ-
rupta graditur, conſequens eſt vt grex ad præci-
pitium ſequatur: & qui cadentis humeris ſuſtē-
tatur, cum eodem præceps labatur neceſſe eſt.]
Quin etiam, quod longè deterius, licere ſibi ſub
diti putant, quod a ſuperioribus commiſſum vi
derint, atque ideò ſuperiorum delicta & grauio
ra & enormiora æſtimari ſolent. E quo conclu-
do, dum Sacerdotes, qui paſtores Eccleſiæ ſunt,
labuntur & cæſpitant, & ſcandalo inferioribus
ſunt, gregem, & fidelium animos, per vitiorum
præcipitia illos ſequi, & eòdem ferri. Ideòq. Præ
latorum ac Paſtorum delicta maius ſecum peri-
culum ac perniciem, quam ceterorum fidelium
trahunt.

Popul° paſtoris delictum ſequitur.

2. p. *Paſt.* c. 3.

Idem quoque alio loco dixit, quod quemad-
modum caput & oculi, qui greſſibus noſtris
præſunt, & vias noſtras dirigunt, ſemper con-
tendunt, illud vt erectum ſit, hi vt vigilent &
excubias agant: vbi enim illa rectitudo & vigi-
lia defuerit, pedes deuiant, & errant, atque adeò
corpus vniuerſum caſus periculo expoſitum
eſt. Ita quoque Sacerdotes cum populorum
capita ſint, eorumque animarum conductores,
ſemper recta incedere debent, iiſque virtutum
exemplo in virtutum ſemita prælucere? ſi enim
officio defuerint, ceteri de via deflectunt, & de-
uium iter ingrediuntur. Vos verò ſacerdotes
capita, & oculi ouium Chriſti eſtis, a vobis vni-
uerſum eorū bonum, & deductio dependet. Si i-
gitur capita praua ſint & oculi caligantes, quid
corpori fiet? quid mēbris? quomodo pedes ince-
dent, ſi cæcutiant oculi? id eſt, quem in virtute
progreſſū facient animæ, ſi vos, quib. eas ex offi-
cio conducere incūbit, in vitia ruatis præcipites?

2. p. *Paſt.* c. 7.

Sacerdotes oculi populorū

Senten-

Sententiæ magni Pontificis ſuffragator accedat Iſidorus Peluſiota, dũ ait, Sacerdotũ exemplum in animarũ directione magnatum virium eſſe, & ſi ipſi mores ſuos correxerint, ſpem eſſe, omnem mox plebem veſtigijs eorũ inſiſtendo, ſecuturam. Per virtutum igitur ſemitam incedite, Sacerdotes, omnes vos vt ſequantur, & cogitate, quod quemadmodum quæ proximo datis ſcandala, multum animabus detrimenti, ita virtutum exempla, emolumenti afferre. *Lib. Ep. 316.*

Vnde Bonauentura, [ſi Dominus proprium ſanguinem dedit in pretium animarum nõ tibi grauiorem videtur ab eo ſuſtinere perſecutionem, qui exemplo pernicioſo auertit ab eo animas, quas redemit, quàm ab eo, qui ſanguinem ſuum fudit?] O verba terribilia! Sacerdos, malum qui exemplum dederit, Iudæo deterior; adeò vt quamuis innocuum Chriſti ſanguinem effundere enorme & graue crimen fuerit, animas ſcandalo euertere ac deſtruere longè grauius & deteſtabilius ſit. *In Pharet. l. 3. & 9. ex Bernard.* Sacerdos mali exẽpli perſequitur Chriſtũ pluſquã Iudæi.

[Deus] inquit Iſidorus Peluſiota, [lucernam, hoc eſt Sacerdotem in Eccleſia accendit, atq; candelabro imponit, ſuæ lucem ferenti cathedræ, ut & dogmatũ & actionum ab omni caligine liberatum, ſplendore Eccleſiæ afferat; & populus ad luminis huius fulgorem & claritatẽ accedat, & patrẽ luminũ exaltet & celebret.] Quid igitur Sacerdotes cũ faces & lucernæ ſint à manu Dei in candelabro Eccleſiæ accenſæ, an non undiq. collucere debent, prædicatione ſcil. & vitæ honeſtate, vt ad lumen illorum oculos Chriſtiani aperientes, ad ſolem accedant propiùs, & eorum exẽplo ſanctitatem cõſectentur? *Lib. 1. Epiſt. 32.* Sacerdotes lucernæ sũt in Eccleſia accenſæ.

[Cũ Sacerdotalis dignitas,] inquit magn⁹ Gregorius

Lib. 7. *Reg. Ep.* 11.

gorius, [alijs videatur dignitatibus eminere; ita quiſquis ordinatus eſt, cunctis ſe imitãdum debet oſtendere ſuo vt exemplo nemini noceat, ſed omnium reformare vitam queat.] Egregia ſententia, quæ docet Eccleſiaſticos, cum dignitate alijs præcellant, virtute quoque & bono exemplo debere præcellere.

Sacerdotes dignitate vt primi, ita ſint et moribus.

S. Bernardus in ſermonibus hoc modo de exẽplo alijs dãdo locutus eſt, [Seminemus hominibus bonũ exẽplum per aperta opera, ſeminemus Angelis gaudiũ per occulta ſuſpiria.] Sanctũ hoc cõſiliũ ſequamini Sacerdotes, vobiſq. perſuadete, ſi bonũ granũ ſeminaueritis, magnorũ meritorũ fructus ac meſsem vos collecturos; ſuſpirijs ſiquidẽ Angeli, bonis exẽplis recreãtur homines.

Bona exẽpla hominibus ſolatio ſũt.

Serm. 30.

Rectè prędicat qui bonũ edit exẽplum.

[Tunc alijs,] inquit Gregorius, [recta prædicamus, ſi dicta verbis & exemplis monſtramus.] Inferre vult, eos qui docte in cathedra concionantur, & extra illam diſſolutè viuunt, ridendos ſe exponere; ſed qui vitam verbis accommodarint, perfectos eſſe.

Hom. 17. *in* 10. *Luc.* *L.* 3. *de ſumm. bono c.* 36

Huc etiã ſpectat quod Hiſpalenſis ſcripſit Iſidorus, [Tã vita, quã doctrina clarere debet Eccleſiaſticus doctor; nã doctrina ſine vita arrogãtẽ reddit; vita ſine doctrina inutilẽ facit.] Aliud mea ſentẽtia dicere nõ vult, quã Sacerdotes, qui ad alios docendos deſtinati & delecti ſunt, tum doctrina, tum vitæ honeſtate ſpectabiles eſſe debere; doctrina enim ac ſcientia virtutibus deſtituta, nonniſi ſcandalum adfert; ſed vbi ambo concurrerint, bonũ edere & cauſari exemplum ſolent. Hoc igitur modo vitam inſtituite, Sacerdotes, ſcandalũ proximo procurare nolite, animas fidelium ne deſtruite, ſed lumẽ veſtrũ, cum lux & lucerna mundi ſitis, per omnia diffundite.

Sacerdos habeat doctrinã & vitam bonam.

LIBER TERTIVS,

DE IIS

QVAE SACERDOTIBVS cauenda & vitanda ſunt.

CAPVT I.

Sacerdotes ebrietatem & ingluuiem vitent.

DEus olim Aaronē eiuſque filios quo ab ebrietate eos auocaret, vinum & quidquid inebriare poteſt, bibere vetuit, quoties tabernaculū ingredi debebāt. [Vinū,] inquit, [& omne q inebriare poteſt, nō bibetis tu & filij tui, quādo intrabitis in tabernaculū teſtimonij.] Præceptū hoc de ebrietate cauēdā ad Euāgelicos Sacerdotes non minꝰ ſpectat, quā ad Synagogicos: ebrietas enim execrabile vitiū eſt, ſed maximè in Sacerdotibꝰ.

Vini vſus Sacerdotibus anti quis inter dictus.

Leuit. 10.

[Vinolentum,] inquit Hieronymus, [Sacerdotem & Apoſtolus damnat & vetus lex prohibet: Sacerdotibus quoq; templo Domini miniſtrātibus interdictū eſt vinū bibere aut ſiceram, ne corda illorū crapula opprimantur & peruertantur.] Nouæ igitur legis Sacerdotibus maior damnatio intentatur pœnaq; grauiter incūbit, dum ebrietatē ſectantur, vtpote qui Deo miniſtrant, & ſemper in illius Eccleſia verſantur; diſſolutiones igitur illis penitus interdicuntur.

Diſt. 35. cap. eod.

Lex vetus & noua ebrietatē in Sacerdotibus prohibet.

[Omnibus diebus,] ait de Nazaræis Dominus, quibus ex voto Domino cōſecrantur, quid-

quid ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſq; ad acinum non comedent.] E quo colligant nouæ legis Sacerdotes, in Dei miniſterium allectos, ſe et ſobrios in victu, & in potu temperantes eſſe debere, omnemque crapulam & ingluuiem toto vitæ tempore fugere.

Nazaræi vinũ non bibebant.

Prou. 20. Scripſit in prouerbijs Salomon, [Luxurioſa res, vinũ, & tumultuoſa ebrietas, quicumq; his delectatur, non erit ſapiens.] Equidem aſſentior & dico vinoſum et mero deditum Sacerdotem, oſtendere ſe parum ſapere & vecordem eſſe.

Qui vino deditus eſt, inſipiens eſt.

Iſai. 18. Iſaias propheta populi ſui calamitatẽ & exitium deplorans, ac præſertim Sacerdotes reprehendens, eorum diſſolutionem & voluptatem horum omnium cauſam ait exſtitiſſe, quod ſemper vino maderent, ignari eſſent, & ebrietatem ſectarentur: Sacerdos & Prophetę neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino.] E quo manifeſtum eſt, Sacerdotum ebrietatem ſæpe populorum ruinam afferre.

Sacerdotũ ebrietas populorũ exitium.

In eumdem ſenſum incidens Eccleſiaſticus

Eccli. 31. dixit, [Vinum multum potatum irritationem & iram & ruinas multas facit.] Experientia hoc conſtat, imò quotidie cernere eſt, Sacerdotes ob nimium potum mille ruinas inducere, tot calamitates cauſari, ac plurimorum malorum fontem & ſcaturiginem eſſe.

Nimius potus infinita ſecũ trahit mala.

Eodem quoque loco dixit amaritudinem animæ eſſe vinum multum potatum, & pœnitentiam inducere. Hoc animis veſtris inhæreat, Sacerdotes diſſoluti, ac ſciatis velim, tandem aliquando fore, vt vos ebrietatis pæniteat, & animæ veſtræ perniciem vinum futurum.

Animæ etiam ruina eſt.

Eccli. 37. Alio quoq; loco nõ minus ſapienter monuit,

[Noli

[Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam.] Poſt ipſum idem moneo Sacerdotes, voſque exhortor vt ſobrij & temperantes ſitis, gulæ imperetis, menſam modeſtam colatis, & diſſolutiones fugiatis. — Exhortatur ſapiẽs ad temperantiam.

[Nolite,] ait Apoſtolus, [inebriari vino, in quo eſt luxuria:] id eſt, vti exponit D. Thomas, ne ſitis guloſi, Sacerdotes, ne ebrioſi, ne libidinoſi, & actiones veſtras modeſtè ſemper honeſteque dirigite. — Ebrietas libidinis mater. *S. Thom. in Epiſt. 1 ad Tim. 3*

Idem etiam Coloſſenſibus hoc quoad temperantiam præceptum dabat, [Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, id eſt, videte, ne quis vos vt ebrios aut guloſos condemnet aut arguat. Vobis hoc dictum putate, Sacerdotes, itaque viuite, vt nemo vos vt vinolentos & bibones habeat, ſed velut de ſobrijs honeſtæque conuerſationis viris omnes loquantur. — *Coloſſ. 2.*

Sapiens olim dixit, [vinũ & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes,] coguntque religionem & omnes ſpirituales diuitias deſerere. Certiſſima ſentẽtia & diuina, libidinem & ebrietatem infinitos ad apoſtaſiam traduxiſſe; & plurimos Sacerdotes auctoritate, & religione priuaſſe. — *Eccli. 19.* Ebrietas facit Apoſtatas.

Eodẽ quoque loco ſcriptũ, [Operarius ebrioſus non locupletabitur:] Allegoricè hoc exponens, dico, Sacerdotes, qui vineæ Eccleſiæ operarij ſunt, vino deditos numquam honore & meritis locupletandos.

Holofernes generalis militiæ Aſſyriorũ præfectus, vino ſopitus & crapula, fœminæ dextra occubuit ſuo ipſius gladio iugulatus, [Nimia ebrietate ſopitus.] Sacerdotes capita ſunt militiæ Ieſu Chriſti, ſed quoniam ſæpius vino ſeſe ingurgitant & inebriant, & illicito- — Ebrietas Holofernẽ morti tradidit. *Judith 13*

ſe concubitu coinquinant, honore excidunt, & ſuis ipſorum armis iugulati ſæpè vitā amittunt.

Eccli.31. Nimius potus vitæ noxius

Sapienti olim Spiritus ſanctus ſuggeſſit, ſobrium potum corporis & animæ ſanitatem eſſe. Eiuſdem ipſe ſum etiam opinionis, & verba inuertens dico, vini vſum & ingluuiem, animæ & corpori Sacerdotis mortem afferre, eiuſque vitam abſcindere.

Vinū ad iucūditatem, non vero ad peccatū creatum eſt.

Eccli.3.

[Vinum,] ait idem, [in iucūditatem creatum eſt, & non in ebrietatem ab initio.] Meminerint ſententiæ huius Sacerdotes, ſi verò interdum illos bibere contingat, hoc ad hilaritatem, ad vires reſtaurandas, vitā conſeruandam, creatorem datoremq; vini laudandū: nō verò ad abuſum, ad ſeipſos obruendos, & inebriandos, & ſcandalum proximo accerſendum id fiat neceſſe eſt.

Ierem.13 Punitio Dei dum Sacerdotes vinoſi ſunt.

Ieremias Ieroſolymis interminans dicebat, [Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges qui ſedent de ſtirpe Dauid ſuper thronum eius, & Sacerdotes & Prophetas & omnes habitatores Ieruſalem ebrietate, &c.] ſignum profectò eſt, tunc Deum aduerſus populum ſuum indignari, & rigidè in illum velle animaduertere, dum diſſolutos & vinoſos & popinas frequentantes in ductores & doctores eis dat Sacerdotes, qui tamen eorum reges ſunt ac Prophetæ.

Malum graue Sacerdotū ebrietas.

Ezech.23

Ezechiel diuinas interminationes intētans, & iuſtitiæ rigorem exaggerans, Hieroſolymitanis ciuibus ait, guloſos & vinoſos in ciuitatem illorum introducendos, [Ebrietate & dolore repleberis, calice mœroris & triſtitiæ.] Magna haud dubiè Dei caſtigatio eſt, & Chriſtianitatis flagellum, cùm vrbes, pagi ac monaſteria Sacerdotibus diſſolutis & vino deditis repleti ſunt.

Dixit

Vinũ auffert cor. *Oſee.4.*

Dixit olim Oſeas Propheta, [Fornicatio, & vinũ & ebrietas auferunt cor.] Et ſanè Sacerdotes ebrietas excordes vos facit; itaque vos commutat, vt ex hominibus in beſtias commutet.

Ebrietatis fugam ſuadet Paulus. *Rom.13.*

Romanis ſcribens Apoſtolus ait, [Sicut in die honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus & ebrietatibus.] Eadem exhortatione vti apud vos volo, collegæ mei & Conſacerdotes, vobiſq; ſupplicare, vt honeſtatem morum conſectemini, ſobrietatem amplectamini & comeſſationes repudietis.

Gal.5. Ebrij cœlo excluduntur.

Idem verò opera carnis recenſens, inter cetera ebrietatem ponit, [Inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, &c. quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſeqnentur.] Irreuocabile & firmum decretum, inuidum, homicidam, & vinoſum, & præſertim Sacerdotes, qui hiſce vitijs infames ſunt, regnum Dei nunquam adepturos, ſed in æternum puniendos, & perpetuis ſupplicijs mancipandos.

Vetitum ebriorũ cõmerciũ *1. Cor. 5.*

In prima ad Corinthios vetat Apoſtolus, ne quis fornicanti, detrahenti, ebrioſo, idololatræ ſocius ſit, imò vt ne quidem cum eis manducet, [Nunc autem ſcripſi vobis non miſceri, ſi is qui frater nominatur inter vos eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut mentiens, aut ebrioſus.] Apoſtolicam hanc doctrinam ſecutus, dico Sacerdotem, qui ſibi ipſi temperare nequit, quotidie ſine intermiſſione bibit, mereri vt omnes eum fugiant, oderint, & commercium illius declinent.

Gen.19. Allegoria

Puellæ illæ Sodomiticæ, poſtquam patrem inebriaſſent, inceſtum vt commiſerit, in cauſa fuere, [Dederunt itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa, & ingreſſa eſt maior, dormiuitque

Nemo ad bibēdum cogēdus. cum patre. [Gula & ebrietas Sodomiæ ſunt filiæ, quæ vbi Patres ſpirituales, Sacerdotes inquam, inebriarunt, ad libidinem deinde, illicitos cōcubitus, inceſtus, ſacrilegia, ac reliqua delictorum genera pelliciunt.

In ſpecul. diſc. p. 3. c. c. 4. Orat. 16. de ingluuie & ebriet. B. Bonauentura, S. Baſilius, & Innocentius Papa tradunt, Eccleſiaſticos ſedulò ab ebrietate & comeſſationibus abſtinere debere, & diligenter cauere, ne quis ad æquales hauſtus cogatur, cùm crapula & ebrietas ingenij ſtatum perturbet, & libidinis fomitem accendat, [A crapula & ebrietate omnes Clerici diligenter abſtineant.] *De vita et honeſt. Cleric. c. eod.* Sapiens ille ac prudens futurus eſt Sacerdos, qui Patribus illis crediderit, & ebrietatem compeſcens, concupiſcentiæ fomitem extinxerit, & egregia quadam ſobrietate ſpiritum in tuto collocauerit.

Sacerdos nō adeat popinam. *Con. Apoſt. 54. Cōc. Carthag. 4. c. 15. Laodic. c. 24. de vita et honeſt. Cler. cap. pen.* Duo œcumenica Concilia, & Apoſtolicus etiam Canon, Sacerdotes vetant tabernas & popinas accedere, niſi grauis vrſerit neceſſitas, aut in via conſtituti ſint, [Clerici edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingredientur, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.] Quàm parùm ſancta hæc conſtitutio hodie obſeruatur, cùm Sacerdotibus & Clericis popinæ ſcateant.!

In Sacerdote ebrietas ſacrilegiū eſt. Dicere ſolebat illuſtriſſimus ac doctiſſimus Cardin. Petrus Rauennas, ebrietatem in homine vulgari ac laico crimen eſſe, ſed in Sacerdote ſacrilegium. Ad veſtrum igitur dedecus dico, Sacerdotes, vos, cùm inebriamini, ſacrilegij vos reos conſtituere.

L. de ſummo bono. c. 43. Ebrietatis effectus. [Ebrietas,] ait Iſidorus Hiſpalēſis, [perturbationē gignit mētis, furorē cordis, flammam libidinis, itaq; mentē extra ſtatum ſuum abripit, vt quo deportata ſit ignoret, malumque nō ſētiat,

in quod

in quod vitio hoc incidit.] Iuxta Epiſcopi illius mentem, Sacerdos,qui vino ſe ingurgitat, graue & enorme vitium admittit, ingenium & iudicium perturbatum habet, cor furore replet, & flammam libidinis internè accendit. Quod verò longè deterius, adeo ſpiritus illius dementatus & faſcinatus eſt,vt in medio malorum conſtitutus, ſuam ipſius calamitatem perſpectam non habeat.

[Ebrietas,]inquit Concilium Treuerēſe, [inſignium flagitiorum incitatrix & ſcaturigo, Eccleſiaſticum gradum ſumma cum turpitudine paſſim infamauit.] Quis enim neſcit,peccatum hoc, quod alia infinita ſecum trahit, Sacerdotum honorem peſſum dediſſe,& Clericis plurimis infamiam attuliſſe?

De temulētia Cleric.

Ebrietas plurimos Sacerdotes infamauit.

Vt verò peccatum hoc graue & enorme, ita quoq. rigidè ſemper & grauiter in ipſum fuit animaduerſum; vnde benè idē quod ſupra Cōciliū decreuit, [Qui turpiter illi vitio indulgēt, immorigeri ab officijs & beneficijs, Eccleſiaſtica cēſura, & Synodi authoritate primū ſuſpendātur.]Si Synodi huius decreta hodie in vſu forēt, ſi Sacerdotes temulenti ab adminiſtratione Sacramentorum ſuſpenderentur, & beneficijs priuarentur, non tot ſeſe temulentiæ dederent.

Sacerdotū vinoſorū pœna.

[Ante omnia,] ait Cōciliū Agathenſe, Clericis vitetur ebrietas, quæ vitiorū fomes & nutrix eſt:ſi quis verò ebrius fuerit, triginta dierū ſpatio cōmunione fruſtret, vel punitione corporali in eum animaduertatur.] Seuera hæc decreta & graues ſētētię,Sacerdotes hauddubiè percellere deberēt, eoſque inhibere ne tabernas frequētēt.

Diſt.44. cap. fin.

Gratianus in decretis ſuis habet, [ſi laicis comeſſationes damnabiles ſūt,multo magis Sacerdotibus

Diſt. 35. fin.

dotibus imputantur ad gehennam.] Et non immeritò: ſæcularis enim temulentus peccatum admittit, ſed Eccleſiaſticus crimen deteſtandum, & longè grauius.

Ebrietas in Sacerdote maius crimē quam in alijs.

O infelix atque execrabile vitium! vnde benè Magnus mihi Baſilius dixiſſe videtur, [Multos ego animaduerti ſæpè, qui cum alterius cuiuſuis generis vitijs laborarent, ad ſanitatem tamen poſtea redierint, qui tamen gulæ vitio tenerentur, neminem ex omnibus vidi vnquam qui conualuerit.] Cauete igitur vobis, Sacerdotes, ne hoc in vitium impingatis, ne fortè ſi ęgrotos vos eſſe contingat, numquam ad ſanitatem peruenire poſſitis, & proinde ad mortem ſempiternam detrudamini.

Ebrietas morbus incurabilis.

Serm. de abdir. c. ſaculi.

CAPVT II.

Sacerdotes non ſint percuſſores, nec arma geſtent aut tractent.

S. Petrus quòd percuſſerit repræhenditur.

Matt. 26.

APoſtolorum princeps, quod in horto oliuarū in nocte paſſionis Dominicæ manū gladio admouiſſet, & Malchū percuſſiſſet a Domino reprehenſus fuit, [Tūc ait illi Ieſus, Conuerte gladiū tuū in locum ſuum: omnes n. q acceperint gladiū gladio peribūt.] Caſtigatio hæc ad omnes in genere Sacerdotes ſpectabat, qua docentur ad ipſos non ſpectare gladium vſurpare, & proximum eodem ferire.

Num. 20

Moyſes a Deo caſtigatus, q petrā percuſſiſſet.

Indignatus eſt Moyſi Deus, quod virga petrā percuſſiſſet, cum ſolo verbo opus fuiſſet, tametſi nullam irā oſtendiſſet, adeò vt ob hoc terra promiſſionis excluſus fuerit. [Cumq. eleuaſſet manū Moyſes, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſūt aquæ etc. Dixitq. Dominus ad Moyſē & Aaron, quia nō credidiſtis mihi.] Quo exēplo demōſtratur

tur Deum non parū indignari, cùm Sacerdotes & præſules baculos adhibent, & peccatores, qui in petra denotātur, eiſdem percutiunt; dum ſolo verbo & prædicatione opus ſit videant proinde, ne idcircò regno cæleſti excludantur.

In canticis è turri illa Dauidica non gladij, enſes, iacula aut phalaricæ pendebat, arma offenſiua, ſed ſoli clypei qui non lędunt, ſed ictus retundunt, [mille clypæi pendent ex ea, & omnis armatura fortium.] Clypei hi defenſiui, Sacerdotes & præſules qui Eccleſiæ defenſio ſunt, & tutela ferire & offendere neminem, ſed tueri ac defendere omnes debere, denotabant.

Sacerdotes ſimiles clypeis turris Dauidicæ. *Cant.* 4.

Sacerdotes tubis ſimiles.

Hebræis ad bellum egredientibus, Sacerdotes tubis clangebant duntaxat, non verò arma geſtabāt; illorū ſiquidē partes erāt clāgere, et buccinā inflare, nō verò percutere aut belligerare, [filij autē Aaron Sacerdotis clāgēt tubis.] Tuba verò prædicationis eſt ſymbolū; dicere verò volebat, in Eccleſiæ agmine, Sacerdotes prædicatorū, nō verò percuſſorū, et bellatorū vice fungi debere. *Num.* 10

Benignitas magis Sacerdotem decet quam auſteritas.

Giezi Eliſæi ſeruus mortuum puerum percutiens baculo, nihil efficere potuit, at Eliſæus ſine armis ac baculo, & ſolo halitu eūdē quamprimū ad vitā reuocauit ac matri reddidit, [Giezi autē præceſſerat ante eos, & poſuerat baculum ſuper faciem pueri, & nō erat vox neq. ſenſus.] Myſterium deſignare volebat, præſules ac ſacerdotes qui temerè & inconſideratè feriunt ac percutiūt in peccatorib. qui omnes in animā mortui ſunt, lucrifaciendi operam ludere, at qui benignitate vtuntur & lenitate, & ictus non intentant, ſæpenumerò illos a peccato ad gratiam traducere. 4. *Reg.* 4.

Virtutes arma lucis.

Sui temporis Sacerdotes hoc modo compellabat Apoſtolus, [Abijciamus opera tenebrarū, & indua-

induamur arma lucis.] Opera verò tenebrarum, peccata ſunt, arma verò lucis, virtutes. Quamobrem idem vobis occino Sacerdotes, Abijcite peccata, & virtutũ arma induite. Animæ verò, quæ eadem induerint, næ illæ egregiæ ſunt & elegantes.

Qui cum intentiōe occidendi percuſſerit mortē meretur. *Exod.* 21. *Leuit.* 24. Lex eſt in Exodo & Leuitico, [Qui percuſſerit hominem volens occidere morte moriatur.] Docemur hic Sacerdotem, qui furore accenſus in proximum irruit, eundem occiſurus, in hac vita mortem, & in altera damnationem ſempiternam promereri.

Matth. 5. Sacerdos percuſſus non repercutiat. Hac de re olim Saluator agens ait, [Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.] Dicere voluit, Sacerdotes percuſſos repercutere non debere, ſed omnia benignè ac placidè ſuſtinere, & in vna maxilla percuſſos, alteram quamprimum offerre.

Homicida ordinari neqt. *Greg.* 9. *de temp. ord. c. fin. diſt. in.* 81. *c. Miniſtri.* Si percutere Sacerdotem nefas, multò magis necare, adeò vt Gregorius Pontifex ſacris homicidam & interfectorem ordinibus arcendum iudicet, [Quæſitum eſt, inquit, de Sacerdotib. vel alijs Clericis qui per reatum adulterij vel homicidij bonum conſcientiæ perdiderunt.] Eccleſia ſiquidem ſanguinis effuſionem deteſtatur, & crimina hæc omni crudelitate plena, Sacerdotibus indigna ſunt.

In durius iudicātes. Sacerdos clementiā ſpiret. Dixit olim Grægor. Nyſſenus, [Tam alienus à cedendi acerbitate Sacerdos eſſe debet, quā prōptus & paratus ad excolēdam humanitatem.] Dicere quidem mea ſententia volebat, Eccleſiaſticos non, niſi clementiam, humanitatem, & miſericordiam ſpirare, & tam crudelia, barbara, ſanguinolentaq. crimina deteſtari debere.

Magnum profectò & enorme crimen homi-

cidium.

cidium in ſacerdote, adeo vt Pontifex quidam decreuerit, [Debet homicida Sacerdos Sacerdotio priuatus, lacrimarum fonte flagitium tam immane diluere.] Grauis pænitentia delicti enormitatem oſtendit, & tam ſeuera animaduerſio, Sacerdotes punitione dignos eſſe, cum huiuſmodi crimina committunt.

Punitio Sacerdotis homicidæ.

Canon quidam docet, [Si quis presbyter homicidium fecerit, duodecim annis pœniteat, tres ex his in pane & aqua.] Digna tam indigni criminis animaduerſio.

Diſt. 50. c. ſi quis.

Alius quoque Canon Apoſtolicus, [Presbyter autem diaconus, qui in homicidio captus eſt, deponatur, nō tantum communione priuetur etc.] Crimen enorme grauiſſimam quoque caſtigationem, & pœnam ingentem meretur.

Pœnitentia Sacerdotis admiſſo homicidio. 28. diſt. 81 c. eod. Concil. Agat. diſt. 50. c. ſi Epiſcopus.

Aliud etiam Concilium decreuit, vt ſacerdotes aut diaconi, ſi quod capitale crimen admittant, officij honore priuentur, ac monaſterio, ad pœnitentiam agendam, & toto vitæ tempore peccatum lacrimis expiandum, includantur. Si hanc caſtigationem veremini, Sacerdotes, crimina quoque vereamini neceſſe eſt.

Ad huiuſmodi igitur crimina euitanda Sacerdotem arma geſtare, duellum inire, aut alteri in ipſum committere nefas, niſi ab officio ſuſpendi & excommunicari velit, [Sacerdos licet non ipſe, ſed alius pro eo in duello pugnauerit; non debet in ſacris ordinibus miniſtrare.] Quot igitur Sacerdotes excōmunicati ſint, quot interdictum incurrunt, cum tot percuſſores hodie repetire ſit, tot qui arma geſtent, tot qui arma præſumāt?

Sacerdoti duella inire nefas.

Concilio quodam ſtatutum eſt, [Quicunq; clericus, aut in bello, aut in rixa mortuus fuerit, neque in oblatione, neq. oratione pro eo poſtulet, vt ita

Sacerdos in bello mortuus Eccleſiæ precibus priuatur.

vt ita in manus Iudicis ſæcularis incidat,nulloq; honore niſi ſepulcrali dúmtaxat dignus habeatur, diſſoluti eſtis Sacerdotes, & ſcandalum dantes, qui præter decretorum voluntatem in caſtris ſemper verſamini,ſemper equo inſidens, loricam geſtatis,concertationes,& conflictus bellicos ſubitis,cogitate,quæſo,vos, dū hoc in ſtatu hinc exceditis, precibus carituros, & animam, quamuis corpus honore ſepolturæ afficiatur, dignitate, & prærogatiua potiori priuandam.

Sacerdos in bello mortuus Eccleſiæ precibus priuetur. *Cono. Tubur. 23. q. 8. c. eod. 1. Diſt. 50. cap. eod. & c. Quia te.*

Concilium Illerdenſe etiam ſeuerius in illos animaduertit, vult ſiquidem eos in vrbis obſidione, & caſu neceſſitatis, in hoſtes irruant & aliquem interficiant, duobus annis pœnitere, et interim ab officio ſuſpēdi,& communione priuari,[Statutū eſt,vt qui altleri miniſtrant,& Chriſti corpus & ſanguinem tradunt,ab omni humano ſanguine etiam hoſtili ſe abſtineant.] Si nec in extremæ neceſſitatis caſu, Sacerdotes manum cruentare fas eſt, quid fiet,ſi extra illum & animo pacato quemquam interficiant?

Sacerdos in obſidio vrbis necare non poteſt hoſtes; *Diſt. 50. c. eod.*

[Cum ait Nicolaus Papa,diſcreti ſint milites ſæculi a militibus Eccleſiæ, non conuenit militibus Eccleſiæ militare ſæculo per quod ad effuſionem ſanguinis neceſſe ſit peruenire.] Sacerdotes quidem milites ſunt,non verò ad pugnandū & confligendum in mundo,nec in caſtris ſæcularibus,in quibus ſanguis effunditur,ſed vt eumdem ſimul, & carnem oppugnent, atque aduerſus principem tenebrarum conflictum ineant.

Non militet ſeculo Sacerdotes arma geſtare nefas, *cap. 9.*

Atque idcirco Sacerdotes arma geſtare nefas; nam vt conciliū Aurelianenſe ait, magis in defenſione Dei quam in armis cōfidere eos neceſſe eſt. Qui verò ſecus faxit, Concilij decretis ad-

uerſa-

uerſatur, fide caret, de diuina conſeruatione deſperat, & paucis vt dicam, ſcandalum adfert.

Quin etiam aliorum Conciliorũ decreta docent, inuentum cum armis clericum triginta dierum incluſione detentum, aqua tantũmodo & modico pane diebus ſingulis ſuſtentari debere. Si decreta hæc hodierna die in vſu forent, carceres profectò Sacerdotibus & beneficio gaudentibus pleni forent, cũ tot, armatorum inſtar per plateas gladiati diſcurrant & armati incedant.

Mat. c. 3 c 5. Tole. 4. c. 44. 23 q. 8. c. cle. Sacerdos arma geſtans quã penã incurrat.

Eccleſiaſticos prohibet arma ferre Conciliũ Meldenſe, & eos armatos conſpici; at ſi ſtatum ſuum & profeſſionem, inquit, condecorare voluerint, id morum probitate & habitu modeſto fiat: ſi verò id negligant, officio priuentur & degradentur velut ſacrorũ Canonum neglectores, & ſanctitatis Eccleſiaſticæ profanatores; nemo enim ſimul Deo & ſæculo militare poteſt. Sacerdotes caſtigari merentur, hoc modo qui vitam inſtituunt, beneficiorũ ſcilicet & dignitatis amiſſione: hoc eſt enim ſacros Canones contemnere, & Eccleſiæ maieſtatem profanare.

C. 37. 23. q. 8. c. eod. 2. Canon. Apoſt. 83 Beneficijs priuatur.

Quin & grauiùs in hoc armorũ geſtatores animaduertit Concilium Pictauenſe, omnes enim Eccleſiaſticos excõmunicat, qui muneris ſui obliti & ſtatus, Martis ſe diſcipulos oſtentare volunt & arma tractare, [Clerici arma portantes excõmunicentur.] Excõmunicati igitur eſtis, libertini Sacerdotes, cùm tam in vrbibus, quàm in agris arma offenſiua fertis, & gladio ac cincti inceditis.

De vi. & hon. cler. c. 2. Excõicatur.

Aliter porrò vitã inſtituebat magnus Ambroſius, dicebat. n. [Lacrymæ meæ arma ſunt: talia enim ſunt munimenta Sacerdotis: aliter nec debeo nec poſſũ reſiſtere.] Ad magni huius Sacerdotis

Lacryma Sacerdotis arma. *23. q. 8. c. Cõuenīq. §. Quid go.*

Burc. lib. 2. c. 100. & S. Auguſt. Oratio & lectio Sacerdotũ arma.

dotis exemplum, Sacerdotes, lacrimis vos defendite,& alia adhibere arma nolite.

Eodem quoque ſenſu dicebat Auguſtinus, lectionem & orationem Sacerdotum arma eſſe, arma inquam, quibus dæmon oppugnatur & cælum vincitur, vitia deprimuntur, ac beatitudo acquiritur. Beati igitur Sacerdotes, hæc qui arma adhibent, & miſeri qui alia quæritant.

CAPVT III.

Sacerdotes ne ſint detractores aut maledici.

Murmuratores ranis Aegypti ſimiles. *Exod.* 8.

VNa è maximis, quibus Aegyptus oppugnata fuit plagis, fuere ranæ: [Dixitque Dominus ad Moſem: Dic ad Aaron, Extende manum tuam ſuper fluuios ac ſuper riuos & paludes, & educ ranas ſuper terram Aegypti.] Ranæ animalcula ſunt, paludum & lacuum inquilinæ, è cæno prognatæ, quæ de die tacent, ſed circa veſperam & noctem coaxando omnibus caput obtundunt. Symbola ſunt hæ detractorum, qui nonniſi cæno & vligine vitiorum paſti coram alijs verbum nõ dicunt, imò ne hiſcere quidem audent, ſed ijs abſentibus & remotis, maledicendo detrahendoque omnibus moleſti ſunt. Nulla hodie exitioſior deteriorque in mundo haberi peſtis poteſt, ac præſertim cùm inter Sacerdotes reperitur.

Maledici auibus rapacibus ſimiles. *Deut.* 32.

Hebræi interea dum in deſerto vagarentur, interminatus illis eſt Deus, immiſſurum ſe aues rapaces,& fame eos necaturum; [Cõſumentur,] inquit, [fame, & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo.] Aues illæ voraces & hominum

deuo-

deuoratrices detractores & maledicos denotabant, qui vbiq. feralium auium inſtar, volitantes nonniſi præda viuunt,& honorem hominum deglutiunt;crudele profectò Dei flagellum & acris caſtigatio, cum hæc euenerit calamitas, & præſertim inter ſacerdotes.

Video in Apocalypſi locuſtas prodigioſas, quæ abyſſo progredientes, leoninos habent dentes,& facies humanas, quibuſque homines affligere datum erat,[Et habebant capillos,ſicut capillos mulierum, & dentes earum ſicut dentes leonum erant, &c.] Qui propius animalia hæc prodigioſa inſpicere voluerit, videbit, veram illa detrahentium imaginem eſſe; vultus ſiquidem illorum humani ſunt,& magnam benignitatem præferunt,at dentes eorum leonum,crudelitatis inſtrumenta, aliorum honorem lædere & affligere homines ſolita. Prò! quanta calamitas, cum Sacerdotes hoc maledicentiæ veneno infecti fuerint! Item Apocalypſ. locuſtis. *Apoc.9.*

Pſalmographus iuratus detractorum hoſtis, dixit nihil adeo ſe odiſſe & deteſtari, quam qui ſecretò proximo ſuo detrahunt, & virulentiam in lingua præferunt.[Detrahentem ſecretò proximo ſuo,hunc perſeqnebar,&c.] & meritò quidem, nihil enim odioſius & intollerabilius etiã in Eccleſia, quàm detractores, calumniatores, ac maledicos videre Sacerdotes. *Pſal. 100.*

Hoc de peccato agens Eccleſiaſticus linguas maledicas & virulentas ſerpentibus ac viperis ſimiles eſſe dixit, [ſi mordet ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit.] Apta idoneaq. ſimilitudo. Maledici enim & detractores aſpides ſunt & ſerpentes, qui ſecreto mordent, id eſt, ſiniſtrè de hominibus clan- Serpentibus ſimiles detractores. *Eccl. 10.*

culo loquuntur. Vide verò Sacerdotes, horum ne de numero ſitis.

Sap. 1. [Cuſtodite vos, inquit Sapiens, a murmuratione, quia nihil prodeſt, & a detratione parcite linguę.] Vos hic alloquitur Sapiens, Sacerdotes, veſtrum eſt numquam murmurare, veſtrum eſt detractionis fugere, veſtrum eſt linguam moderari.

[Timeo ne forte cum venero, non quales volo inueniam vos; ne forte contentiones æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos,] ſcribit ad Corinthios Apoſtolus. Verebatur ſcilicet detractiones præ alijs peccatis, at ſi hodie in mundum veniret, quot in Sacerdotibus detractiones & maledicentias reperiret?

2. *Cor.* 12. Detractiones vere- tur Paulus

Rom. 1. Idem quoque in epiſtola ad Romanos, poſtquam, varia eaque grauiſſima peccata recenſuiſſet, tandem concludens ait, Deum maledicos, & detractores odiſſe. [Detractores Deo odibiles.] Vnde infero Sacerdotes, qui huic vitio obnoxij ſunt, Deo inuiſos eſſe, & diuinæ maieſtati diſplicere.

Deo odibiles detractores.

1. *Cor.* 10. *v.* 21. Quin etiam Corinthijs ſcribens hac ad illos oratione vſus eſt, [Ne murmuraueritis, ſicut quidam illorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.] Maledicere verò murmurare eſt, ac ſæpenumerò fit, vt qui alijs detrahunt animarum perniciem incurrant. Sacerdos igitur qui ſaluari cupit, hoc vitium deteſtetur.

Detractio pernicies animæ.

Iacob. 4. [Fratres, ait alius Apoſtolus in canonica ſua, nolite detrahere alterutrum, qui enim detrahit fratri aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi & iudicat legem, &c.] Sacerdos maledicus hoc ſemper præ oculis habeat, & cogitet ſe alijs detra-

Qui alteri detrahit, detrahit legi.

detrahendo, eorumq. vitam ſugillando, Deum grauiter offendere, & ſanctas illius conſtitutiones violare.

Clemens in Epiſtola docet Eccleſiaſticos qui alijs detrahunt, & maledicentiæ aſſueſcunt, homicidas eſſe, & interfectores, idq. apoſtolica traditione probat, [ſicut homicidas, inquit, interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eoſq. odientes, homicidas eſſe manifeſtabat Petrus, &c.] Eius opinioni accedens dico, detractores veros homicidas eſſe, homicida nonniſi corpus offendit, vitamque aufert; maledicus verò exiſtimationem & famam iugulat. Cum igitur alijs detrahitis Sacerdotes eoſdem occiditis, vitam aufertis, mortis eorum rei eſtis, & homicidæ,

Detractores homicidiæ ſunt. *Epiſt. 1. de detractione.*

Statuit Concilium Carthaginenſe, vt ſi Sacerdos alteri maledixerit, veniam ab eodem poſtulet; ſi verò ipſum facere detrectarit, degradari voluit, neu prius in priſtinam dignitatem reſtitui, quam parti læſæ ſatisfecerit. Iuxta Concilij huius decreta petere veniam Sacerdos debet ab illo, quem maledicendo offenderit, quod ſi facere noluerit, degradationem, damnationem, & ab officio ſuſpenſionem promeretur.

4. diſt. 46. c. eod.

Sacerdos alteri maledicẽs ab eodem petat veniã.

Scripſit quodam loco Bernardus; [Cum Sacerdos ad ſemetipſum reuertitur, & ſeſe bene cõſiderat, non exquirit quid in alijs reprehendat; quia in ſemetipſo inuenit multa quæ plangat.] Et verè Sacerdos qui ſuas imperfectiones norit & accuratè perſpexerit, alienas non ſugillabit; quod verò ſuam non exquirat, in alterius vitam maledicendo inquirit.

Sacerdos qui ſeipſũ conſideraret, nõ malediceret. *ſerm. 54. de modo bene uiuendi.*

Qui ſeipſũ nouit, alteri nõ detrahet. *In ſinonymis.*

Credebat Iſidorus, illum qui ſeipſum accuratè norit, alteri non detracturum, [Numquam inquit, detrahes, ſi te bene perſpexeris.] Quod verò hæc ſuiipſius exulet cognitio, & omnes domi talpa cæciores ſint, hinc tot maledici, & virulenti Sacerdotes reperiuntur, tantaque per orbem regnat detractio.

Lib. 3. de conſider.

Neſcire ſe aiebat Bernardus, vter maiori damnatione dignus foret, audiens aut detrahens, [Detrahere an detrahentem audire, quid horũ damnabilius ſit, non facile dixerim.] Non minor veſtra damnatio eſt, Sacerdotes detrahentibus dum aures accommodatè quam dum ipſi alijs detrahitis.

Lingua detractoris dãnoſior quã manus pſecutoris.

[Duo ſunt, inquit Auguſtinus, genera perſecutorum, vituperantium ſcilicet, & adulantium; ſed plus pſequitur lingua adulatoris, quam manus perſequentis.] Verba hæc menti ſuæ inſculpat Sacerdos & hinc diſcat, quod dum proximi honorem lædit, maiorem illi iniuriam irroget, quàm ſi gladio illum perſequeretur ac feriret. lingua enim gladio damnoſior ac virulentior.

Maledici viui exuſti in caſtris Iudę Machabæi. *2. Mac. 10.*

Iſraelitæ cum Gazaram oppugnando violenta manu intercepiſſent, omnes neci dederunt, ſed maledicos præ alijs viuos exuſſere: [Sed & alij ſimiliter aſcendentes, turres portaſque ſuccendere aggreſſi ſunt, atque ipſos maledicos viuos concremare, &c.] Certiſsimum præiudicium, atque augurium infallibile, detractores & maledicos, & Sacerdotes imprimis, ignem perpetuum promereri, & tandem aliquando infernalibus flammis tradendos.

1. Cor. 6.

Paulus omnes cælo excludendos recẽſens ait, [Neque

[Neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.] Hoc igitur diligẽter cogitate Sacerdotes, nolite detrahere, maledicere, aliorum imperfectiones tollerate; vos ipſos conſiderate, ac vobis perſuadete, cælo vos excludendos, alios ſi amarulenta lingua proſcindere pergatis. Maledici cælo excludẽtur.

CAPVT IV.

Sacerdotes lites, & contentiones fugiant.

IN Prouerbijs ſcripſit Salomon, improbum & ſceleſtum contentiones & lites excitare ſolere. [Homo peruerſus ſuſcitat rixas.] Prouerbium hoc locum vt habeat dico, Sacerdotem improbum ac nefarium eſſe, qui contentionibus delectatur, ac lites gignit. Improbi ẽ lites excitare. *Proue.* 16.

[Homo, ait idem, iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos,] & contentiones ſeminabit. Eccleſiaſtici igitur & Clerici viri litigatores, turbidos ſe & inquietos oſtendunt, & prauis animi cupiditatibus regi, furori obſecundare & omnes turbare. *Eccli.* 28.

[Certamen feſtinatum, dicit ibidem, incendit ignem, & bis feſtinans effundit ſanguinem.] Dicere vult, eos qui lites & contentiones cauſantur, ignem vehementem accendere; & turbas excitare, eſſe ſanguinem effundere, id eſt, bona, ſubſtantiam, & vitam hominum perdere. Cum igitur lites fouetis & trahitis Sacerdotes, omnia illa mala in orbem inuehitis. Litigare ẽ ſanguinẽ alienũ effundere.

[Abſtine, eodem loco ait, te a lite & minues

 pecca-

Peccata cōdonata ijs qui lites non amarint.

peccata.] Verba & dictata Spiritus ſancti, equidem dicere auſim Sacerdotibus qui lites fugiūt, peccatorum onus imminui & quantum ſe a tribunalibus & ſubſelliis iudicum remouerint, tantum delictorum illis, quoad caſtigationem, auferri.

Iſai. 58. Sacerdotum preces iunutiles ſunt, dum in foro litigāt.

Conqueruntur, & expoſtulant apud Iſaiam nonnulli, quod ieiunia & preces ſuas Deus non reſpiceret, nec ijs flecteretur, ſed reſpondit ijs Deus, Quomodo petita vobis conceſſero, aut abſtinentijs veſtris emolliar, [ecce ad lites & contentiones ieiunatis.] Sumant hinc exemplum Sacerdotes, ſibiq. perſuadeant, orationes ſuas, & ieiunia fruſtra eſſe & inefficacia, ſi non niſi lites & contentiones ſectantur, alijſq. actionem intentent: nec enim vota eorum exaudiri merentur, quam diu anima litibus intendit.

Docet Chriſtus non eſſe litigādū. *Matt.* 5.

Chriſtus fidelem quemdam inſtruens hanc illum oratione compellauit,] Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, & ei qui vult tecum iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium & quicumque te angariauerit mille paſſus; vade cum illo alia duo.] Sancta hæc lectio aliò nō ſpectat, niſi vt hinc Sacerdotes edoceantur, ſatius eſſe illos ignominiam ſuſtinere, bonorum ac facultatum iacturam facere, aliaſque iniurias perpeti, quàm iudicio contendere.

1. *Cor.* 11. Lites dedecent Sacerdotē.

Corinthios verò his allocutus eſt verbis Apoſtolus: [ſi quis videtur contentioſus eſſe, nos talē conſuetudinem non habemus, neq. Eccleſia Dei.

quæ

quæ pacifica & benigna eſt, paciſque ſtudioſiſſima. Si lites & contentiones ſæculares non dedeceant, multo minus Eccleſiaſticos & clericos decebunt.

Timotheo autem hunc in modum ſcripſit; [Stultus autem, & & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciens quia generant lites.] Non vni cum Timotheum ſalutaris hæc doctrina ſpectabat, ſed omnes vniuerſim Sacerdotes; horum quippe eſt contentiones fugere, & tribunalia, & forum remis veliſq; fugere. *2. Tim. 2.* Timotheum Paulus ad litium fugā hortatur.

Idem Timotheus dum in Epiſcopum inauguraretur, hanc illi parænesim prælegit Paulus, [Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe &c. non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum: non litigioſum, non cupidum &c.] Quod primo illi Epiſcopo ab Apoſtolo præſcriptum fuit, hoc omnibus in genere Sacerdotibus illius ſucceſſoribus dictum fuit: horum enim eſt litigia fugere, nec litigandi cauſa frequentare iudicia. *1. Tim. 3.*

[Seruum autem Domini,] ſcribit in eadem Epiſtola Apoſtolus, [non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docilem, patientem, &c.] Sacerdotes autem ſerui DEI ſunt: ergo illorum non eſt, contendere, aut diſceptare, ſed benignitatem, & comitatem erga omnes affabilitatemque oſtendere. *2. Tim. 2.* Dei ſerus non ſit litigioſus.

Inter cetera præcepta Tito Epiſcopo data, hoc non poſtremum ſibi locum vendicat, [Admone illos, &c. neminem blaſphemare, non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, Blaſphemos & litigioſos eiuſdem farinæ cenſet *Tit. 3.*

Apoſtolus, cum Epiſcopo huic præſcribat, vt non minus hos quam illos corripiat.

Iacob. 4. Apoſtolus etiam Iacobus ſui temporis Chriſtianos corripiens, vitiaque illorum coarguens, imprimis eos reprehendit quòd contentiones fouerent, & perpetua in lite viuerent. [Litigatis & belligeratis, &c.] Et ſanè indecens eſt, & infame, etiam Sacerdotibus & clericis, litibus ſemper intendere, litem ex lite trahere, & alios exagitare.

Diſt. 88. *c. fornicari.*

Sæculari licet indicio contẽdere, non Sacerdoti.

[Antequam quis, inquit Auguſtinus, Eccleſiaſticus ſis, licet ei negotiari, & actiones iuridicas peragere, facto iam non licet.] Neque enim decet aut par eſt, illos negotiis et litib. ſæcularib. pollui, qui altari & ſacrificio Eucharistico deſtinantur.

Ad Nepotian. diſt. 88. *c. eod.*

Eadem de re agens Hieronymus ait, [Negotiatorem clericum, et ex inope diuitem, et ignobilis glorioſum, quaſi quamdam peſtem fuge.]. Vnde colligere poſſumus, Sacerdotes, qui mundanos affectant, negotia ſæcularia pertractant, quamprimum & derepente locupletãtur & magnates imitantur, rerum publicarum peſtes eſſe.

Agat. ca. 32. *Calced. c.* 9. *Cart.* 3. *c.* 9. *Tolet.* 3. *c* 13. *Matiſcõ. c.* 8.

Quinque Conciliorum canon hic eſt & decretum, [Clericus ne quequam præſumat apud ſæcularem iudicem, Epiſcopo non permittente, pulſare.] Quo conciliorum Patres aliud non ſpectabant, quam lites, & negotiorum commiſſiones, Sacerdotibus interdictas eſſe.

Eccleſiaſtici aduocati eſſe nequeũt.

Hinc etiam ſubdiaconis & ijs etiam, qui nonniſi minoribus ordinibus inſigniti ſunt, illicitum aduocatorum et iuriſconſultorum corã iudicib. ſæcularibus partes agere, nec in parlamentis,

aut

aut curijs diſceptare, niſi fortè in propria cauſa, vel ob Eccleſiæ bonum, vel in pauperum præſidium ac tutelam. Hæc concilium Latronenſe, Eccleſiaſticum igitur nefas, ſæculares cauſas agere, ſed potius Deum pro peccatoribus exorare, & ſalutis animarum negotia pertractare. *De poſtul. cap. 1. 2. 3*

[Cum Sacerdotis ſit officium,] ait Gregorius IX. nulli nocere, omnibus tamen velle prodeſſe, nonniſi pro teipſo, vel Eccleſia aut miſerabilibus tibi licitum eſt poſtulare.] Quamnam igitur damnationem merentur illi, qui lites inſtruunt, cauſas agunt, lucri gratia curiam frequentant, & paucis vt complectar, qui mercenarios cauſidicos & aduocatos agunt? *Gregor. 9 de poſt. c. final.*

Magnus etiam Pontifex Eugenius præcepit, [Sacerdotibus & clericis denunties publicè, ne miniſtri laicorum fiant nec in rebus procuratores exiſtant.] Hodie vero longè ſecus fit, nam nonniſi Sacerdotes hodie in tribunalibus & curijs ſollicitatores cauſarum ſunt, & in ſupremis parlamentis negotiorum procuratores & commiſſarij. Hæ non ſunt veſtræ partes, Sacerdotes, quod ſi vero fiat, ſtatum veſtrum prophanatis, in religionem iniurij & blaphemi exiſtitis, famam veſtram deſtruitis; honeſtiùs igitur & maiori cum auctoritate viuite, Deum orate, & à litibus recedite, nec ſæcularibus vos implicate negotijs. *De cleric. vel mon. cap. eod.* Sacerdotes non ſint procuratores rerum & ſollicitatores.

CAPVT V.

Sacerdotes negotijs ſæcularibus ſe non implicent.

Vita Sacerdotũ ab omnibus negotijs libera ſit.

Gen.49.

PHarao omnem regionem Aegypti oneribus & exactionibus grauabat, tributatiamque reddebat, & ſolam Sacerdotalem ab omni tributo & onere liberam eſſe voluit, [Præter terram Sacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis.] Negotia, ambitiones, ac vitæ huius, & ſæculares omnes hæc pendere oportet: ac ſola Sacerdotalis terra, id eſt, Eccleſiaſticorum vita, exempta eſt, priuilegio gaudet, voluitque illam Deus ab omnibus negotijs perturbationibusque ſæcularibus liberam eſſe.

Allegoria

Iſraelitæ Aegypto egredientes & in terram promiſſionis recta contendentes, legatos ad Seon Regem Amorrhæorum miſere, qui hæc in mandatis habebant, [obſecro vt tranſire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis via regia gradiemur, donec tranſeamus terminos tuos.] Sacerdotes duces ſunt & conductores exercitus Eccleſiæ, horum igitur eſt, mundum cuius figura rex ille Amorrhæorum erat, hiſce verbis alloqui, id eſt, nonniſi tranſitum ab ipſo petere, nec in agros aut vineas illius, deſcendere, id eſt, negotia ſæcularia & voluptates fugere; non declinare huc aut illuc, ſed regia

Num.21.

gia gradi via, quæ eſt vanitatum contemptus, negotiorum fuga, nec prius quieſcere, quàm vitæ huius fines tranſierint, & ad terram promiſſionis, in qua æterna futura eſt gloria, perueniant.

Salomon cùm regnum adijſſet, Amorrhæos, Hethæos, Pherefæos, Iebuſæos, & alios qui terræ naturales erant, tributarios fecit: [de filijs autem Iſrael non conſtituit ſeruire quemquam, ſed erant viri bellatores, & miniſtri eius & Principes & Duces.] Amorrhæi, Iebuſæi, & ceteri idololatræ, ſæcularium imago erant, qui ſerui & mancipia mundi huius ſunt: at Sacerdotes, quos Iſraelitæ figurabant, cælitus in milites Eccleſiæ & principes terræ ſeliguntur, nec alijs rebus illos Deus, quàm cultui & obſequio ſuo applicari vult. *3. Reg. 9.* Sacerdotes ad Dei cultũ deſtinati.

Abraham Patriarcha de diuitijs & facultatibus diſponens, concubinarum, filijs munera dedit & ſuppellectilem mobilem; at filio Iſaac legitimo reliquam poſſeſſionem, & quidquid immobile habebat, relinquebat, [Deditq; Abraham cuncta quæ poſſederat; Iſaac, filijs autem concubinarum largitus eſt munera.] Concubinarum filij & ancillarum, ſæculares ſunt & mundani, quibus Deus magnus ille Abraham, ſupellectilem domus concedit, id eſt, tranſitoria mundi huius bona, quæ toto vitæ tempore curant & ſatagunt; at Sacerdotibus ſibi amiciſſimis, quos Iſaac denotabat, elargitur immobilia, & quidquid ad hæreditatem & poſſeſſionem alterius vitæ ſpectat, alijſque eos rebus occupari non patitur. Allegoria *Gen. 25.*

Magnam

Ezech. 8. Abominabile Sacerdotes mundum reſpicere.

Magnam eſſe putauit abominationem Ezechiel, quòd in templo ſeniores conſpiceret dorſum contra altare habentes, & portam templi reſpicientes. Et ſanè magna abominatio & probrum eſt, quando Sacerdotes Eccleſiæ, quos Græci Presbyteros, id eſt, ſeniores, nuncupant, tergum altari obuertunt, id eſt, virtutem nullam & pietatem præferunt, & portam reſpiciunt, id eſt, oculos ad mundum conuertunt.

Ioan. 2. Domum Dei domũ negotiationis faciũt Sacerdotes cùm mũdana ſectantur.

Redemptor olim templum ingreſſus, & abominationem ac violationem eius indignè ferens, vendentes & ementes flagello, & hac reprehenſione eiecit, [Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.] Tunc autem Sacerdotes è domo Patris cæleſtis, domum negotiationis faciunt, quando relicto ſpirituali commercio & negotio, temporale ambiunt, rebuſq; ſæcularibus & earum pertractationi ſe immergunt. Atque idcirco Deus ſæpenumerò ad iracundiam prouocatur.

Sacerdotes milites Chriſti. 2. *Tim.* 2.

[Nemo,] ait Paulus, [militans Deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus, vt ei placeat cui ſe probauit.] Sacerdotes milites ſunt, qui quotidie ſub inſignibus Altiſſimi depugnant; non eſt igitur illorum, negotijs ſe inuoluere & implicare; ſi verò Deo placere voluerint, omnem mundi occupationem deſerant neceſſe eſt.

Diſt. 88. *c. eod.*

S. Gregorius audito Sacerdotem quemdam Baſilium nomine, mundi ſe rebus occupare & immergere, eaſdem vt relinqueret quamprimùm imperauit; quod res illa vilem ipſum redderet, & reuerentiam Sacerdotalem annihilaret. Et reuerà Eccleſiaſticorum maieſtas nimium quantum imminuitur, cùm res profa-

nas

nas & ſeculares pertractant; nihil enim eſt quod illos contemptibiliores ac viliores apud populum reddat.

Clemens Pontifex Sacerdotem quemdam ſui tēporis hoc pacto eſt allocutus, [Te quidem oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti vt omnes vitæ huius occupationes abijcias;] ac proinde vadimonium non præſtes, cauſarum non ſis ſollicitator, & nullis mundi negotijs te implices. Idem noſtræ tempeſtatis Sacerdotibus repeti & occini debet, vt ſine reprehenſione ſcilicet viuant, vitæ honeſtatem conſectentur, ab omnibus ſe negotijs expediant, & mundanas occupationes fugiant.

Idem quoque Clemens eodem loco ait, [Impietatis crimen eſt neglectis Dei verbi ſtudijs ſollicitudines ſuſcipere ſæculares.] Quotnam hodie impios, quot nefarios ac profanos Sacerdotes igitur reperire eſt, cum tot ſint qui mundi ſe rebus inuoluant & implicent?

Decretum hoc de Sacerdotibus promulgauit Innocentius Tertius, [Clerici officia vel commercia ſæcularia non exerceant, maximè inhoneſta.] Si Pontificium hoc decretum hodie obſeruaretur, non tot inter Sacerdotes miniſtri publici, non tot mercatores forent, id eſt, negotiatores, quorum negotia & pertractatio parum honeſta.

Trium Conciliorum decretum eſt, nullum Clericum vel Sacerdotem ſæcularibus ſe negotijs implicare debere, niſi fortè inexcuſabiliter à iudice, vel legaliter minorum tutelam ſuſcipere cogeretur; vel niſi Epiſcopus Eccleſiaſticorum illi negotiorum curam commiſerit; vel niſi orphanorum protectio, viduarum

inopum

Occupationes ſæculares reddunt Sacerdotes cōtemptibiles.

Epiſt. 1. ad Iacob. frat.

Dom. 11. q. 1. c. eod. & ſeq. c. Sicut.

Sacerdotes rerum cōtēptum docet S. Clemens.

Sacerdoti impietas eſt mūdi negotia curare.

De vita & honeſtate Cler.

Concilia Sacerdotes à ſæcularib⁹ negotijs arcent.

Chalced. c. 3. Car-

thag. 1. c. 14. *Pern. ſin.* c. 28. inopum defenſio, aut aliorum miſerorum qui Eccleſiæ opem deſiderarunt, tuitio ſuſcipienda eſſet; alioquin Eccleſiaſticæ cenſuræ ſubiciatur, & iuxta demeritum digna pœnitentia caſtigetur. Sancta hæc conſilia ſequendo, caſtigari Sacerdotes merentur, qui Eccleſia egredientes, & deuotionem negligentes, mundi ſe mancipia, conſtituunt, & rebus ſe temporalibus immergunt.

Sacerdotes tutores eſſe neque unt. 21. q. 3. Scripſit Cyprianus ab Epiſcopis ſuo tempore ſtatutum, vt, ſi Laicus in mortis articulo rerum ſuarum curam, & filiorum tutelam Sacerdoti committeret, nemo pro anima illius preces fun deret, aut ſacrificium offerret; [neque enim apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes & miniſtros voluerit auocare.] Demonſtrare ſanctus hic Martyr voluit, quantum a mundi occupationibus auocare ſe debeant Sacerdotes, cùm & illi, a quibus eiſdem inuoluuntur, tam grauiter a Prælatis, Eccleſiæ punian tur.

CAP.

CAPVT VI.

Sacerdotes ne ſint ambitioſi.

NVma Pompilius, ſecundus Romanorum Rex, religionis Romanæ propagandæ ſtudioſiſſimus, Sacerdotes Romanos hederam aut fabas tangere vetuit. Fabæ verò & hedera ambitionis ſunt Symbolum; hæc enim ſemper in ſublime excreſci, illarum verò in magiſtratus electione vſus erat. Cùm verò Sacerdotibus, horum fructuum tactum inhibet, tacitè illos ab omni ambitione liberos eſſe debere oſtendit, ſimulque nos edocere, quod Sacrificulis illis veteribus tangere illicitum erat, Chriſtianorum Sacerdotibus multò minus tangere licitum eſſe.

Sacerdotes Romani fabam & hederam tangere nefas.

Plut in opuſcul.

Exod.28.

Sap. 18.

In lege Moſaica ſummus Sacerdos, cùm diuina peragebat, veſte indutus in qua totus terrarum orbis cum vniuerſis creaturis expreſſus erat, nudo capite & pedibus nudis eſſe debebat. Docentur hic Sacerdotes, quamuis vniuerſum orbem humeris ſuis ſuſtineant, caput tamen eorum & mentem ab omni ambitione vacuam eſſe debere, & pedes ab omni affectione quæ pedes animæ ſunt, denudatos.

Summus Iudæorũ Sacerdos vniuersũ orbẽ humeris ſuſtinebat.

Exod.30.

Aaron & omnes Sacerdotes præceptum habebant, vt dum ad aram accederent, & tabernaculo deſeruirent, pedes priùs manuſq; abluerẽt quàm ſacrificium aggrederetur, [Et miſſa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus ſuas ac pedes.] Ablutio illa manuum ac pedũ denotabat, omnes Sacerdotis actiones ac cogitationes ab omni

Actiones & cogitationes Sacerdotis omni ambitione careant.

ab omni ambitione mundas eſſe debere priuſquam Eccleſiam ingrederetur: manus ſiquidem actionum, pedes verò cogitationum & affectuum ſunt ſigna.

Chriſtũ Satan ambitione tentauit. *Mat.4.*

Chriſtum Dei filium Satanas olim ſuper pinnaculum templi extulit, atque inde omnia mundi regna illi oſtendit, omnia ſe hæc illi daturum pollicitus, atque adeò totius orbis imperio donaturum, ſi pronus illi obſequium deferret, [Et oſtendit illi omnia regna mundi dicens, Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.] Quo exemplo erudimur, inimicum illum ſæpe Eccleſiaſticos & Clericos ad ſummas Eccleſiæ dignitates euehere, atque inde honores, dignitates, diuitias & opes mundi oſtentando, tam gnauiter illos ad ambitionem inducere conari, vt in genua illos cogat procumbere, & adorari velit.

Zebedæi filij coarguuntur quòd honores ambirent. *Mat.20.*

Zebedæi filij, ambo Sacerdotes & Apoſtoli, cùm ambitione ſtimulati, ad dexteram & ſiniſtram in Chriſti regno conſidere vellent, audiuere mox ab eo, [Neſcitis quid petatis, quaſi ad illos non ſpectaret, honoribus & dignitatibus inhiare ſæculi. Diſcant hinc Sacerdotes, dum ambitioni ſtudent, & honores conſectantur, neſcire ſe quid petant, & à Deo corripi, & ab illius iuſtitia coargui mereri.

Mat.20. Ambitio ad mũda nos ſpectat.

Diſcipuli cùm olim de primatu & honoribus inter ſe contenderent, à Domino audiuerunt, [Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos; Non ita erit inter vos, ſed quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter; & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit

erit veſter ſeruus.] Annon hinc Clerici & Eccleſiaſtici diſcant, honores & ambitionem ad Magnates ſæculi huius ſpectare, non verò ad illos, qui iam inde è prima ſui inſtitutione vltrò eoſdē abdicarunt, cæloq; appropinquantes à terra nimium quantum receſſere.

[Charitas, inquit Paulus, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt,] multò minus aliena. Hinc colligendum, Sacerdotes, qui ambitioſi ſunt, & vanitates mundanas conſectantur, nullam anima charitatem præferre, ſed crudelitatē ſpirare. *1.Cor.16.* Sacerdotes ambitioſi charitate carent.

[Radix omnium malorum eſt cupiditas, quā quidam appetentes errauerunt à fide.] Apoſtolicum documentum, Sacerdotes ambitioſos ſæpè fide excidere, religionem amittere, & omnibus vitiorum generibus ſe immergere. *1.Tim.6.* Ambitio malorum omnium radix.

[Virum Catholicum, & præcipuè Domini Sacerdotem, inquit magnus Leo, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari; ſcriptum eſt enim, Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.] Inferre ſanctus hic Pontifex vult, ambitionem Sacerdotibus indignam eſſe, imò nę viro Catholico quidem, & capitale hoc peccatum Ethnicorum potius quàm Catholicorum proprium eſſe. *Diſt.47. c.eod.* Catholicum dedecet ambitio. *Eccl.18.*

Quàm enorme vitium eſt ambitio! ait idem Leo. [Mens enim potentiæ auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati ſanctiſue exercitijs adhibere conſenſum.] Dicere vult Sacerdotes ambitione actos, diuina in omnibus mandata prætergredi, nec gaudere cælitùs datis, ſed noctu & interdiu ab inordinato hoc affectu & cupiditate pulſos, ipſum virtutū etiam guſtum amittere, & omnib. vitijs habenas laxare, *Ibid.* Ambitionis mala.

Cc Dixit

Hom.84. in Math. & 82.
Ambitioſus, communis omnium hoſtis.

Dixit olim etiam Chryſoſtomus, Sacerdotem auarum & ambitioſum, crudelem eſſe atq; adeo communem omnium hoſtem. In quo magno huic doctori libens accedo, credoque ambitionem & crudelitatem ſocias eſſe, ſemperque ſimul incedere, & Sacerdotes, qui ab hoc vitio ſe extra limites abripi ſinunt, velut communes hoſtes dignos eſſe, qui omnibus odio ſint.

Lib. 3. de Sacerdot. Bernard. Epiſt. 24.
Sacerdos honores non deſiret.

Idem quoque alio loco ſcripſit, [Sacerdotis animum honoris deſiderio vndique vacare oportet,] ad dignitates enim & honores aſpirans ignē paſſionum ſuarum accendit, vt tandem etiam ſuo malo ſtimulatus, quò in ſtatu ſe ſuo conſeruet, nullum malum ac peccatum pertranſeat, omnia expugnare tentet, magnatibus aduletur, animamque ſuam vitijs omnibus inquinet. Affectus igitur veſtros ordinate Sacerdotes, paſſiones refrenate, deſideria moderamini, & inanes haſce ambitiones relinquite, ac cogitate, quòd quicumque huic ſe vitio dederit, alijs omnibus ſe manciparit.

Hom. 21. ſuper miſſus eſt.
Sacerdos ambitioſus ſpiritualia nō ſapit.

Quoties] inquit Bernardus, [hominibus præeſſe deſidero, toties Deum meum præire contendo, & tunc verè non ſapio quæ Dei ſunt,] ſequitur hinc Sacerdotem ambitioſum, quique honorem & ſuperioritatem ambit, infinitis Deum modis offendere, & nihil ſpirituale ſpirare.

Lib. 2. de conſid.

Idem quoque Pontifici Eugenio ſcribens, ambitionem imprimis caueat ſuadet. [Nullum tibi venenum, nullum gladium plus formido, quàm libidinem dominandi.] Dicere meo quidem iudicio vult, Sacerdotibus & Prælatis, imò etiam Pontificibus, ambitionem cauendam eſſe, ab

eaque citius eos euerti & deſtrui; quàm ab armis & gladio.

Idem Bernardus eodem in libro exclamat, [O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens omnibus places!] Equidem cum ipſo admiror, quod cùm ambitio nonniſi vera crux ſit, & afflictio, & paſſio quædam, à qua omnes mirum in modum torquentur, adeò tamen omnibus placeat, & ipſis etiam Sacerdotibus grata ſit & iucunda. *Lib. 3. de conſid.*

Cyprianus de ſui temporis ambitione loquens dixit, diluuium quoddam generale eſſe ac communem peſtem, id eſt commune quoddam malum, quod omne iuſtitiæ regnum euertebat, & virtutes iam multo ſudore partas deſtruebat, [Repente, inquit, quod multis erat partum ſudoribus, ambitione irruente obliteratum eſt, & turbinis huius impetu auulſum.] Opinioni illius ſuffragator accedo, & mihi perſuadeo, tyrannicam hanc paſſionem, in anima omnia deſtruere, Sacerdotes a iuſtitia abſtrahere, ac virtutes illorum iam magno labore comparatas eripere; quamobrem rerum omnium ſpiritualium pernicies & exitium eſt. *Tract. de ieiunio & tentat.* Ambitio generale quoddã diluuiũ. Perdit ambitio qui alijs vitijs non ſuccumbunt.

Magnus doctor Ambroſius dicebat, ab ambitione ſæpe expugnari illos, qui ab alijs debellari vitijs non poterant, [ſæpe, inquit, quos nulla vitia delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubuertere, facit ambitio criminoſos.] Exẽplo in Chriſti Eccleſia non deſunt: quot enim Prælatos cernere eſt, quot etiam vulgares, & priuatos Sacerdotes, qui cum honeſtè viuant, ambitioni tamen victi cedunt, cumque omnium vitiorum victores exiſtant, ab hoc vno vinci ſe patiuntur. *In 4. Luc. cap.*

Quomodo ambitio ab Eccleſia pro ſcribi queat. *In Epiſt. ad Rom.*

Origenes, qui longo ante alios vixit tempore, non procul ab hac Ambroſij opinione receſſit, ait enim, [Omnis adeundi honoris Eccleſiaſtici abſcinderetur ambitio, ſi ſe iudicandos potius quam iudicaturos, hi qui præeſſe volunt populis, cogitarent, &c.] Dicere mea quidem ſententia volebat, Sacerdotem ſi ob oculos rationem, quam coram Deo eorum quos curę ſuæ commiſſos habet, reddere aliquando debet, haberet, ambitionem procul à ſe eliminaturum; alijſque imperare detrectaturum.

CAPVT VII.

Auaritiam fugiant Sacerdotes.

Sacerdotes populi Iudices. *Exod. 18.*

MOſes magiſtratus ſtabiliturus, & Iudices ad populum regendum electurus qui ius illis adminiſtrarent, à Iethro ſocero audiuit, [prouide autem de omni plebe, viros ſapientes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam.] Sacerdotes à Deo electi ſunt vt præſides & Iudices populi ſint, ideoque ſapientes ſint oportet, Deum metuant, veritatem amplectantur & auaritiam fugiant.

Sacerdotes auari Giezi ſimiles. *4. Reg. 4.*

Giezi Elizęi puer, ſed auaritia ęſtuans, quòd munera pręter Domini volũtatem à Naamano accepiſſet, lepra in peccati caſtigationē percuſſus fuit, & omnis illius poſteritas, [ſed & lepra Naaman adhęrebit tibi, & ſemini tuo vſque in ſempiternum.] Sacerdotes auari noui quidam Giezi ſunt, qui cũ hoc vitio ſe inquinant, à ſummo illo magiſtro maledici merentur, & à domo eius, quę eſt Eccleſia, excludi & proſcribi.

Perfidus

Perfidus Iudas in Apoſtolorum contubernio, quòd loculos ſeruaſſet, & auaritiæ ſtuduiſſet, grauiſſimum & enormiſſimum ſcelus admiſit, quo nullum quis vnquam maius & dirius commiſit, atque ita ſe ſimul & animam perdidit, [Quia loculos habebat Iudas.] Notatu digniſſimum exemplum inter Sacerdotes & præſules, illos in præſentiſſimo perditionis & damnationis animæ periculo verſari, qui aurum coaceruare ſatagunt, & auaritiæ loculos ambiunt, ac ſæpenumerò in grauiſſima delicta incidere. Iudæ auaritia. *Ion.* 13.

In mari Capharnaum primus qui à Petro captus fuit piſcis, fuit is qui ſtaterem ore preferret, [Vade ad mare & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem.] Neſcio quo augurio & caſu fiat, vt in mundi huius mari, in quo Satan piſcator eſt, primi qui capiantur & illaqueentur, & præſertim inter Sacerdotes, illi ſint, qui aurum ore præferunt, nonniſi aurum crepant, & auaritia infames ſunt. *Mat.* 17. Auari primò in mũdi huius mari illaqueantur

Achan filius Charmi, auaritiæ æſtro ſtimulatus, cùm in excidio & expilatione Ierichuntina ducentos auri ſiclos, & virgulam auream quinquaginta ſiclis æſtimatam clanculò, in iuſſu Dei, ſurripuiſſet, eamque prædam in Hebræorum caſtra cõduxiſſet, viuus lapidibus obrutus fuit, & omnes eius facultates flammis traditæ, Ioſue ita fieri imperante: [Lapidauitq. eum omnis Iſrael, & cuncta quæ illius erant igne conſumpta ſunt, &c.] In mundi huius caſtris, Sacerdotes Chriſti milites, cùm in hoc mundo ſpolia congerunt, & auaritiæ ſtudent, aurumque & argentum (proh infelix præda!) in Eccleſiæ caſtra conuehunt, metuant oportet; ne aliquan- Cõdemnatio Achan allegorice expoſita.

do a Deo, qui dux & caput illorum, condemnentur, & viui tartareis ignibus adiudicentur.

Ezech. 8. Auaritia idolo Exechielis ſimilis.

Inter eas quas Ezechiel Propheta viſiones, & abominationes vidit, vidiſſe ſe ait idolum in templi foribus collocatum, [Iuxta oſtium interius quod reſpiciebat ad aquilonem, vbi erat ſtatutum idolũ.] Auaritiæ imago erat idolum hoc, & ſanè non minima abominatio eſt, quando peccatum hoc in Eccleſiæ introitu & veſtibulo, id eſt in Sacerdotibus conſpicitur.

Matth. 24. Ingens abominatio eſt cũ Eccleſia auaritiã habuerit.

Chriſtus in Euangelio de ſupremo iudicij die, de mundi interitu, de diuinis furoribus ſignisq; primis loquens ait, tunc illa omnia euentura, cùm abominatio deſolationis, quam Daniel vaticinando prædixerat, in loco ſancto conſpiceretur. [Cum ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto.] Tunc verò abominatio in loco ſancto conſpicitur, cùm auaritia in Eccleſia, in altaribus, & in medio Sacerdotum locum occuparit, atque hoc certiſſimum aduentus Ieſu Chriſti ad iudicium, ac deſolationis mundi teſtimonium.

2. *Reg.* 8. Sacerdotum auaritia Deũ ad iraeundiã prouocat.

De Samuelis filijs expoſtulans Deus, quos Iudices populi conſtituerat, imprimis deplorat, quod à tam probi, & egregij patris veſtigijs degenerarent, auaritiæque ſtuderent, [Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius, ſed declinauerunt poſt auaritiam.] Indignatur & iraſcitur Deus, cùm Eccleſiæ ſuæ Sacerdotes, quos Iudices populi conſtituit, virtutem negligũt, & illius mandata violant, ſed præſertim, cùm poſt auaritiam abeunt.

Dauid Deum aſſiduè orabat, vt in teſtimonio-

nio-

niorum ſuorum obſeruatione ſe ſtabiliret, & ab auaritia cuſtodiret, [Inclina cor meum Deus in teſtimonia tua & non in auaritiam.] Sacerdotes, *Pſal.* 118. qui regia quædam propago ſunt, & principes quidam in hoc mundo, idem omnino par eſt facere, & Deum orare, cor ſuum vt occupet, voluntates dirigat, & à tetro hoc vitio defendat.

Auaritia omnia in Eccleſia perdit.

In Salomonis prouerbiis dicitur, [Conturbat domum ſuam, qui ſectatur auaritiam.] Sacerdos profectò, qui auaritia pollutus eſt, omnia in Dei Eccleſia perturbat, diuinum cultum impedit, & vniuerſæ Eccleſiæ ſtatum peruertit. *Prou.* 15.

In Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, auaro nihil eſſe ſceleſtius, nihilque hoc in mũdo deterius haberi poſſe, quàm animam huic deditam vitio. Conſtat enim, nihil in Eccleſia peius & deterius poſſe reperiri, quàm Sacerdotem auarum, atque auri cupiditate incenſum. *Eccl.* 10.

Magnus Propheta Elias Hieroſolymitanus minas diuinas intentans, eorumque futuram calamitatem præſagiens, Sacerdotum ignorantiæ, & auaritiæ illud ipſum aſcribit, [Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam, omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam.] Res notatu digniſſima, Prælatorum ignorantiam, & Sacerdotum auaritiam ſæpenumero vniuerſi populi ruinæ cauſam exiſtere. *Iſa.* 56.

Ieremias Iſraelitarum peccata etiam coarguens, auaritiam, & dolum Sacerdotum inter cætera ponit, [à minore vſque ad maiorem, omnes auaritiæ ſtudent, & à Prophetis vſque ad Sacerdotem omnes faciunt dolum.] Inter popu- *Ier.* 6. & 8

populi peccata, Eccleſiaſticorum cæteris grauiora ſunt, & magis abominanda, & auaritia imprimis.

Luc. 12.
Chriſtus auaritiã ſugillauit

Chriſtus qui hunc in mundum ad peccata euellenda, & virtutem plantandam venerat, auaritiam præ alijs peccatis ſugillauit, Apoſtoloſque hoc vt vitium fugerent, ſæpius eſt exhortatus: [Cauete ab omni auaritia.] Quod tum Apoſtolis, ſucceſſoribus illorum, Sacerdotibus inquam, & Epiſcopis etiamnum dicitur, ipſiſque iniunctum ab omnia auaritia procul recedere.

1. *Cor.* 6.
Auari cælo excludendi.

Paulus Cœlo excludendorum catalogum tenens, auaros primo loco collocat, [neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici regnum Dei, poſſidebunt.] O triſte nuntium! Hinc igitur colligitur, Sacerdotes auaros, cælo perpetuò excluſos, penis tandem perpetuis mancipandos.

Epheſ. 5.

Idem quoque Epheſios ad virtutum ſtudium & vitiorum fugam adhortatus, auaritiam, quæ idolorum quædam ſeruitus, & fornicationem vt fugerent, conſuluit. [Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos.] Quod Apoſtolus Epheſijs, ipſe de omnibus in genere Sacerdotibus dico, ipſoſque exhortor, vt duo imprimis vitia fugiant, fornicationem ſcilicet, & auaritiam, imò ne nominari quidem inter eos velim, vt Animas ſanctas decet.

Sacerdos auarus & vſuris infamis degradari meretur.
Conc. Eliber. diſt. 47. *c. eod.*

Concilium quoddam decernit, omnem Sacerdotem auaritia & vſuris infamem degradandum, & Sacramentorum communione priuandum, donec tandem delicti pænitentiã agat, [Si quis clericorum vſuras detectus fuerit accipere,

pla-

placuit degradari, & abſtinere a Sacramentis; quouſq. peniteat.

Apoſtolicus quoque Canon ait, [Præsbyter aut diaconus vſuras a debitoribus exigens aut deſinat, aut certè damnetur.] Decreto huic & conſtitutioni Apoſtolicæ inſiſtens, dico, vos, Sacerdotes, qui vſurarij, eſtis nonniſi auro inhiatis, hoc in mundo condemnari, & in altero perpetuis ſupplicijs mancipari merere. *Cant. 44.*

CAPVT VIII.

Sacerdotes ſuperbiam fugiant & arrogantiam.

Prou. 16. Superbus abomina tio coram Deo.

INter prouerbia Solomonis ſcriptum eſt, [Abominatio Domini eſt omnis arrogans.] Prouerbij huius veritatem oſtenſurus, credi derim Sacerdotem ſuperbum & inflatum abominationem coram Deo eſſe, illiuſq maieſtati ſummoperè diſplicere.

Eccl. 11. Sacerdos honore ſuo non inſoleſcat

[In die honoris, ait idem Sapiens, ne extollaris.] Conſilium diuinum atque à ſancto Spiritu profectum, & Sacerdotibus datum, ne ſ. in die honoris, id eſt, cum ad ſummas dignitates euehuntur, & ad ampliſsimos in Eccleſia honores promouentur, turgeant & inſoleſcant. *Eccl. 32.*

[Rectorem te poſuerunt! noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex illis,] idem dicit Sapiens. Verum hinc docentur Sacerdotes, cum ad dignitates ſublimantur, & rectores & paſtores Eccleſiarum conſtituuntur, inſoleſcere, inflari, aut ſeſe extollere non debere, at ita ſapienter & pruden

ter vi-

ter viuere, quaſi ſimiles aliis forent, & priuati.

Tob.4. Tobias iam moriturus, & teſtamentum condens, filium imprimis monuit, ne ſeſe extolleret aut alijs præferret, [Superbiam, inquit, in tuo ſenſu aut in tuo verbo nunquam dominari permittas, in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio.] Quod bonus ille ſenecio filio, ſuis Deus Sacerdotibus quotidie proponit, vultq. illorum operibus & verbis nullum faſtus aut inſolentiæ apparere, veſtigium, vtpotè cùm peccatum hoc omnium illius Eccleſiæ afflictionum fuerit initium.

Iob.11. Superbus vanus eſt. [Vir vanus, inquit Iob, in ſuperbiam erigitur,] Sancti huius viri opinionem ſecutus dico, Sacerdotem inſoleſcentem & inflatum, vanitatem ſuam, animi imbecillitatem ac vilitatem teſtari.

Dauid domeſticorum ſuorũ mores reformaturus, ſincerè coram Deo proteſtatus eſt, nullum ſuperbum aut iactabundum ſe in familiam *Pſal.100.* allectorũ: [non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam.] Regis huius exemplo diſcimus, & credendum eſt, Regi regum ſuperbos, & Sacerdotes imprimis ita diſplicere & exoſos eſſe, nullum vt ſibi ab illis obſequium velit impendi, imò & domo ſua, id eſt, Eccleſia arceat.

Gener ille Saulis, monſtrorum domitor, Goliadæ expugnator, Iudaicus Hercules Dauid, *Ibid.* tantoperè ſuperbos & arrogantes deteſtabatur, vt eorum ſemper declinarit commercium, imò ne cibum cum iiſdem ſumere voluerit, [ſuperbo

oculo

oculo & inſatiabili corde, cum hoc non edebã.] Et ſane Sacerdotes iactabundi & inflati ab alijs meo iudicio ſequeſtrati agere deberent, ab aliorum commercio ſe retrahere, aç merentur nemo vt cum ijs cibum ſumat, mirum igitur tantam eorum ſuperbiam & tumorem eſſe, vt ad Deum accedere prǽſumant, & illis menſæ ſe conuiuas conſtituere non vereantur.

Scripſit olim, Salomon, [Vbi fuerit contumelia, ibi erit & ſuperbia, vbi autem fuerit humilitas, ibi erit ſapientia,] Adeò, vt erui hinc poſſet, Sacerdotes cum ſuperbierint & arrogantes fuerint, animi ſui vilitatem oſtendere, & infames ſe reddere; cum verò ſe humiliãt, ſapientes eſſe. *Prouer. 15.*

Superbia tam enorme & graue peccatum eſt, vt Deo & hominibus odibilis, exoſa, & inuiſa ſit, [Odibilis coram Deo eſt & hominib. ſuperbia.] Certum verò eſt Sacerdotum ſuperbiã Deo inuiſam eſſe, & adeò enorme peccatum, vt Deo ſimul & Angelis diſpliceat. Superbia Deo & hominibus inuiſa. *Eccle. 10.*

Nullo non loco ſcriptura docet, ſuperbiam nefariam Pandoram eſſe, quæ peccatorum in orbem inuexit, & in hanc vitam omne malorum genus conduxit. Triſte profectò augurium, Sacerdotes cum ſuperbire & inſoleſcere incipiunt, omnibus tunc vitijs habenas laxare, & in omnia flagitia præcipites labi. *Ibid.*

Iudith vidua egregium & heroicum illud facinus aggreſſura, hanc coram Deo orationem fudit, [Nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi, ſed humilium & manſuetorum tibi ſemper placuit deprecatio.] E mulieris huius verbis erui poteſt, Sacerdotes, qui altum ſapiunt *Idith. 9.*

&

& magna de ſe ipſis ſentiunt, Deo diſplicere, ac humilium dumtaxat vota preceſque ab eodem exaudiri.

Epiſcop° non ſit ſuperbus. *Tit.* 1. Apoſtolus de Epiſcopi dotibus & qualitatibus agens, inter cætera ait, ſuperbiam illum deteſtari debere; [diſpenſatorem non ſuperbū.] Quod ille ſingillatim de Epiſcopis, ipſe de omnibus in genere Sacerdotibus dico, confiteor, humilitatem imprimis illis eſſe neceſſariam.

Nat. 4. 1. *Pet.* 5. Iacobus Apoſtolus eumdem feriens ſcopum dicebat, Deum ſuperbis reſiſtere, humilibus autem dare gratiam. Certum porrò, & verum eſt, Deum grauiter ac ſeuerè animaduertere in eos Sacerdotes, qui ſuperbiunt, & illis qui humiliter de ſeipſis ſentiunt, benedictionem impertiri.

Superbos humiliat Deus. *Pſal.* 17. Huc etiam reſpiciens Pſalmographus dixit olim Deo, [Et oculos ſuperborum humiliabis.] Hiſce comminationibus auditis, Sacerdotes, diuinæ iuſtitiæ tonitru formidate, atque ab eo cauete, ac cogitate regē hunc vt Prophetam locutum eſſe, vobiſq. prædicere, vos, ſi inſoleſcatis, magni illius Domini ac vindicis manus experturos.

Superbi montibus perſimiles. *Hor. li.* 2. *od.* Fulmina, tonitrua, & omnes aereæ tempeſtates alta ſemper ferire ſolent, vt montes, turres & colles, humiliaq. verò & per terram proſtrata ab earum impetu immunia eſſe, [Feriuntque ſummos, ait Poeta, fulmina montes.] Elati & inflati animi, mundi montes ſunt, & inter illos altiſſimi ſunt Sacerdotes ac ſuper exſtantes alijs; in illos verò Deus indignationum ſuarum fulmina eiaculari, eorumq. caput deijcere vt plurimum ſolet.

Grad. 22. Sacerdos, inquit Climacus, ſuperbus dæmone

opus

opus non habet: ipſe enim iam ſibi & dæmon & hoſtis & inimicus eſt.] Dicere pius ille vir volebat, Sacerdotes ſuperbientes & elatos, ſibi ipſis hoſtes eſſe, & alijs dæmonas.

CAPVT IX.

Sacerdotes iracundi non ſint.

IN lege Moſaica præcepit Deus, vt dum ſummus Sacerdos inauguraretur, & altari conſecraretur, oleum capiti illius infunderetur, [Et oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc ritu conſecrabitur.] Oleum lenitatis ac benignitatis ſymbolum eſt; ipſum verò in Sacerdotum conſecratione adhibere, denotabat, lenitatem illos præferre, & omnem animo rancorem proſcribere debere.

Exod. 29. Oleum vnctionis Symbolũ benignitatis.

Salomon in templo ſuo, Cherubinos, poſtes, & oſtia è ligno oleagino fieri præcepit, [Fecitque in introitu tẽpli poſtes de lignis oliuarum, & duo oſtia de lignis oliuarum.] Omnis hæc cæremonia myſticè denotabat, quidquid in Eccleſia eſt, nonniſi lenitatem ac ſuauitatem eſſe, & Sacerdotes Cherubinorum inſtar viuendo, oliuas imitari debere, in ſermone comes, in verbis lenes, ab omni iracundia, furore, rancore, & felle alienos.

3. Reg. 6.

Dilectæ ſuæ perfectiones recenſens Sponſus inter cetera, oculos illam habere dicit columbinos, [Oculi tui columbarum.] Columba felle caret; Sponſa verò hæc Eccleſiam repræſentat, dicere verò, columbæ illam oculos habere, eſt oſtendere Sacerdotes & omnes Eccleſiæ miniſtros felle carere, iracundiam fugere, cholęram deteſtari debere, nec furorem oculis præ-

Cant. 1. & 4. Eccleſia Colũbæ ſimilis.

ferre,

ferre, ſed placidos illos & mites, ac velut columbæ, ſimplices oſtendere.

Prou. 15. Scripſit in prouerbijs Sapiens, virum iracundum & contentionibus aſſuetum prouocare rixas, lites & iurgia cauſari, [Vir iracundus prouocat rixas:] Iuxta hoc prouerbium dicendum, Sacerdotem iracundum, Cholericum, & furori imperare neſciū, diſſenſionū & rixarum eſſe.

Iob. 5. Ira ſtultitia eſt. Iob Propheta, magnus ille ebullientium motuum animi Dominus & ſubiugator dixit, iram ſtultitiam eſſe, & ſtultum ab iracundia infici, [Virum ſtultum,] inquit, [interficit iracundia.] Cum ipſo igitur dicendum, Sacerdotes ſtolidos eſſe, cùm iram induunt, cùm paſſio hæc mera ſtultitia ſit.

*Tuſuc.l.*4 Non abs re eſt quòd ſcripſit Cicero, dixiſſe ſcilicet Ennium, iram eſſe initium inſanię. Iuxta Oratoris huius opinionem, Sacerdos qui iraſci incipit & ſuccenſere, ſtulteſcit, & à fatuitate nón multum abeſſe.

Cato. Hinc etiam dixit Cato, Iratum ab inſano tantùm tempore diſtare, quòd ira perpetua non ſit, & nonniſi ad tempus, inſania verò diuturnior. Hinc erui poteſt Sacerdotes iracundos & cholericos inſanos eſſe, & hoc dumtaxat inter vtrumque diſcrimen eſſe, quòd inſania ſit diuturnior, ira verò quamprimùm exſtinguatur.

Eccli. 7. Idem quoque dixit Sapiens in Eccleſiaſtico, [Ne ſis velox ad iraſcendū, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.] Hocce prudentiſſimi Regis ſequi Sacerdotes conſilium velim, ſibique perſuadere, tunc illos inſanos & ſtultos iudicari, cùm iraſcuntur & debacchantur; at prudentes & ſapientes, iram dum comprimunt.

Idem

Idem quoque Sapiens oſtendit, Zelum & iracundiam violentiſſimas quaſdam paſſiones eſſe & iiſdem dies noſtros minui, ac velut crudeliſſimos quoſdam tortores, qui vitæ filum interciderent. Miſer igitur Sacerdos eſt, dum iracundiam exercet; hāc quippe paſſionem enutriens, tortorem alit iugulo ſuo imminentem. *Eccl. 30.* Ira vitæ noſtræ tortor.

Magnus il le doctor Hieronymus Celantiam Virginem inſtruens, ab ira vt ſibi temperaret ſuaſit, nā ab ebrietate parum illam differre credebat. [Quid prodeſt à vino abſtinere, & ira animum inebriari?] Nec omnino inſcitè; nā vt temulentus ſibi ipſi imperare nequit, ita nec furioſus & iracundus. Bacchus ſenſus ſopit, & rationem ira, atq. omnes animæ vires faſcinant; adeo vt quicumq. Sacerdotem iracūdum & ira æſtuantē videt, ebriū ſe videre, cogitare queat. Species ebrietatis

Regius propheta feralis huius paſſionis enormitatē cum perſpectam haberet, hanc vt velut peſtem fugerēt, omnes eſt exhortatus, [Deſine,] inquit, [ab ira, & derelinque furorem.] Quod bonus ille rex omnibus in genere mortalibus ſuaſit, vobis ſingillatim Sacerdotes ſuggero, voſque ex animo ſummaq. contentione exhortor, vt ardorem hunc & æſtum vehementiorem extinguatis, & iracundiam compeſcatis. *Pſal. 36.*

Poſt religioſiſſimum hunc regem, ſuadebat etiam Apoſtolus, vt furiam hanc Chriſtiani ſimul vt enata eſt, & ebullire cœpit, extinguerēt, neu ſol ſuper iracūdiam occideret: [ſol,] inquit, [non occidat ſuper iracundiam veſtram.] Dicere volebat paſſiones illas & perturbationes animi Sacerdotem dedecere, & eaſdem quamprimum vt eruperint, comprimere, & eodem quo conceptæ die neci dare, id eſt, iram longo tempore durare, non debere. Ira nō ſit perpetua *Epheſ. 4.*

Chilo

Laertius in vita. Chilo Lacedæmonius, vnus è ſeptem Græciæ Sapientibus, egregias haſce gnomas extulit, [Non cupere impoſſibilia, non feſtinare in via, obedire legibus, & iræ dominari.] Symbola hæc & gnomæ Chriſtianum magis decerent, ac præſertim Sacerdotem, huius enim eſt nihil impoſſibile deſiderare, in vitæ huius itinere non præcipitare, diuiniſque præceptis obedire, & iræ ceteriſque inordinatis paſſionibus dominari.

Ibid. Interrogatus olim Plato ecquod Sapiētis viri indicium & character eſſet, ait, [Sapiens cum vituperatur, non iraſcitur, non extollitur cùm laudatur;] poſt ipſum liberè dixero, ſapientem eum Sacerdotem dicendum, qui à paſſionum æſtu non abripitur, nec laudibus inſoleſcit, nec vituperio contriſtatur.

Ibid. Ira cōſilio cōtraria. Bias verò olim dixit, Conſilio maximè contraria eſſe feſtinātiam & iram. Philoſophi huius ſententiam adaptando, dico Sacerdotem cælitus deſtinatum ad alijs conſulendum, nihil ita deteſtari debere quàm feſtinantiam & iracundiam. Ecquod enim aīam iracundam, quæque omnia temerè & inconſultò aggreditur, ſubire ſalutare conſilium poteſt?

L. de repub. Hinc etiam dixit Plato, [Nihil tam contrarium eſſe reipublicæ, quam iræ commotionem, & impetum furoris in ciuibus.] Quod Philoſophus ille de rebus publicis, ipſe mihi potiori iure de Eccleſijs dicere poſſe videor; nihilque in *In opuſc.* Chriſtianitate reperiri deterius & exitioſius, quàm fidelium iracundiam & cholericas Sacerdotum paſſiones.

Quidquid ab irato fit, non bene ſuccedit. [Quæcūque,] ait Plutarchus, [ira cōmoti faciūt homines, ea neceſſum eſt cæca ſint & imprudentia, & omninò errata.] Eidē accedens, dico

Religio-

Religioſos paſſionibus ſuis imperare debere, & iram comprimere, quidquid enim, durante hac paſſione fit, errori obnoxium eſſe, imprudentiam,& mentis cæcitatem redolere.

[Qui ſe,ait idem, vnà cum ædibus incendunt, omnia intus tumultu complent, vt nec videre poſſint, nec deſpicere quid ſit vtile; ſic ira commotus animus.] Ex hac comparatione inferre licet, Eccleſiaſticum, iracundia æſtuantem, tanto in tumultu agere,itaque perturbari, vt quid ſibi vtile, quid expediens ſit videre nequeat. *Ibid.*

Idem quoque aliam aliâs ſimilitudinem attulit, [vt per nebulam corpora, ſic per iracundiã res maiores videntur.] Egregia ſententia,qua docemur, Sacerdotem iratum, ita omnes animæ facultates perturbatas habere, vt minima quæque magna, & enormia videantur, è muſcis elephantos, è gutta oceanum, è nihilo miraculum conſtituat.

Dixit Ariſtoteles, [iracundia eſt perturbatio immanis affectione,dura, & uiolenta potentia, cædium cauſa, calamitatum ſocia, pecuniarũ pernicies, adhæc perditionis origo.] Sacerdos q ſublimi huic Philoſophiæ ſtuduerit, cauebit ſibi hauddubiè, ne in hanc paſſionem incidat; nam ita ſibi capitiq. ſuo damnationem accerſeret & ruinam omnibus. Iracũdia perditionis i nitiũ

Ante hos Ethnicos dixerat iam olim Sapiẽs, Iram & furorem eſſe execrabilia. Cùm hunc in modum Spiritus ſanctus locutus ſit, Sacerdos & Religioſus tetras has paſſiones, velut execrabiles & deteſtandas fugiant. *Eccli. 27.*

Inter Prouerbia Salomonis etiam ſcriptũ eſt. [Qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccandũ procliuior.] Triſte præſagiũ iracũdos ac præ- *Prou. 27.*

ſertim Sacerdotes alijs etiam vitijs obnoxios eſſe.

Tit. 1. Vas electionis Paulus Epiſcopi perfectiones et requiſita recenſens, ait, eum nec vinolentum, nec iracundum eſſe debere. Quod ille in Epiſcopo requiſiuit, equidē Sacerdotibus non minus neceſſarium eſſe credo, dicoq. iracundiam illos præ ceteris deteſtari debere.

Iac. 1. Ad hominis cuiusliber perfectionem tria requiri docebat Iacob. Apoſtol. [Sit autē omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram.] Quod ad omnium perfectionem Chriſtianorū ille putabat neceſſarium, ipſe Sacerdotibus præ alijs neceſſarium puto, nihilq; eſſe quod eos perfectiores reddat, quam audire multa loqui quam pauciſſima, & nunquā iraſci.

Serm. 35. ad fratr. in Erem. Scripſit Auguſtinus, [Sacerdoti non licet percutere ſeruos, non occidere, non iracundiam portare;] nam Dominum ipſe habet humilem, & miſericordia plenum, hodie verò longè ſecus accidit, dum Sacerdotes plurimi, in ſeruos violentis ſeuiunt verberib. & alloqui vix illos, quin excandeſcant, omnia tumultu compleant: adeò vt furiæ quædam infernales videantur.

Sacerdoti iracūdiam portare non licet.

Idem eodem loco dixit, [Nihil fædius, nihil damnoſius, nihil leuius, nihil turpius in paſtore, furioſitate.] Sanctus hic Præſul nonniſi de Paſtoribus & Prælatis agebat, ipſe verò dico, nihil turpius, nihil fædiuſq. eſſe omni Sacerdote iracundiæ ſubiecto, exæſtuante, & præ furore excandeſcente, fumoſq. & flammam eiaculante.

Nihil turpius in paſtore, quā ira.

Collat. 16 c. 7. Hinc etiam dicebat pius Caſſianus, quemadmodum nihil eſt preponēdum charitati, nihil è contrariò eſſe furori vel iracūdię poſtponēdū, imò & omnia negligēda, quātūs alioquin vtilia videantur, ne furioſę huic paſſioni locus concedatur.

Omnia iracundię præferenda.

Docc-

Docere igitur Sacerdotes vult, quod quādmodum charitas magna quædam virtus, ita irā non minus ſit vitium: quæ vt euitetur, omnium potius iactura facienda.

CAPVT X.

Sacerdotes ne ſint lubrici aut carnales.

FAuus diſtillans ait in Prouerbijs Solomon, labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; nouiſſima autem illius amara quaſi abſinthium, & acuta quaſi gladius biceps. Lōgè fac ab ea vitā tuam & ne appropinques foribus domus eius docere. Docere Spiritus ſanctus omnes hic Sacerdotes voluit, quantum meretrix malum ac perniciē ſecū trahat, cuius labia & vultus voluptatē, delicias, ac blanditias præferre videtur; finis verò nonniſi amaritudinē fel, & acredinem includit: qui ſi ſibi bene cōſultum velint, procul ab hoc vitio recedere ac fugere debent, imò nūquam limen vel oſtium lupanaris accedere. Sacerdotes meretricias domos fugiant.

[Inueni, inquit Eccleſiaſtes, amariorem morte mulierem, quæ loquens viatorum eſt, & ſagena cor eius, vincula ſunt manus illius. Qui placet Deo, effugiet illam, qui autem peccator eſt, capietur ab illa &c.] Cælitus hic docentur Sacerdotes, quam noxia, & peſtilens ſit mulierum conſortium, cum laqueus ſit, quo vitæ huius venatores capiūtur; cùm cor earum rete, & vericulum, quod omnia quæ hoc in mundo continentur cōcludit; cum brachia & amplexus illarum vincula & catenæ, quæ miſellos illigant & conſtringunt, ſoli Dei amici hoc diluuio eripiuntur peccatores verò capiuntur & ineſcantur. Deſcriptio pellacis mulieris. *Eccl. 7.*

Conſulit etiam Eccleſiaſticus, [In medio mulierum noli commorari, de veſtimentis enim eius procedit tinea, & a muliere iniquitas viri.] Docet hic Eccleſiaſticus Sacerdotes, ne mulierū frequentent commercia, quod familiaritates illæ hominum mores corrumpant, & præſertim Sacerdotum.

Eccli. 24. Mulier iniqua virum perdit.

Epheſ. 5.

Apoſtolus Epheſijs ſcribens, ita ait, [Fornicatio autem & omnis immunditia nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos] Inſignis hæc doctrina non tam Epheſios, quam omnes in genere Sacerdotes reſpiciebat: tanta quippe morum illorum honeſtas ſit oportet, nulla vt lubricitatis fornicationiſq; apud eos fiat mentio, imo, ne eorū quidem quæ indirectè ad laſciuiam tendunt; ita quippe ſanctos & viros pietatem profitentes decet caſtitas.

Epheſ. 5. Decretū aduerſus fornicatores.

Magnus ille dæmonum Iudex & gentium Doctor Paulus, decreta & ſententias proferens, vnum in fornicatores & laſciuos protulit, quo eos cælo & Chriſti hæreditate excluſit, [Omnis fornicator, aut immundus non habet hereditatem in regno Chriſti & Dei.] Decretum hoc improbos Sacerdotes comprehendit, qui ob lubricitatem & vitam laſciuam cælo priuati ſunt & beatitudine cæleſti excluſi.

Fornicatio graue peccatū. *Prou.* 2.

In Prouerbijs de meretrice agens Salomon ait, [Inclinata eſt enim ad mortem domus eius, & ad inferos ſemitæ ipſius, omnes qui ingrediūtur ad eam, non reuertentur.] Dicere vult fornicationem peccatum graue & enorme eſſe, quod animas inferno mācipat; & Sacerdotes qui illius ſe reos conſtituunt, ſalutis ſuę naufragium incurrere & labyrinthum ingredi, è quo nunquam egredi poſſent

In pri-

In prima ad Corinthios ita loquitur Apoſtolus, [Neſcitis, quia corpora noſtra, membra ſunt Chriſti, Tollens ergo membra Chriſti, faciam mẽbra meretricis? abſit, an neſcitis quoniã qui adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur. Qui autem adhæret Domino; vnus Spiritus eſt.] Per ſublimẽ hanc Philoſophiam docere Sacerdotes volebat quàm grauia Sacerdotũ peccata forent, ac præſertim cùm fornicãtur; eo quòd qui feminæ ſe commiſcet, vnum cum ea corpus efficiatur, ac proinde corporis Dominici particeps eſſe nequeat: vt & è contrario, qui verè Deo vnitus eſt, idem cum eo efficitur Spiritus, atque hoc peccatum remis velisq. fugit & deteſtatur. *1. Cor. 6.*

Dicere ſolebat Ambroſius lubricitatem, libidinem & fornicationem eſſe naturę tyrannum, hominum tortorem, vitiorum omnium fomitem, ſæuum criminum ſtimulum, & inimicum inquietiſſimum, qui numquam manere quietum patitur affectum, qui nocte feruet, die anhelat. Infelix igitur ille Sacerdos eſt, huic qui deditus eſt vitio, quandoquidem tyranno ſe tradit, qui illum exagitet, tortori qui torqueat & cruciet, ſtimulo qui pungat, & crudeli inimico, qui noctu diuq. illum affligat ac diuexet. *Lib. de Abel & Cain.* Libido naturę tyrannus.

De eadem quoque re alibi agens ait, [Luxurioſa, vt furioſa domina, exagitat, vrit, accendit, merito propterea ab omnibus fugienda.] Inſipiens Sacerdos ille eſt, qui tam atroci crudelique Dominæ ſe in ſeruum tradit, quæ animas perpetuò cruciat, torquet & exagitat. *Lib. de fuga ſæcul.*

[Meretrix] inquit Boetius, [nouaria, eſt inferni ianua, via iniquitatis, ſcorpionis percuſſio, vi ſcarium ſcelerum, puteus interitus.] Ex magni huius Philoſophi mente Sacerdos qui meretricẽ *De ſcholaſt. diſcip.* Meretrix inferni ianua.

accedit inferni ianuam adit, viam iniquitatis ingreditur, ſerpentum morſui ſe exponit, & in ærumnarum ſe puteum immergit.

Lib. de doctrib. Chri. [Luxuria, ait Magnus Auguſtinus, eſt inimica Deo, inimica virtutibus, perdit omnem ſubſtantiam, & ad præſens voluptate deliniens, futuram non ſinit paupertatem cogitare.] Dicere vult, virum Eccleſiaſticum, ſi hoc in vitium præceps ruat, Dei ſe inimicum conſtituere, omnis virtutis ac probitatis aduerſarium, omniumq. bonorum operum diſſipatorem, & vitæ huius caducæ bonis inhærentem fallacibus, alterius miſeriam inopiamq. non aduertere.

Libido Dei aduerſaria.

In Epiſt. Meritò proinde, exclamat Hieronymus, O ignis infernalis luxuria! cuius materia gelu cuius flamma ſuperbia, cuius ſcintillæ praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immunditia, cuius finis damnatio perpetua &c.] Dicere porrò exclamatio hæc vult, luxuriam ignem diabolicum eſſe, cuius fomites, flabra, ſufflabellationes ſunt ſuperbia, ingluies & colloquia: a quo ſi aduri ſe patiantur, Sacerdotes, præter infamiam, ignominiam, ſordes & cruciatus ſempiternos nihil exſpectent.

Libido ignis infernalis.

Libido ſenibus probroſa. Scripſit in Officijs Cicero, [Luxuria verò cũ omni ætati ſit turpis, tum maxime ſenibus eſt fœdiſſima.] Conceptum illius meo adaptans propoſito, dico quod ſi infame peccatum libido eſt, omne hominum genus quàm maximè dedeceat, Sacerdotes, & religioſos qui in ſcriptura presbyteri dicuntur, præ ceteris hominibus dedecere.

Lib. 1. Offic. [Atq. etiam, ait idem author, ſi conſiderare velimus; quæ ſit in natura hominis excellentia, & dignitas intelligemus quàm ſit turpe diffluere

luxuria,

luxuria, & delicias carnales conſectari, è contra verò quàm honeſtum ſit appetitus rafrenare, mediocritatem ſectari & continentiā.] Oratoris huius ſententiam materiæ meæ adaptans dico, Sacerdotem ſi vel parum dignitatem & excellentiam muneris ad quod vocatus eſt, conſiderare voluerit, viſurum quamprimum quam turpè, infame ac fœdum ſit, luxuriam ſectari, & carnalibus voluptatibus indulgere; è contra vero quam honeſtum, pulchrum & egregium, ſobrium eſſe, & inuiolabilem caſtitatem tueri.

Poſt ethnicum hunc Oratorem alius quidam ſcriptor Chriſtianus & fidelis, peccati huius horrorem deteſtatus exclamat. [O extrema libidinis turpitudo! quæ non ſolum mentem effeminat, ſed corpus eneruat; quæ non animam modo inquinat, ſed hominem etiam inquinat & corpus.] Chriſtianæ hę exclamationes docent nos, Sacerdotes, quo horrore proſequi debeamus libidinē, cum adeò turpe & fœdum peccatum ſit, vt omnē animæ venuſtatem deturpando, omne ſimul corporis decus & pulchritudinem auferat. *Hugo*

Benè proinde mea ſententia ſcripſit Gregor. Pontifex. [Quælibet alia fiant bona opera ſi luxuriæ ſcelus non abluitur, immenſitate huius criminis obruuntur.] Dicere, quantum quidem colligere poſſum, vult, Sacerdotes quæcūque ēt bona virtuteſque habuerint, ſi hoc vitio vel aliquatenus infecti ſint, ab illius magnitudine cetera adobrui, omnemque ſuum perdere meritū ac valorem.

Primo Reg. lib. ſcriptū eſt, filios Heli Sacerdotis Deum neſciſſe, nec quæ muneris ſui forent ſatis perſpecta habuiſſe, & peccata eorum enormia ſacrilegia fuiſſe. [Porrò filij Heli, filij Belial, *1. Reg. 2.*

neſcientes Dominum, neque officium Sacerdotum, &c.] Idem omnino de concubinarijs Sacerdotibus dici poteſt, & Religioſis diſſolutis; Deum ſcilicet neſcire, neu quæ officij ſui partes ſunt, ſatis intelligere, & filios Belial eſſe; & peccata eorum magna valde & enormia.

Sacerdotes concubinarij ſimiles filij Heli.

Dauid Propheta cum probè perſpectum haberet, cur tot in mundo peccata inualeſcerent, & abominationibus ſcaterent omnia, vnicam illorum eſſe dicebat cauſam, quod crederent impij nullum qui delicta caſtigaret, eſſe Deum: [Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus, ideo corrupti & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus, omnes declinauerunt, ſimul & inutiles facti ſunt.] Sacerdotes profectò, quod omnem mundo iuſtitiam & vindictam diuinam proſcribere & eliminare videantur, diuinaq. iudicia non perhorreſcant, ideo plenis habenis in omne vitiorum genus feruntur, & ſceleratam vitam ducunt.

Pſal. 13.

Suadet ſcriptura, vt vota promiſſioneſque quantocyus compleamus, & quę Deo promiſimus, quamprimùm ſoluamus; nihil enim eſſe quod magis Deo [diſpliceat] quã [ſtultam & infidelem promiſſionem,] Quod vero votum infidelius & vanius, quã improborum Sacerdotũ, dũ quam Deo vouerunt caſtitatem & quidē ſollenni voto confirmatam, non ſeruant?

Eccleſ. 5.

Sacerdos quod facit votum negligit.

[Mundos eſſe oportet illos, ait Iſaias, qui portant vaſa Domini.] Sacerdotes profectò ſunt, qui Domini vaſa geſtant, id eſt, Sacramenta, quæ vaſa ſunt gratiæ, adminiſtrant, & ad quos rerum ſacrarum tractatio ſpectat; ideo mundi ſint oportet & caſti, ſi quis vllus in mundo.

Iſai. 52.

Sacerdotes mundi ſint.

Orauit

Orauit olim Dauid, [Quid mihi eſt in cælo, & te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea & cor meum Deus cordis mei, & pars Deus in æternum.] Idem repetat pius ac fidelis Sacerdos, nihilque præter ſuum in cœlo terraue deſideret Deum, eumque velut Deum cordis ſui habeat, atque illi omnes animę facultates & cor ipſum tradat; ille verò aliud quid ſpirat, nec Deum vt cordis ſuis cuſtodem habet, qui Venerem impuram ſectatur, feminina quęritat commercia, libidinem ac fornicationem ſequitur. *Pſal. 72.*

Spiritus ſanctus peccatorem olim per Pſalmiſtam coarguens ait, [Quare enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamētum meũ per os tuum, tu verè odiſti diſciplinam? &c. ſi videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.] Sacerdotes nefarios reprehenſio hæc ſpectat imprimis; illi ſiquidem ſunt, qui omnem diſciplinam odio proſequuntur, quique cum adulteris portionem ſuam ponunt; cùm fornicationem conſectantur, & concubinatum frequentant: erubeſcere deberent, quòd peccatum ſequantur, cùm alios ad virtutem extimulare ad illos incumbat. *Pſal. 49.*

Sacerdotes legis Moſaicæ, quamuis minoris momenti ſacrificijs diſtinerentur, quam ipſum vnicum & ſolum nouæ legis ſacrificium, multis tamen expiationibus ſeſe præparare & in anno vicis ſuæ in templo habitare iubebantur, ne cum vxoribus carnaliter miſcerentur. Quanto magis ſe emundare & expiare Sacerdotes nouæ legis par eſt, qui quotidie magnum & venerandũ miſſæ ſacrificium offerunt; ſi vero illis inhibitum erat domum adire, & vxorum commercio vti, hoſce multò potius nefas & *Innocēt. Epiſt. 3. ad Exuperium ponitur in decret. diſt. 82.*

illi-

illicitum erit, domos ſuſpectas adire & laſciua-
rum muliercularum commercia ſectari.

1. Reg. 21. Dauid Saulis perſecutionem fugiens, & in
vrbem Nobe concedens, Achimelech Sacerdo-
tem acceſſit & panē petijt, tum ſibi tum ſociis:
ſed ait Sacerdos alios ſe non habere quàm pa-
nes ſanctos. Quamobrem petijt, [Si mundi
ſunt pueri maximè à mulieribus?] Si Sacerdotis
Iudaici iudicio nemo panem illum figurantem
comedere potuit, niſi qui mundus & ſanctus
foret, imò & ab vxorio amplexu liber; illi ne al-
tare accedere audebunt panem Angelicum
manducaturi; tamque diuinum ac ſanctum Sa-
cramentum adminiſtraturi; qui quotidie lupa-
naria & meretrices frequentant?

Sancti panes non niſi à mūdis comeduntur.

Exod. 19. Moſes cùm montem Sinai conſcenſurus eſ-
ſet, populo mandauit, ſeſe vt ſanctificaret, ve-
ſtimenta ablueret, & ab vxoribus abſtineret,
[Cumq. lauiſſent veſtimēta ſua, ait ad eos. Eſto-
te parati in diem tertium, & ne appropinquetis
vxoribus veſtris.] Si ad montem conſcenden-
dum tanta fuit puritas neceſſaria, quo Sacerdo-
tes animo ad montem illum altaris accedere,
poſt laſciua illa oſcula, poſt ſacrilegos ample-
xus, impura illa contubernia, ac diuinum illud,
cæleſte & incomprehenſibile Sacramentum,
ore polluto, corde immundo, & anima inquina-
ta recipere præſument?

Hom. 60. ad pop. Ant. [Quo non puriorē eſſe oportet, tali fruentem
ſacrificio? quo ſolari radio ſplendidiorē manum
carnem hanc diuidentē, os illud igne ſpirituali
repletum, & linguam illā, pretioſo illo ſangui-
ne cruentatam?] Hæc Chryſoſtomus. Si ſanctus
hic Pater, manus, os & linguam Sacerdotū, qui
ſacrū Ieſu Chriſti corpus tractant, comedunt ac
recipi-

recipiunt, ſolaribus radijs nitidiores eſſe voluit; quantò purior ac mūdior anima illius ſit oportet? [Cogita,] ait eodē loco Chryſoſtomus, [Sacerdos, quali ſis inſignitus honore, quali mēſa fruaris, quod Angeli videntes horreſcunt, nec liberè audent intueri, hoc nos paſcimus, hoc nos viuimus, & vnum corpus & vna caro cùm Chriſto efficimur.] Diuinū & luculētum argumentum, quo efficere vult, ſi Angeli, quorū tāta ſanctitas, venerabile hoc Sacramentū Euchariſticum ne intueri quidem audent; Sacerdotes qui ipſum manibus tractant, eodem viuunt & paſcuntur, & diuinitati vniti ſunt, Spiritibus illis cæleſtibus multò eſſe puriores ac mundiores debere.

Sacerdotes enutriuntur eo quod Angeli vident.

Scriptū eſt apud Sapientem, [Non intrabit in animā maleuolā ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.] Iuxta diuinū hoc oraculum perfectè credēdū, nefarios Sacerdotes quorum anima ſimul & corpus peccatis inquinata ſunt, ſanctū hoc Sacramentū, quod æternam ſapientiam in ſe includit, vt recipiāt indignos eſſe.

Sacerdotes improbi æterna indigni ſapientia. *Sap.* 1.

Scripſit etiam Eccleſiaſticus, [dona iniquorū non probat Dominus, neque reſpicit in oblationes iniquorū, nec in multitudine ſacrificiorū eorū propitiatur peccatis.] E quo colligitur Deum Sacerdotes & religioſos qui carnaliter viuunt, votaque ſua peſſundant, negligere, eorū orationes cōtēnere, imo nec illorum ſacrificijs placari.

Eccleſ. 34

Maledicto eos olim Dominus dignos cēſuit, qui alijs ſcandalo forēt: quare ait, [Væ homini] illi per quem ſcandalum venit, &c. [Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.] Vos verò Sacerdotes qui immunditia & ſordibus

Qui ſcandalū dāt à D. maledicti. *Mat.* 18.

veſtris

Digitized by Google

veſtris Chriſtianis omnibus ſcandalo eſt is, certi eſtote, à Deo vos maledicendos, multoque vobis ſatiùs fore, ſi lapidem molarem ad collum habentes in profundum demergeremini oceanum.

Pſal. 49. Per Pſalmographi os olim Spiritus ſanctus loquens, de peccatoribus expoſtulans dixit. [Aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum, hæc feciſti & tacui.] Directè hoc de Sacerdotibus intelligendum eſt; illi quippe diſſolutionibus, lubricitate & fornicatione ſua fratrem ſuum Chriſtianum, adeoque omnes ſanctæ matris Eccleſiæ filios ſcandalizant.

Pſal. 72. Deus fornicatores & laſciuos deſtruet. 2. *Reg.* 8. Magnus ille Iſraelis rex Dauid de peccãtium ruina vaticinatus, hunc in modum locutus eſt, [Quia ecce qui elongant ſe à te peribunt, perdiſti omnes qui fornicantur abs te,] id eſt, qui à ſancto cultu tuo recedunt, quò fornicationi & impudicitiæ ſe dedant. De Sacerdotibus intelligi hæc Prophetia debet, ac de ijs præſertim, qui tergum Deo obuertentes, eiuſque ſanctum obſequium derelinquentes, ſenſualibus ac carnalibus cupiditatibus habenas laxant, qui omnes hauddubiè malum exitum conſequentur, ac tandem aliquando vindicem Dei manum ſentient, dignamque maleficijs ſceleribuſque pœnam luent.

Sacerdotũ nefariorũ temeritas cũ Ozæ temeritate collata. Si Ozæ temeritatem olim Deus, quod arcam Domini labantem ſuſtineret, tam graui dignam cēſuit ſupplicio, vt vitã perdiderit. [Iratuſq. eſt indignatiône Dominus contra Ozã, & percuſſit eum ſuper temeritate, qui mortuus eſt ibi iuxta arcam.] Quãto potiùs caſtigari meretur temeritas, impudentia inquam Sacerdotum, qui varijs Deum ſceleribus offendentes, Miſſam celebrare, ac

re, ac poſt tot laſciuias & túrpitudines, corde, ore, corpore, & anima impudica non iam arcam, ſed verum Ieſu Chriſti corpus, tangere, & Sacramenta in illius Eccleſia adminiſtrare præſumunt?

[Non parua vobis] (alloquitur Sacerdotes Chryſoſtomus) [imminet vltio, ſi quê cuiuſpiã conſciũ nequitiæ, huius menſæ participem eſſe cõcedaris, ſanguis eius de manibus veſtri exquiretur.] Si verò puniri Sacerdotes merētur, quòd aliquem ſceleris reum, ad Sacroſanctam Euchariſtiã admittant; ipſi an non grauiùs caſtigandi: ſi penitus immundi & inquinati & varijs oppleti criminibus ad altare accedere, & horrendum miſſæ ſacrificium celebrare audeant? *Hom. 60 ad populum.*

Ait in prima ad Corinthios Apoſtolus, [Qui autem manducat & bibit indignè, iudicium ſibi mãducat.] O verba terribilia, vera tamen! quæ docent Sacerdotes carnales & concubinarios, qui adeò indignè Miſſæ ſacrificium celebrant, iudicium, mortem ſibi & damnationem celebrando arceſſere, reoſque corporis & ſanguinis Dominici conſtitui, & tandem aliquando velut perfidos & proditores, Iudæ inſtar damnandos. *1. Cor. 11* Sacerdotes indignè celebrantes, iudicium ſuum celebrant.

Laſciuiam ac libidinem Sacerdotum ita ſemper Eccleſia deteſtata eſt & abhorruit, pluribus vt in locis decreuerit quòd, [Qui poſt acceptum ſacrũ ordinem, lapſus in peccatũ fuerit carnis, ſacro ordine ita careat, vt ad altaris miniſterium vlteriùs nõ acceſſat.] Colligite hinc laſciui, ac concubinarij Sacerdotes, vos ſi ſummo vobiſcum iure ageretur, degradari ob vitæ ſcandala, & à Miſſæ ſacrificio priuari debere. *Greg. diſt. 50. c. Peruenit.* Sacerdos adulterij cõuictus monaſterio includatur.

Concilium verò Aurelianenſe longè grauius in eoſdem decretum tulit, [Si quis clericus adulte-

dulteraſſe aut confeſſus aut conuictus fuerit, depoſitus ab officio, communione conceſſa, in monaſterio toto vitæ ſuæ tempore detrudatur.] Vtinam decretum hoc hodie in vſu foret, quot pœnitentes cernere eſſet, quot monaſteria repleta, quot pœnitentias; quot Sacerdotes huius criminis reos! ſed quæ temporum noſtrorum calamitas! exſibilatur hic canon, liberè omnes in laſciuiam ruunt, & commune iam vitium eſt Sacerdotum laſciuia.

Diſt. 81. c. eod.

Seſſ. 25. c. 14. de cohabi. Cle. & mul.

Turpe eſt Sacerdotum eſſe impudicum.

[Quàm turpe, (ait Concilium Tridentinum) ac clericorum nomine indignum, in impudicitiæ ſordibus immundoq; concubinatu verſari.] Et ſanè nihil fœdius, nihil turpius, quàm clericos laſciuè viuere, meretrices frequentare, & illicito cõcubitu domum ſuam polluere, quod nomine & dignitate quam præferunt, eſt indigniſſimum.

Excõmunicatur.

Seſſ. 25. c. 14. de cohab. cler. & mul. c. 1. & 5. de ſent. excõ. c. ſi cõcubina.

Porrò tanta ſceleris huius eſt abominatio, vt magnum hoc & generale concilium in illius caſtigationem decreuerit, vt, ſi Eccleſiaſticus concubinatus conuictus fuerit, & poſt amicas & ſalutares exhortationes, à peccato non receſſerit, omni mox officio & beneficio priuetur, & ſimul honore & loco inter cæteros indignus iudicetur; &, ſi nec his pœnis reſipuerit, & ſcandaloſas mulierculas à ſe dimittere, aut repudiare noluerit, excommunicationis gladio puniatur, & a numero fidelium excludatur. O diuina decreta, ò leges egregiæ! cur verò hodierna die abrogatæ videmini? cur vſus inoleuit? ſanè ſi hodie obſeruaremini, quot beneficia vacarent, quàm multi inhabiles, quot Sacerdotes irregulares conſpicerentur; quot item Eccleſiaſtici excommunicati? Quamobrem Sacerdotes vitam in meliùs commutate, abominationes has relin-

relinquite & excommunicationis fulmina perhorreſcite.

Ad hæc canones prohibent ſimul & magnus Pontifex Nicolaus, [Nullus vt Miſſam audiat Presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere.] Magnum igitur & graue illorum pecca-tum eſt, cum ne concubinarij quidem Sacerdotis Miſſam audire liceat.

[Non ſolum Sacerdotes, (ait Ioannes Driedo S.T. Doctor) qui Sacramenta indignè tractant, iram Dei ſuper ſe prouocant, ſed omnes qui ipſis indignè celebrantibus quodammodo communicant.] Dicere vult Sacerdotes peccata veſtra enim nimia & grauia eſſe, cùm non ſolùm, quòd poſt nefarios & illicitos amplexus celebretis Deũ offendatis, ſed alios etiã qui officio veſtro adſtãt, peccato innoluatis & vt Deum offendant, in cauſa eſtis.

[Si qui ſunt presbyteri, (ait magnus Papa Gregorius) qui in crimine fornicationis iaceãt, interdicimus eis ex parte Dei omnipotentis & ſancti Petri auctoritate introitum Eccleſiæ, vſque dum pœniteant.] Sententias has & decreta videant Sacerdotes lubrici, ſibiq; perſuadeant, Deum ſi in peccato progrediantur, de peccato vindictã ſumpturum, & in peccati deteſtationem Eccleſiæ ſuæ introitu illos interdicere.

Idem quoque ex parte Dei omnipotentis, & Apoſtolicæ ſedis authoritate decernit, [Si quis verò in peccato ſuo perſeuare maluerit, nullus veſtrum eorum præſumat audire officium: quia benedictio eorum vertetur in maledictionem.] O verba horrenda ac terribilia, hic aures & animos aduertite Sacerdotes, quamprimùm ab hoc vitæ dedecore & impudicitia recedite, vitijs his valedicite, laſciuiæ valedicite,

Diſt. 32. c. eod. & diſt. 81. c. ſi qui ſũt.

Sacerdotis concubinarij Miſſam nemini audire licet.

Del. Chriſt. lib. c. 11.

Greg. 7. diſt. 81. c. eod.

Sacerdotes fornicante Eccleſia arcentur.

Ibid.

concu-

concubinas dimittite, ſordes haſce deſerite, horrorem peccati veſtri relinquite, & cogitate vos, quãdiu hoc in ſtatu verſamini, Dei inimicos exiſtere, ab officio ſuſpenſos & interdictos, & quidquid demum agitis aut dicitis, Deo diſplicere & hominibus ſcandalum afferre, benedictiones quoque & preces in maledictiones & vitia conuerti.

CAPVT XI.

Sacerdotes à iuramento abſtineant.

Blaſphemos punit Nabuchodonoſor.

Dan. 3.

BAbyloniorum Rex Nabuchodonoſor, viſo Danielem inuiolatum & ſoſpitem lacu leonum egreſſum eſſe, veri Dei numen agnoſcens, edictum quiddam promulgauit, vt quicunque Deo Sidrach, Miſach & Abdenago malediceret, morti traderetur, & domus illius ſolo æquaretur, [A me ergo poſitum eſt hoc decretum, vt omnis populus, tribus & lingua quæcunq. locuta fuerint blaſphemiam contra Deum Sidrach, Miſach & Abdenago, diſpereat, & domus eius vaſtetur.] Sexcentæ leges ſunt tum humanæ tum diuinæ, quæ omnes quicunque eumdem Deum blaſphemauerint, & ſanctum eius nomen in vanum aſſumpſerit, etiam ſi Sacerdos ſit, morti tradunt, & animas illorum damnationi immergunt.

Blaſphemus morte afficitur.

Leuit. 24.

Quin & in Leuitico regium ac diuinum decretum de blaſphemis legere eſt, [Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur.] Decretum hoc cæleſte Sacerdotes imprimis ſpectat, qui ſi per Dei nomen iurare temere præſumpſerint, reipſa & iure morti perpetuæ, adducendi ſunt.

Deus

Deus quoque Chore, Dathanis & eorum ſequacium ſupplicij & caſtigationis rationē reddens, aliam non dedit quam quòd aduerſus ſe blaſphemi extitiſſent: [Sin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os ſuum deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent, deſcēderintque viuentes in infernum ſcietis quod blaſphemauerint Dominū.] Rationem hanc ipſe vſurpans dico, metuere omnes, & imprimis Sacerdotes, debere, ne terra furorem induens, quamprimum illos deuoret, cum aduerſus diuinam maieſtatem blaſphemias eructant. *Num.* 16.

Dauid cum atrox hoc peccatum admiſiſſet, & Propheta illud ipſum ob oculos ei poneret, imprimis ob blaſphemiam cuius cauſa fuerat, illum corripuit, [Quoniam blaſphemare feciſti nomen Domini.] Vos verò Sacerdotes qui reges eſtis, hoc exemplo diſcite, Deum iraſci, voſque punitione dignos non modò cum per Dei nomen iuratis, ſed in cauſa etiam eſtis, vt alij ipſum blaſphement. *2. Reg.* 1. **Correptus Dauid quòd blaſphemiæ eſſet cauſa.**

[Non vſurpabis,] ait in Deuteronomio Deus, nomen Domini Dei tui fruſtra, quia non erit impunitus qui ſuper re vana nomen eius aſſumpſerit.] Sacerdotes qui prçceptum hoc tranſgrediuntur, & omni momento Dei nomen abiurant & maledicunt, perſuadere ſibi debent, non impunè ſe habituros, & tandem aliquando inſolentiam ſuam caſtigandam. *Deut.* 5. **Blaſphemiam vetat Deus.**

Hac de re agēs Salomon, velut paræneticè dixit, [Iurationi non aſſueſcas os tuū, multi enim caſus in illa.] Vobis hoc prçlegitur ac præſcribitur Sacerdotes; quamobrem cauete ne os veſtrū blaſphemiæ & iuramento execratorio aſſueſcatis, quòd noxia quędā & nefaria conſuetudo ſit. **Conſuetudo iurandi noxia.** *Eccli.* 28.

Tob. 13. Tobias ad extremum vitæ cùm veniſſet, Deo gratias agens eiuſq. laudem gloriam prædicans, ait, [Maledicti erunt qui contempſerint te, & condemnati erunt omnes qui blaſphemauerint te.] Sancti huius viri monita auſcultate Sacerdotes ac Religioſi, & cogitate, quando Deum contemnitis, maledictionem vos mereri, & dum eumdem blaſphemijs impetiueritis, iudicium & condemnationem.

Blaſphemus à Deo condemnabitur.

Dixit olim Sapiens, [Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga.] Oraculum certiſſimum iurantium domos iniquitate complendas, & iniquitates has ab vltrice Dei manu puniendas, illiuſque furorem & indignationem blaſphemantium ſemper ceruicibus imminere; ſed imprimis dum in Sacerdotibus ac religioſis repertæ fuerint.

Eccli. 23.

Iſai. 1. Hebræorum ingratitudinē exaggerans Deus per Iſaiam, hæc illis imprecatur mala; [Væ genti peccatrici, ſemini nequam, filijs ſceleratis, dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael.] Zelus ille Propheticus aduerſus ingratum & blaſphemum populum huiuſmodi maledictiones detonans, oſtendit, Sacerdotes illos verè ingratos eſſe qui iuramento aſſueſcunt, & à Deo maledici mereri, cùm ſanctum eius nomen blaſphemant: Hæc ſcilicet peccata vix remittuntur, & grauia ſunt vt quæ maximè.

Blaſphemus male dici Deo.

Mat. 8. Ipſe etiam mundi redemptor Chriſtus Apoſtolos primos orbis Sacerdotes penitus iurare vetuit, & omnem blaſphemiam fugere docuit, [Dico autem vobis non iurare omnino.] Apoſtolorum exemplo cogitent Sacerdotes omnes, nefas

Chriſtus ſuos iurare vetuit.

nefas eſſe iurare, idque præcepto & ore Chriſti, & quicumque pręceptum hoc pręter-greſſus fuerit, maieſtatem diuinam non parum offendere.

Ad hoc ipſum Chriſtianos omnes incitauit Apoſtolus Iacobus, [Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per cælum, neque per terram] Beatus ille clericus, qui Apoſtolo credens, eiuſque obſecrationem vt præceptum accipiens, à iuramento abſtinet, nec cælum, terram, elementumue inter loquendum vſurpat. *Iac. 5.*

Redemptor hominum Chriſtus, ea quæ hominem polluerent & inquinarent recenſens, blaſphemias inter alia ponit, dicẽs, [Homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ; hæc ſunt quæ coinquinant hominem.] Inter omnia enim peccata, nullum eſt quod Sacerdotis honorem magis lędat, aut violet, quam iuramenta; nullum quoque quod polluat amplius quàm blaſphemiæ. *Mat. 15. Mar. 7.* Blaſphemia hominẽ polluit.

Vidiſſe ſe Ioannes in Apocalypſi beſtiam ait è mari aſcendentem, cornibus decem & ſeptem capitibus inſtructam, & cui datum os loquens magna & blaſphemiam. Omnium interpretum & mei vnius etiam iudicio, beſtia hæc Antichriſtum denotabat vel diabolum; dicere porro myſterium vult, omnes omninò homines, & Sacerdotes imprimis, qui iuramento aſſueſcunt & blaſphemias aſſiduò eructant, in mundo hoc velut Antichriſtos & diabolos eſſe. *Apoc. 13.* Antichriſtus erit blaſphemus.

In tragœdia paſſionis Põtifex Caiphas Chriſtum vt blaſphemum, falsò tamen, coarguens morte eum digniſſimũ iudicauit, quam opinionem etiam populus ſecutus, communi eum ſen-

Mat. 26. tentia morte afficiendum iudicarunt, [Blaſphemauit: quid vobis videtur? Reus eſt mortis.] Ex iniqua hac Iudæorum ſententia colligo, & iuſtam pronuntio, omnem Sacerdotem, qui blaſpemus eſt, morte affici debere; ſi vero hominum & Angelorum ſuffragia petenda ſunt, omnes quam poſſunt maxime clamant, morte illum plectendum & quidem ſempiterna.

In Actibus Apoſtolorum nullum adeò prægnans & graue in Stephano crimen Iudæi repererunt, quam quod blaſphemaſſe illum aduerſus Moyſem commenti ſint, [Tunc ſummiſerunt viros, qui dicerent, audiuiſſe ſe eum dicentem verba blaſphemiæ in Moyſem & Deum, &c.] Falsò hæc ſancto Martyri imponebantur, & nonniſi mera erat calumnia; cauſa tamen erat bona, & digna ob quam morte plectendus eſſet. Ego quoque his veſtigijs inſiſtens dico, nullum in Sacerdote grauius & enormius reperiri aut cogitari crimen poſſe, quàm ſi iuramenti, & blaſphemiæ aduerſus Deum. Sanctos & creaturas prolatæ reus eſſe conuincatur, atque idcirco meritò illum accuſandum; quorum ſi reus fuerit, morte dignus eſt, & viuus lapidibus obruendus.

Act. 6. & 7.

Scribæ & Phariſæi cum Chriſtum loquentem audiuiſſent, & iuraſſe eum & blaſphemaſſe crederent, mirabantur, & dicebant, [Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias?] Cum Sacerdotem execrantem, deteſtantem, blaſphemantem, iurantemque audimus, meritò mirari & dicere poſſumus, Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? Anne Turca, Saracenus, Hæreticus, Antichriſtus, diabolus?

Luc. 5.

Ira blaſphemiæ mater.

Epheſ. 4. Paulus Epheſijs ſcribens ait, [Omnis amaritudo

tudo & ira & indignatio & clamor & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia.] Glorioſus hic Apoſtolus, iram, indignationem & furorem hic prohibet, quòd fomes & incentiua iuramenti & blaſphemiæ ſint. Beatus autem Sacerdos eſt, qui non indignatur, furit, bacchatur; ita enim fiet, vt non maledicat & blaſphemet, ira namque blaſphemiæ mater eſt.

Vidit olim Propheta quatuor per mare deſæuientes ventos, qui poſtquam varios motus & turbines excitaſſent, horrenda oceano monſtra & terribiles beſtiæ aſcenderunt, Et ecce quatuor venti cæli pugnabãt in mari magno, & quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari diuerſę inter ſe.] Quatuor illi digladiantes venti, quatuor paſſiones, quæ ſemper animam noſtram in mari mundi huius oppugnant, deſignant. Dicere porrò myſterium vult, quòd, poſtquam paſſiones, ira, rabies, furor animam exagitarent, è cordis abyſſo inimicitiæ, odia, iniuriæ, indignationes, clamores & blaſphemiæ erumpent, quibus nulla terribiliora & tetriora in rerum natura fingi monſtra queunt. Ab his verò ventis cauete Sacerdotes, flammas exſtinguite, & huiuſmodi è mari veſtro monſtra non prorumpent neu in Deum blaſphemi exiſtetis.

Poſt irã blaſphemia ſuccedit. *Dan. 7.*

[Nunc autem,] ait Apoſtolus, [deponite & vos, omnem iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonẽ de ore veſtro.] Idem vobis occino Sacerdotes, & ſimul obſecro, vt iram & indignationem omnem deponatis, malitiam exuatis, turpiloquium vitetis, omneque iuramentum & blaſphemiam ore veſtro proſcribatis.

Ad blaſphemiæ fugã ſuos excitat Paulus. *Coloſſ. 3.*

Scripſit olim etiam Auguſtinus, tam proui-

dum ac ſapientem eſſe debere Sacerdotem, vt numquam iuret, [ne ſcilicet,] inquit, [ſemel iurãdo ad facilitatẽ iurandi veniatur; ex facilitate ad cõſuetudinẽ, & ex cõſuetudine ad periurium decidat.] Sæpe enim fit vt Sacerdotes & Religioſi dum iurare incipiunt, habitum quemdam iurandi acquirant & conſuetudinẽ, ipſaq; mox in naturam conuertatur, itaque blaſphemijs & periurijs deinde viã ſternãt. Quare ab hac ſemita declinate Sacerdotes, & aliud iter inſiſtite.

Lib. de mẽdacio.

Concilia iurare vetant.

Ita porro quartum Concilium Carthaginenſe iuramentum deteſtatur, vt clericum per creaturas iurantem acerrime obiurgandum, & ſi perſtiterit in vitio, excommunicandum ſentiat. Sacerdotes, qui omni momento blaſphematis, iuxta Concilij huius decreta acriter obiurgari meremini, ſi verò nec ita reſipiſcatis, excommunicari & ab Eccleſiæ communione ſequeſtrari meremini.

Sup. illud Matthæi *Blaſphemauit.*

Dixit olim Auguſtinus, cuius ſententiam vniuerſa etiam ſuſtinet Eccleſia, [Non minus peccant qui blaſphemant Chriſtum regnantem in cælis, quàm qui crucifixerunt ambulantem in terris.] O verba horrenda! An non veremini iurantes, & vos præſertim Sacerdotes; an non cogitatis, quòd dum iuratis, nomẽ Dei blaſphẽmia proſcinditis, tantum veſtrum peccatum eſſe, quantum Iudæorum, qui cruci illum affixere, & in eadem exſpirare coegerunt.

C. de reforman. curia.

Quomodo cõcilia Sacerdotes blaſphemos puniernt

In Concilio Lateranenſi ſub Leone decimo decretum eſt, vt ſi Sacerdos in nomen Ieſu & Beatæ Virginis blaſphemus exiſtere præſumſerit, primò beneficij ſui fructibus priuetur; ſecũdò beneficiũ ſuum amittat; at ſi tertiò arguatur & conuincatur, dignitatibus & beneficijs omnibus

bus quæcunque habuerit, eo ipſo priuatus exiſtat, ad eaque vlterius retinenda inhabilis reddatur. Hæc iudicia perhorreſcite Sacerdotes, ſecreta hæc vobis metum incutiant, Concilijs obedite, ne haſce pœnas incurratis. Vos inquam Epiſcopi qui adeò opulenti eſtis, vos Beneficiarij, qui tot cenſus & reditus annuos poſſidetis; vos Paſtores, quibus tot decimæ conferuntur, horum omnium confiſcationem timete, ne item Deum offendatis, ne proximo ſcandalo ſitis, & animarum veſtrarum perniciem incurratis.

CAPVT XVI.

Sacerdotes non ſint errones & vagabundi.

INter ceteras quas Deus primo homicidæ & fratricidæ Caino maledictiones inflixit, fuit quod toto vitæ tempore per terram vagaretur & erraret. [Vagus & profugus eris ſuper terrã.] Atrox & grauis hæc ſententia aduerſus nefarium hunc paricidam lata, præiudicium quoddam profectò fuit, Sacerdotes vagos & errantes Caino perſimiles eſſe, à Deo hic maledictos, & poſt hanc vitam puniendos. *Gen. 4.* Sacerdotes vagi Caino ſimiles.

Hebræis olim minas intentans Deus ait, poſteritatem illorum ob peccata perpetrata in deſerto ad multos annos vagaturam, & eodem non ſine moleſtia egreſſuram, [Filij veſtri erunt vagi in deſerto.] Magna hauddubiè Dei punitio, patria egredi, ſine habenis huc illuc ferri, perque omnes orbis angulos diuagari; ac præſertim Sacerdotem. *Num. 14.*

Iob de diuina vindicta, deque Dei in peccatores animaduerſione loquens ait, [Viros potẽtes gyrans migrare fecit, & vagati ſunt in gentibus *Iob. 29.*

alienis.] Sacerdotes omnes viri potentes ſunt, ſed non mediocris cœli vindicta eſt, cum Eccleſias illos deſerere, per vrbes varias diſcurrere, & in externis regionibus diuagari videmus.

Prou. 5. Vagari ſignũ, animi laſciui

Mulierem laſciuam deſcribens Salomon inter cætera ait, greſſus eius vagos eſſe, & vias eius inueſtigabiles. Inſignis locus qui docet, Sacerdotes vagos & errantes & diœceſim relinquentes; animi ſiſi leuitatem laſciuiamque oſtendere.

Cant. 1.

Filiã decet huc illucue diſcurrere.

Cordata illa ſponſa de ſponſo ſciſcitans, ægrè tamen & nonniſi inuita domo egrediens ait, [Indica mihi quẽ diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum,] & ab omnibus quæ me errantem conſpexerint, vana, & vagabunda iudicer. Prudens illa ſponſa animarum ſanctarum imaginem ferebat, quas numquam monaſterio, ſi religioſæ: aut templo, ſi Sacerdotes ſint, egredi oporteret: nihil enim indecentius & turpius quàm diuagari & huc illucque plateatim diſcurrere.

4. *Reg.* 4.

At in Eliſæo miraculum ſingulare fuit & res inaudita, quòd mulier Sunamitis illum virum Dei & ſanctum eſſe iudicaret, quod ſæpius ante domum illius tranſiret, [Quæ dixit ad virum ſuum, animaduerto quod vir Dei ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter.] Eſt enim eximium & inauditum miraculum, ſi Sacerdos vel religioſus qui ſæpe per plateas curſitat & otioſus diuagatur, vir ſanctus & probus habeatur, & magni à populo fiat.

Vagari ſignũ mulieris ſalacis.

Inter meretricis & pellacis mulierculæ notas euagationem & inquietem poſuit Salomon. [Garrula & vaga, quietis impatiens, nec valẽs in

domo

domo conſiſtere pedibus ſuis.] Quo moraliter hoc exponam, dico Religioſum, qui monaſterij ſe ſeptis continere nequit, ſed huc & illuc per oppida & plateas diſcurrit, & perpetuo vagus obambulat, animæ ſuæ inſtabilitatem oſtendere. *Prov. 7.*

Soror Patriarcharum Dina, quòd euagari, & diſcurrere, paterna domo egredi, & per agros externorum obambulare voluerit, ſibi ipſi exitio fuit, & verecundiam virginalem a principe Sichimitarum defloratam amiſit, [Egreſſa eſt autem Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius.] Vt allegoricè hoc exponam, quotnam hodie animas ſibiipſis perniciem adferre conſtat, quot Sacerdotes & Religioſos ſibi exitio eſſe videmus, quod curſitent, diuagentur, & intra monaſterij clauſtra nequeant perſiſtere. *Gen. 34.*

Cur olim populum ſuum caſtigaret Deus, per Prophetam aperuit, dum, vagationem & curſitationem, inſtabilitatemq. in eo coarguit: ait n. per Iſaiam, [Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum, & percuſſi eum, & alijs vagus in via cordis ſui.] Si quis etiam hodierna die inquirere voluerit, cur tam grauiter Deus in Sacerdotes animaduertat, auaritiam illorum in cauſa eſſe comperiet: nulla verò maior & grauior illis infligi punitio poteſt, quam ſi libere, dimiſſis habenis huc illucue diuagentur & quietem fugiant. *Iſai. 57.*

Eodem etiam modo Oſeas famem & captiuitatem Iſraelis prædicens, velut omniũ malorum & ęrumnarũ maximũ adiũgit, [Abiiciet eos Dominus Deus meus, quia nõ audierunt eũ, & erũt vagi in nationib.] Et eſt reuerà grauis punitio & ſeuera Dei animaduerſio, cum Religioſus ſolitudi- *Oſee. 9.* *Religioſus diſcurrens reprobatum ſe a Deo oſtendunt,*

litudi-

litudinem proríus diuagatur; oſtendit enim ſe à Deo reprobatum, & omninò abiectum.

Gen. 27. Eſau vir prophanus, qui ſemper per ſiluas, & montana venando oberrabat, quod domi ſubſiſtere non potuerit, benedictione paterna excidit & ſuiipſius ruina extitit; Iacob verò, qui à latere matris non recederet, eamdem obtinuit & primogenituræ ius ſibi vindicauit. [Sume arma & pharetram & arcum & egredere foras.] Allegoricè hoc exponendo dico, Sacerdotes & Religioſos qui venatione oblectantur quotidie per ſiluas & agros oberrant, neu in templo ſubſiſtere queunt, ſæpenumerò ſanctis Patris cæleſtis benedictionibus priuari; ſolitarios vero & quietis ſtudioſos, Iacobos, qui a domo Dei non recedunt, in q; cœnobijs ſuis quieti degunt, eaſdem nanciſi, & tum in hoc mundo, tum in altero beatitudinis compotes reddi.

Ioann. 20 Poſt reſurrectionem Dominicam Apoſtolus Thomas, quod ambulatum exijſſet, & collegarum ſuorum, qui noctu diuq. precibus intendebant, conſortium deſeruiſſet, Chriſti apparentis conſpectu priuatus fuit, eumq. coram Apoſtolos alloquentem audire & videre non potuit, [Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Ieſus, &c.] Vos vero Sacerdotes, qui Thomæ exemplo diuagamini, videte, ne dū ſæpius ab Eccleſia abeſtis, & deambulatis, alijs orationi incūbentib. iucundiſſimo Chriſti, qui iādudū reſurrexit, & iam gloria donatus eſt in cælo, aſpectu priuemini.

Gen. 7. Sacerdot. vagi coruo Noei ſimiles. Coruus ex arca dimiſſus, eodem ceſſante diluuio, non eſt reuerſus, ſed cadaueribus inſedit, [Emiſit coruum qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terrā.]

Doce-

Docemur hic, Sacerdotes & Religioſos vagari aſſuetos, Eccleſia, quæ vera Noei arca eſt, egredientes, eodem ſæpenumero non reuerti, occupationum mundanarum diluuio obrutos, aut putriſcentibus mundi voluptatibus adhærentes.

Sacra Eccleſiæ Concilia vetant Clericos & Monachos ſine litteris commendaticiis, extra diœceſim diuagari. Quotnam vero hodie errones & vagantes Sacerdotes videre eſt, qui ſine licentia, magno Eccleſiæ ſcandalo, propria diœceſi relicta, per alienam diuagantur. *Cōcil Venet. 1. c. 5. Agath. c. 38. Meldenſ. c. 2.*

Ad hæc Magnum Concilium Tridentinum, hoſce errones grauiter corripiens, vetat ne Epiſcopi, celebrandi, Sacramentorum aut aliarum functionum ſacrarū exercendarū in ſua diœceſi licentiam illis concedant; [Nec ab vllo Epiſcopo ad diuina celebranda, aut Sacramenta adminiſtranda admittatur.] Egregia ſtatuta, quæ hodie vtinam in vſu forent, non tot religioſos vagabundos, non tot Sacerdotes extra diœceſim errantes videremus. *Seſſ. 23. c. 16.*

Ipſa quin etiam Synodus Oecumenica Nicena, Chalcedonēſis, & Cōſtantinopolitana ſexta, hunc de Sacerdotibus vagis canonem ſcripſere, [Quod ſi relictis locis ſuis ad aliū ſe locū tranſferre voluerint, deponantur & afficio ſuſpendantur.] Proh audaces & licentioſi Sacerdotes, qui ſine licentia & venia per vniuerſum regnum diſcurritis, & liberè velut equi conductitij diuagamini, Deum profecto non mediocriter offenditis, conciliorum decretis aduerſamini. *Cap. 15. & 13. Can. 17.*

Quintus decimus Apoſtolorum Canon, ab aliis duobus conciliis confirmatus, omnes Sacerdotes a diuinis ſuſpenſos cenſet, qui Præſulum iniuſſu relicta parochia, per vrbes externas *Cōc. Nic. c. 16. Antioche. c. 3*

euagan-

euagantur; [Si quis Preſbyter, vel diaconus reliĉta ſua parochia in aliam abſceſſerit, eũ non amplius celebrare iubemus.] Hæc decreta attendite vagi Sacerdotes, vobiſque perſuadete, Deum vos, dum ſine licentia diſcurritis, grauiter offendere, Conciliorum ſtatuta tranſgredi, vobiſque illicitum eſſe Miſſam celebrare, vel ſacra & diuina peragere.

Venatio Sacerdotibus inhibita. *Diſt.* 34. *c. eod. de Cler. venat.* 2. *Cōc. Mogũt. ne Cleri.uel Monach. c.* 1. *Diſt.* 86. *c. eod.*

[Omnibus ſeruis Dei,] docent Canoniſtæ, [id eſt Clericis, venationes & ſiluaticas vagationes cum canibus, & vt accipitres & falcones habeãt, interdicimus.] Hodie verò ſtatuta illa violantur & paſſim negliguntur, cum nonniſi religioſos & Eccleſiaſticos per agros & ſiluas venando oberrantes videamus, accipitres & falcones educare, per montana & ferarum ſpelæa diuagari, & magno cum ſuorum ſcandalo venationi incumbere.

[Eſau, inquit Hieronymus, [venator erat, quod peccator, & penitus non inuenimus in ſcripturis ſanctis ſanctum aliquem venatorẽ; piſcatores inuenimus ſãctos.] Notatu res digniſſima, Sacerdotes, & Religioſos, ſi ſancti & deuoti eſſe velint venationem fugere debere, qui verò eidem ſtudent, Eſau imitari, & eiuſdem etiam peccati participes fieri, venatio enim & pietas ſimul nequeunt conſiſtere.

CAPVT XIII.

Sacerdotes ne ſint in habitu diſſoluti.

Eccl. 19. Ex habitu quis agnoſcitur.

DIxit olim Salomon, [Amictus corporis & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo.] Et reuera, Sacerdotes, ex habitu

quis

quis agnoſci poteſt, adeo vt quicumque Eccleſia ſticorum in habitu diſſoluti ſunt, virtute ſe carere, & internè non bene diſpoſitos eſſe declarent.

Irritatus olim aduerſus Iſraelitarum luxum & faſtum Deus, per Sophoniam Prophetam ait, [Viſitabo ſuper eos qui induti ſunt veſte peregrina.] Quibus verbis elicere poſſumus, Sacerdotes & religioſos qui nouo, & peregrino ſchemate induti ſunt, Deum ad iracundiam prouocare, & grauiſsimè corripi debere. *Sophon.*

Vetus lex vetabat, ne quis veſtem diuerſicolorem & è duabus materiis paratam indueret, [Veſte quæ ex duobus texta eſt non indueris.] Euangelica lex idem omnino vetat, Sacerdotes inquam prohibet, diuerſicoloribus aut coloratis veſtibus vti, ſunt enim hæ vanitatis indicia, & mundanorum ſymbolum. *Leuit. 19.*

Bene proinde conſuluit olim Sapiens, [In veſtitu ne glorieris vnquam.] Diuinum & egregium conſilium, quo docentur Sacerdotes, in veſte non ſuperbire, vanitates fugere, & faſtum in toga non querere. *Eccl. 11.* Nemo in veſtitu glorietur.

Achab quod veſtem bellicam aſſumpſiſſet, ſeſeque militem oſtendiſſet, in conflictu occubuit, [Mutato habitu venit ad bellum.] Allegoricè hoc exponens dico, Sacerdotes qui omnes reges quidam ſunt, ad in Eccleſiæ caſtris confligendum vocati ſunt cùm imprudenter habitum mutant, et veſte religioſa exuta, ſæcularem aſſumũt atq. ita ſe ſaluare poſſe cõfidunt, ſæpenumero in mundi huius conflictu occũbere, in eoq. ſimul & honorem, ſalutem, & vitam amittere. *2. Paral. 18.* Achab ob veſtẽ mutatam in bello occubit.

Quod ad nuptias regias, quas Euangelium deſcribit, quidam non veſtitus veſte nuptiali *Matt. 22.*

intraſ-

intraſſet, a rege non parum indignitate exire iuſſus fuit, audiuitq. [Amice quomodo huc intraſti, non habens veſtem Nuptialem ?] Quo docemur, quod quemadmodum Eccleſiaſticos ſuperba indui veſte nefas, ita, & ſordidis inquinantiſque: Deuſq. iraſcatur, quando Sacerdotes & Religioſi malè veſtiti, diſſuti ac diſcindi in atrium Eccleſiæ, ad regium illud Sacræ Euchariſtiæ conuiuium ingrediuntur.

Zach. 3. Zacharias Propheta de gloria & ignominia Miſſæ agens, ſub magni Sacerdotis Ieſu imagine ait Angelum, qui illum ſordidis & laceris indutum conſpiciebat, quamprimum illum honeſta & ſplendida veſte indui voluiſſe, ſcrutaque ab eodem auferri, [Qui reſpondit, & ait ad eos, qui ſtabant coram ſe dicens. Auferte veſtimenta ſordida ab eo.] Hinc eruitur Angelos etiam ipſos non parum indignari, cum viderint, Sacerdotes malè veſtitos, & iniquo ferre animo, cum ſordidis illos conueſtitos conſpexerint

Aaron indutus veſte ſancta *Exod. 28.* Pontificiam Aaronis veſtem graphicè Moſi deſcribens Deus, voluit illi veſtem parari ſanctam ſacramque, cum tabernaculũ ingrederetur, [Facieſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem.] Præceptum hoc myſterio non vacabat: denotabat enim, velle Deum vt ſacerdotes ſui honeſtè induerentur, cum Sacra in Eccleſia officia peragunt.

Eccle. 9. Vnde bene ſuadet Eccleſiaſticus, [Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.] Sacerdotes forſan alloquitur, vultque eorum veſtes ſemper mundas eſſe, vtq. oleum miſericordiæ numquam a capite illorum deficiat.

[Gau-

[Gaudens gaudebo Domino, ait Iſaias, & exulta bit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis & indumento iuſtitiæ circumdedit me.] Hinc colligo fideles, Sacerdotum veſtes, ſalutis & iuſtitiæ indumenta eſſe debere, id eſt munda & honeſta, nihil vt illis deſit aut ſuperfluum ſit. Extrema quippe vitium redolent, virtus verò in medio cõſiſtit, qualis eſt etiam iuſtitia. Veſtes Sacerdotis ſalutis, & iuſtitiæ.

Iacob cum coram patrem compareret; tam gratum veſtimenta illius odorem reddebant, vt Iſaac fragrantiam illorum percipiens, eum vt filium agnouerit, paternamq. ſit illi benedictionem impertitus. Moralis hiſtoriæ huius ſenſus denotat ſacerdotũ & Religioſorũ veſtes redolere debere & gratum odorem ſpirare, filij Dei agnoſci & haberi & Patris illius benedictionem promereri voluerint: cum vero munda fuerint, nitida, & ab omni macula & næuo libera, tunc omnibus quam gratiſſimum odorem edunt. Iacobi veſtes redolebant. *Gen.* 27.

Sponſus dilectæ ſuæ ait, [& odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.] Quam gratũ vero ac iucundum Religioſorum & ſacerdotum veſtimenta odorem ſpirant, cum nihil vanum, ſuperfluum, immundum, in ijs apparuerit, ſed omnia munda, elegantia ac nitida fuerint! nihil porro gratius & redolentius haberi poteſt. *Cant.* 4.

Ochoziæ regis milites virum quemdam, quem in deſerto viderant, depingentes dicebant, [Vir piloſus & zona pellicea accinctus renibus.] Rex vero in habitu virum agnoſcens, & ex illo de illius meritis iudicans, ait [Elias Thesbites eſt.] inferre hinc volo, ex habitu Eccleſiaſtico cum ſæculares de illorum vita iudicium habere; ſi enim ſordida & Ex habitu de vita iudicare licet.

immun-

immunda ſunt, viles & mechanici habentur; ſi vero honeſta & nitida, vt Prophetæ ſuſpiciuntur.

Dauid cilicium geſtabat. Pſal. 68.

Denique Sacerdos vt nec ſordidam, ita nec ſplendidam ſuperbamque veſtem geſtare debet, neu eadem inſoleſcere, at regium Prophetam imitari, qui cum quotidie oſtro & purpura ſplendeſcere poſſet, cilicium ferre maluit; quare omnem mundi vanitatem peroſus dicebat, [Poſui veſtimentum meum cilicium.] O veſtem regiam, o paludamentum ſplendidum, cum Sacerdotes cilicium ad renes accingunt, in eoque glorianturi?

Hebr. 11.

Apoſtolus veteris teſtamenti viros magnos & eximios dilaudans, a veſtium ſimplicitate imprimis eos deprædicat, quod pellibus caprinis & camelinis accincti per deſerta, ſolitudines, & ſpelūcas vagarētur, [Errauerūt in melotis, in pellibus caprinis.] Illi vero Sacerdotes laude digni ſunt, & veteres deſerti incolas imitantur, qui ſimplici induti veſte honeſta tamen, per mundi huius deſertum vagantur.

Bruſon. li. 3. c. 13.

Imperator Seuerus honeſta & modeſta contentus veſte, tantam modeſtiam demirantibus dicebat, Imperatoria maieſtas virtute conſtant, non corporis cultu.] Ita Eccleſiaſtica dignitas & Prælatorum ac Sacerdotum maieſtas in virtute, decoro, religione, non in vanitate et habitus ſplendore alijſque vanitatibus conſiſtit.

Apocaly. 18. Meretrix Apocalypſeos ob veſtium delicias condemnata.

In condemnatione meretricis Apocalypticæ dictum eſt, [Quantum ſe glorificauit, et in delicijs fuit, tantum date illi tormentum.] Hinc diſcant Sacerdotes mali et glorioſi, quantum hic in togis et veſtibus ſe iactarint ac ſuperbierint, tantum in altero ſæculo caſtigandos ſe, &

poni-

puniendos. Notate hoc delicatuli, voſque animi lubrici & laſciui.

Philippus Macedo cùm videret Antipatrum quem præfectum alicuius loci conſtituerat, capillos tinxiſſe, & barbam mentitum, à dignitate illũ amouit dicens, [Qui in capillis fidelis non eſſet, eum in rebus gerendis non videri dignum cui fideretur.] Quod Princeps ille de iniquo & corrupto præfecto, ipſe de nefario Sacerdote potiùs mihi dicere poſſe videor, illum ſcilicet, qui crines & barbam adulterat, & veſtem ſplendidam geſtat, dignum eſſe qui ab officio deponatur & beneficio priuetur. Qui enim in veſte fidus non eſſet & ſincerus, nec in animarum ſalute procuranda futurus videtur.

[Præſules glorioſi deponi merẽtur. *Eraſm. lib.* 4. *Apophth.*]

Cæſar Octauius cum videret filiam Iuliam ſuperbis & ſplendidis indutam veſtibus, eam acriter corripuit; quare cum poſtridie ſepoſito luxu modeſtiam quadam in veſtitu prætuliſſet, ait; [Quãto probabilior eſt hic cultus tam honeſtus in filia Auguſti?] Imperatoris hoc apophthegma vt in rem meam uſurpem, dico, omnes non mediocriter offendi, cum Sacerdotes & paſtores tam ſplendidè veſtiti Eccleſiam ingrediuntur vt aulam redoleant, ideoque omnes ſcandolo eſſe: cum uerò ſine vlla vanitate & ſuperbia modeſtiam in veſtitu præferunt, veros ſe Dei filios & ſummi Patris amicos, quales omnes Sacerdotes ſunt, oſtendere.

Macrob. Saturn.c. 73.

Idem quoque Imperator luxum omnem & vanitatem auerſatus dicere ſolebat, [veſtitus inſignis ac mollis ſuperbiæ vexillum eſt, nidusque luxuriæ.] Digna ſummo Imperatori ſententia, cui innitens aſſero; Sacerdotes & Eccleſiæ Præſules dum ſuperbire in veſtitu & inſoleſcere

Sueton. in vita.c. 73.

geſtiunt, ſuperbiā & faſtiū ſuū oſtendere, non niſi lubricitatem ſpirare, caſtitatem prodegiſſe & ſuperbiæ ſimul & libidinis vexillum præferre.

Diogenis lepidum reſponsū. *Laercius lib.6.*

Quam ſcitè reſpondit Diogenes ad quæſtionē, quā iuuenculus quidā cōptulus & calamiſtratus, & fucato vultu & peregrini muris olens pellicu-las proponebat, [Non tibi, inquit, prius reſponſurus ſum quàm ſublatis veſtibus oſtenderis vtrū maſculus ſis an femina. [Philoſophos hoc ad omnes omninò mortales mollitiem ſpirātes retulit, ipſe de ſacerdotibus duntaxat & Epiſcopis dicam, illos, cum calamiſtrati, cincinnati & compti in publicum prodeunt, effeminatum & abiectum, nō verò heroicū & virilē animū pręferre.

Lib.2.Pædag.c.10. Lacedæmoniorū' inſtitutū.

Lacedæmonios celebrat Clemens Alexandrinus, quod ſolis meretricibus & Lenis veſtes fucatas & elegantiores ferre permitterēt. Recta profectò conſuetudo & laudabilis; nam veſtis lautior & exquiſitior virum honeſtum non redolet, ſed impudentiam & laſciuiam animi arguit.

Lib.12.c.6. Item Syracuſanorum.

Syracuſani lege etiā publica, teſte Athenęo cauerant, ne quis diſſolutionē aliquā aut luxū veſtitu oſtēderet, niſi ſe mœchum aut cinędum publicè declararet. An non Gētilium hæc inſtituta pudorem vobis incutiūt Sacerdotes? an non vos inquā pudeat ita veſte laſciuire, tā indecora indumenta geſtare? oſtenditis profectò infames vos eſſe, impudentes, effrontes, & omnem honorem pudoremque pedibus proculcaſſe.

Epiſt.42.

Sanctus etiam Bernardus de hoc Sacerdotum in veſtibus luxu loquens, ait, [Cernitur in nōnullis Sacerdotibus veſtiū cultus plurimus, virtutū autē nullus aut exiguus.] Hæc mūdi dementia & ſuperbia eſt, verum tamen plurimos hodie Sacerdotes veſtibus magnatibus perſimiles videre eſt, virtute verò ſcurris.

Idem

Idem quoque, eodem loco hanc Eccleſię calamitatem deplorans ait, [Verum tu Sacerdos Dei Altiſſimi, cui ex his placere geſtis, mundo an Deo? ſi mundo, cur Sacerdos? ſi Deo, cur qualis populus, talis & Sacerdos &c.] Dicere vult pium Sacerdotem, qui ſoli Deo placere deſiderat, inſtar populi veſtiri non debere; qui verò mundo placere & ſuperbire in veſtitu voluerit, Sacerdotali dignitate abſtinere debere.

Sacerdos qui Deo placere velit, in veſte non ſit luxurioſus.

[Sacerdotes & Diaconi, inquit Pōtifex Zacharias, ſęcularem habitum non geſtent, neu ſine tunica vel veſte oblonga incedant: nam ſicut mulier orans in Eccleſia, non velato capite deturpat caput ſuum, iuxta Apoſtoli uocem: ita Sacerdos ſine operimento deturpat Sacerdotium ſuum:] Comparatio hęc & decretum Pontificium dicere volunt, Sacerdotem parùm cordatum numquam niſi ſacros & Sacerdotio conuenientes veſtes ferre oportere.

21.q.4.c. Epiſcopi. Sacerdos numquā ſine tunica incedat.

Leo quoque Papa eumdem feriēs ſcopum, nefas eſſe, imo indecorum ait, Sacerdotes ſine Sacerdotali habitu extra domos apparere, ne quas ſæcularium iniurias patiantur. Eſt enim longè indecentiſſimū, & ſcandalum pariēs, Sacerdos aulico ritu veſtitus, & peregrinum ſchema præferens.

Leo.4.21. q.4.c.eod.

Iure etiam Canonico ſtatutum, vt ſi Sacerdos in veſtitu exceſſiſſe comperiatur, per ſex menſes à perceptione fructuum quos obtinet, ſit eo ipſo ſuſpenſus. Cum vero Eccleſia tam ſeuerè in luxum veſtium animaduertat, euidens argumentum eſt, non exiguum hic peccatum delitescere.

Clem. 2. de vita et honeſt. cler.

In Apolog. Exterior ſuperfluitas ſignū vanitatis interioris.

Dixit olim Bernardus, veſtium luxum, pompā & ſplendorē, & omnē exteriorē ſuperfluitatē interioris vanitatis indicium eſſe. Et verū dixit, nam qui

nam quicumque in veſte ſplendidus & effuſus eſt, in moribus ſe etiam leuem, lubricum & inſolentem eſſe declarat; omniſque ille exterior ornatus & ſuperfluitas internam imperfectionẽ declarat.

Ad Nepotian. [Ornatus,] inquit Hieronymus, [& ſordes pari modo fugiẽdæ; quia alterũ delicias, alterũ gloriã redolet,] Egregiũ documentum, Sacerdotes, non eſſe vobis veſtes curioſè nimis & laſciuè componendas, imo nec veſtiũ cultum negligendũ, ſordeſque affectandas; virtus ſiquidẽ mediocritatẽ amat, in extremis vitiũ ſitum eſt. Veſtis igitur veſtra christiana ſit, honeſta, non verò exquiſita; luxum & vanitatẽ fugite, ac videte ne quod per diſſolutionem veſtitus mundo ſcandalum afferatis, ſimulque Eccleſiam deſtruatis.

CAPVT XIV.

Sacerdotes alijs ne ſint ſcandalo.

Exod. 21. Scandalũ puteus in quẽ alij præcipitãtur. IN lege Moſaica hòc decretum tulit Deus, [Si quis aperuerit ciſternam & foderit, & nõ operuerit eam, cecideritque bos aut aſinus in eam, reddet Dominus ciſternæ pretium iumẽtorum,] &c. ſcandalum puteus eſt Sacerdotes, & vorago, inquam miſelli peccatores velut aſini præcipitant; quicumque verò ipſum aperit, neu quamprimum operit, omnium animarum quæ in eodem ſubmerguntur, & in idem peccatum delabuntur, rationem coram Deo reddet.

2. *Reg.* 12. Dauid corripitur quod peccando alijs ſcandalo fuerit. [Nathan Propheta cùm Dauidẽ de admiſſo peccato corriperet, eiuſque delictum caſtigaret, ſcandalum imprimis quod ſubditis & gentibus dederat, in eo reprehendit [Quoniam blaſphemare feciſti nomẽ Domini.] Sacerdotes, qui reges

quidam

quidam ſunt, cum peccatum aliquod committunt, et aliis ſcandalo ſunt, improbi ac nefarij dici queunt, à Deoque et prophetis corripi merentur.

[Si Sacerdos, ait in Leuitico Moſes, qui vnctus eſt peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato ſuo vitulū immaculatū Deo.] De ſcandalo hic ſermo habetur: cum enim Sacerdotes crimen aliquod incurrunt, omnibus fidelibus in cauſa ſunt, vt in eadem peccata præcipites ferantur, cum verò hoc acciderit, Deum mox orent veniam, ſcandalum aboleant, et ſacrificiis pœnitentiæ huiuſmodi delicta expient.

Sacerdos peccans ceteros peccato inuoluit. *Leuit.* 4.

De homine qui cęteris ſcandalo foret loquens Propheta, lacrymans dicebat, [Aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.] Prophetia hæc de Sacerdotibus ſcandalum dantibus intelligenda eſt; et diſſoluti Sacerdotes ſunt, qui vitæ ſuæ inhoneſtate et improba agendi ratione fratribus ſuis Chriſtianis ſcandalo ſunt, et Eccleſiæ matris filios offendunt. Quare meritò de his omnes expoſtulant et indignantur.

Prophetia Dauidis aduerſus Sacerdotes offēdiculum dantes. *Pſal.* 49.

Dauid, qui ex ouium paſtore totius Iudæ Rex conſtitutus eſt, preces ſuas Deo offerens nihil ab eo ardentius poſtulabat, quam ſe vt ab improborum ſcandalo tueretur; [Et a ſcandalis operantium iniquitatem.] Nihil enim periculoſius, nihil metuendum magis, quam iniquitatem et ſcandalum peccantium, ac præſertim clericorum et Eccleſiaſticorum.

Pſal. 140.

Aduerſus ſæculi ſui Sacerdotes inſurgens Malachias Propheta ait, [Vos receſſiſtis de via & ſcandalizaſtis plurimos de lege, irritum feciſtis

Malach. 2.

pactum Domini.] Idem de diſſolutis & dyſcolis æui noſtri Sacerdotibus ac Religioſis dicere licet : Vos receditis de via recta, irritum facitis pactum Domini, & præcepta illius violatis imò & plurimos ſcandalizatis.

Impij, ait alius quidam Propheta, varijs me affixere moleſtijs; omnis eorum iniquitas Martyria mihi & afflictiones fuere, [Iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi,] id eſt, ad ſingulos paſſus & greſſus meos, ſcandalo mihi & offendiculo fuerunt, & eorum nequitia in via me mea offendit. Propheticum hunc verſum de ſacerdotibus diſſolutis intelligo, illi enim ſunt, qui iuſtos & pios in huius vitæ itinere offendunt, iiſq. moleſtiam adferunt.

Pſal. 129.

1. Reg. 2. ex tranſlatione Sancti Greg. ibid. c. 3.

Libro primo Regum ſcriptum eſt, iuxta Magni Gregorii expoſitionem, [Sacerdos peccauerit quis orabit pro eo?] De peccato ſcandali hoc imprimis intelligendum, quod non in Sacerdotibus adeò graue eſt; nullus vt patronus & exorator reperiri queat, qui gratiam ei impetret & veniam obtineat.

Ierem. 23

Ieremias mundi calamitates & mala recenſens & deplorans, Scandala Sacerdotum imprimis ſugillat, [A Prophetis Ieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram &c.] Quod Ieremias de Ieroſolymitanis olim Prophetis dixit, ipſe de Eccleſiæ noſtræ Sacerdotibus dicere potius poſſe videor; ab ijs enim, proh dolor! omnis quę hodie per mundum dominatur iniquitas ac pollutio, originem trahit: illorum peccata & ſcandala prima ruinæ regnorum origo ſunt & cauſa.

Deplorat Ieremias Sacerdotum ſcandala.

Idem quoque Ieremias ſuſpirans, & lamentans, & non ſine lacrymis admirans ait, [Quomodo

modo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij,in capite omnium platearum.] Tunc verò, Sacerdotes, aurum obſcuratur,cum vita veſtra diſſoluta & polluta eſt, tunc color & ſplendor immitatur, quando alijs non bono exemplo, ſed ſcandalo eſtis: tunc lapides ſanctuarij per compita & plateas diſperguntur,quando vos qui lapides Eccleſiæ, Deum publicè offendentes, & proximum ſcandalizantes,Sacerdotio infamiæ notam inuritis & ignominiæ maculam affricatis. *Thren. 4.*

[Commixti ſunt,inquit, inter gentes & didicerunt opera illorum; & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum.] Eſt Sanè non mediocre ſcandalum, quando Sacerdotes inhoneſtè & diſſolutè viuunt,alijſque proinde ſcandalo ſunt, & offendiculo. *Pſal 105.*

Deus olim de ſcandalis & impietate Sacerdotum Iudææ agens,hoc modo locutus eſt, [Sacerdotes eius cõtẽpſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea.] Quam verò te hodie grauius Deus meus, Sacerdotes offendunt,quanroque potius de illis cõquereris, quam de Ieroſolymitanis; hi ſiquidem legẽ tuam contemnunt, altaria tua polluunt, Eccleſiam profanant, atque adeo vniuerſo mundo ſcandalo ſunt. *Ezech. 22*

Oſeas aduerſus Sacerdotum ſæculi ſui ſcandala detonans,hanc ad eos direxit apoſtrophem [Audite hæc Sacerdotes, & attendite domus Iſrael; & domus regis auſcultate; quia vobis iudicium eſto quoniam laqueus facti eſtis ſpeculatio ni, et rete expanſum] ad fidelium animas deſtruendas. O terribile vaticinium! vos hoc reſpicit Sacerdotes & docet,Deum vobis iraſci ac ſuccenſere, & illius vobis iudicia impendere, *Oſeas aduerſus ſæculi ſui ſcandala declamat.* *Oſee. 5.*

quòd impia et nefaria vita veſtra omnes deſtruatis, et in peccatorum veſtrorum laqueos perductos quam plurimos in exitium trahatis.

Sacerdotum diſſolutorum peccata in ſcriptura profunda dicunt.

Idem et alio loco exclamat, O rem indignã! [Propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius, inſania in domo Dei eius. Profundè peccauerunt.] Equidem eodem etiam modo exclamo, et meritò; cùm hodie Sacerdotes et ſui ipſorum et cęterorum fidelium ruinæ cauſa exiſtant: cumque in Eccleſia nonniſi diſſolutio et inſolentia appareant, profundè enim peccant et peccata illorum horrenda ſunt.

Dauid Iudæorum Rex cùm cognito peccato veniam a Deo poſtularet, veniamq. depoſceret, ei tamen in ſui purgationem ait, quod quamuis enorme ſuum peccatum eſſet, nemini tamen fuiſſet offendiculo; tam ſecretò enim ipſum commiſerat, vt præter ipſum ſolus Deus illius conſcius eſſet; dicens, [Tibi ſoli peccaui, et malum coram te feci,] nemoque ob delictum meum aliquod accepit ſcandalum. Sciebat ſcilicet pius ille Rex omnibus peccatis veniam deberi, ſed ſcandala miſericordia indigna eſſe; quamobrem Sacerdos facilius veniam ſperet delictorum, cum Deum dumtaxat offendit, quam dum diſſolutione ſua et laſciuia proximum offendit.

Pſal. 50.

Matt. 18

Dixit in Euangelio Dominus, [Væ homini per quem ſcandalũ venit, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius et demergatur in profundum maris.] Sacerdotes, Religioſi, Epiſcopi huc oculos et mentem aduertite, et credite maledictionem vos diuinam promereri, quando ſcandalum datis, et ſatius fore vos in mare demergi, quam malum dare exemplum.

Eleazar°.

Maluit Senex Eleazarus mortem ſubire grauiſſi-

uiſſimam, & cruciatibus effœtum & exhauſtum corpuſculum obijcere, bonum ſuis exemplum dando, quàm cum aliorum ſcandalo in libertate viuere, [Dicens præmitti ſe velle in infernum; non enim ætati noſtræ dignum fingere, vt multi adoleſcentes arbitrantes, Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum.] Strenuum hunc virum imitare anima mea, & vos Sacerdotes, collegæ mei chariſſimi, eumdem animum ſumite, ac cogitate, ſatius eſſe vitam perdere, & ad infernum vſq. deſcendere quàm fidelibus prauo exemplo & ſcandalo eſſe.

maluit in infernum dimitti quàm dare ſcādalum.

2. Mach. 6.

Idcirco ſcripſit Chryſoſtomus, tantum Religioſorum in fidelium animabus ſcandalum poſſe, vt Sacerdote peccante cæteri omnes ſequantur, & eamdem viam inſiſtant, [Ideo,] inquit, [vnuſquiſque Chriſtianorū pro ſuo peccato reddet rationem, Sacerdotes autē non ſolum pro ſuis, ſed & pro omnium peccatis reddent rationem.] Sacerdos igitur ſibi proſpiciat, cogitanſque ſe Deum offendendo, alios quoque offendere, meminerit, eſſe ſibi tum ſuorum tum aliorum peccatorum rationem reddendam.

Sacerdotū ſcādalum cauſa sūt cur alij peccent.

Homil. 38. in Matth.

[Qui vnum de minimis,] ait Hieronymus, Domini iudicio, [ſcandalizauerit, mola collo alligata præcipitabitur in profundum. quid his verò fiet, qui omnes ad peccandum pelliciunt?] Concludere igitur mecum vult, ſi is qui vnum etiam è minimis ſcandalizat, quamuis etiam Sacerdos non ſit, dignus ſit qui viuus in profundum demergatur; Sacerdotem & Religioſum, ſed vita ſua improba plurimos alios deſtruentem, longè grauius iudicium promereri, ac mortem crudeliorem.

In 17. c. Ezech.

Dice-

Dicebat Magnus Papa Gregorius, maximum quod rebuſpublicis & regnis accidere infortunium poteſt, eſſe Sacerdotem alios ſcandalizantem; quod ruinam & interitum afferat præſentiſſimum. [Maior,] inquit, [metuenda eſt locis illis calamitas, vbi tales interceſſores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in ſe magis iracundiam prouocant, quam per ſemetipſos placare debuerant.] Et verè nihil accidere prouinciæ alicui deterius ac calamitoſius poteſt, quàm Sacerdotes improbi & ſcandaloſi; ab his enim calamitas & ruina; tum parochiarum, tum vrbium naſci ſolet: vulnerato enim paſtore, quis ouibus medicinam adferet? quis populum cuſtodibus interfectis defendet? ecquis ex arbore cuius radix putrefacta, ſperari fructus poteſt?

Maxima reip. peſtis Sacerdotes improbi. *Epiſt.* 114 *lib.* 7.

Hanc ipſam calamitatem exaggerans Bonauentura exclamat, [Heu, heu, heu, Domine Deus, egreſſa eſt de ſenibus iniquitas, è iudicibus ſcilicet ſenioribus, qui populum tuum regere videbantur: Heu Domine, ipſi ſunt in perſecutione tua primi; qui videntur in Eccleſia tua primatũ dirigere & regere principatum.] Mihi exclamationes has cedo Bonauentura, tuas ego tua venia vſurpem interiectiones; hoc enim tẽpore vſu veniunt, cùm hodie nonniſi ſcandala Sacerdotum, Religioſorum & Præſulum conſpiciantur, & illi qui dignitate primi ſunt, in peccando & perſecutionibus Eccleſiæ primi etiam eſſe comperiantur.

S. Bonauentura inuehitur in Sacerdotes ſcãdaloſos.

Sicut, inquit Ambroſius, non adeo graue eſt in plano corruere, & in media area, quàm è ſummo montis vertice præcipitem labi; ita & caſus grauior, peccatum & ſcandalum Sacerdotũ qui in ſummo Eccleſiæ gradu collocati ſunt,

De dignit. Sacerd. c. 3.

quàm

quàm aliorum ſæcularium in ſimili poſitorum, non enim ſæcularium ſcandala adeò pernicioſa & exitioſa ſunt, quàm Sacerdotum; illi enim in plano corruunt; hi è ſublimi præcipitio.

Bene quoque dixit olim Gregorius, [Nemo in Eccleſia plus nocet, quàm qui peruerſè agens nomen vel ordinem ſanctitatis habet.] Opinioni illius ipſe ſuffragator accedo & credo, Sacerdotem diſſolutum & religioſum ſceleratum, Eccleſiæ tantum afferre damnum ac perniciem, quantum qui maximè. *1. p. paſt. c. 2. diſt. 83. cap.* Nemo tã tũ Eccleſiæ nocet ac Sacerdos improbus.

Idem etiam aliò loco ſcripſit, à nullo peccatore Deum magis irritari quàm à Sacerdote & Religioſo vitæ inhoneſtæ, & à nullo grauius & maius præiudicium tolerare. Sententia rariſſima. Ecquæ enim Deo iniuria eſt, ecquæ offenſa, illos exemplum peccandi eſſe, qui ad alios corrigendos, & in viam reducendos conſtituti ſunt. *eod. Hom. 17 in c. 10. Luc.*

[Nihil eſt,] ait Auguſtinus, [in hac vita & maximè hoc tempore facilius & lætius Epiſcopi aut presbyteri officio; ſed nihil apud Deum miſerius, & triſtius, & damnabilius, cum eodem non probe funguntur & alijs ſcandalo ſunt.] O ſtultitiam hominum! Quod vt felicitatem & bonum æſtimat mundus, coram Deo damnatio eſt & dedecus, quodque in hac vita magni fieri ſolet & honor reputari, apud Deum & opprobrium & miſerum habetur. Quare ſi Sacerdotes, qui hoc in mundo ab omnibus honorantur, inhoneſtè viuunt, æternæ damnationi in altero inuoluentur. *Epiſt. 28. diſt. 40. ante omnia.*

(∴)

CA-

CAPVT XV.

Sacerdotes ne ſint prauaricatores.

VEtuit olim Deus Sacerdotes vinum, acetum, & quidquid inebriare hominem ſolet, bibere, [Acetum ex vino & ex qualibet potione, & quidquid de vua exprimitur, non bibent.] Docet myſterium, Sacerdotem Dei nullum admittere delictum oportere, etiam minima, ſunt enim acetum & potio animam inebriare nata.

Num. 6.

Leuit. 4. In Leuitico ſcriptum eſt, peccatum Sacerdotis adeo eſſe graue, ac totius populi & reip. ambo enim idem pro delicto ſuo ſacrificium offerebant, [Si Sacerdos qui vnctus eſt peccauerit delinquere faciens populum.] Vnde eruo Sacerdotem & Religioſum ab omni liberum eſſe peccato debere. Illorum enim peccata omnibus totius reip. peccatis æquipollent, & Sacerdos vitam improbam inſtituens tam grauiter Deum offendit, quàm reſp. quædam & communitas peccatum admittens.

Sacerdotis peccatum æquipollet delicto vniꝰ reip.

Mat. 5. In Euangelio Dominus ait, [Niſi iuſtitia veſtra abundauerit pluſquam ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.] Apoſtolos eorumq. ſucceſſores Sacerdotes monitos volebat, ab omni illos peccato exemptos eſſe debere, perfectioni ſtudere, virtutum exercitio incumbere, & cæteros meritis præcellere.

[Si ſal euanuerit,]ait eodẽ loco,[in quo ſalietur Ad nihilũ valet vltrà, niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus.]Tũ verò ſal euaneſcit, cũ Sacerdotes peccatum committunt, & tum ad nihilum valent vltrà, niſi vt extra Ec-

Sacerdos ſal mũdi.

clefiam

cleſiam eijciantur,& omnium pedibus proterantur,omnibus denique ludibrio ſint? Quare omni culpa vacent oportet & corruptione, cùm ſal ſint mundi.

[Nemini dantes vllam offenſionem,vt non vituperetur miniſterium noſtrum,] ait Apoſtolus. Tunc Sacerdos nemini vllam dat offenſionem, cùm ſine peccato viuit,ſola enim virtus Sacerdotium laudabile reddit;&peccatum,contéptibile. *2. Cor. 6.*

[Non mediocris,] inquit Ambroſius, [virtus Sacerdotalis eſt:cui cauendum non ſolū ne grauioribus vitijs ſit affinis, ſed ne minimis quidē.] Dicere vult,paucis vt complectar, Sacerdotē & religioſum omnia omnino peccata vitare debere,& vitam penitus innocentem traducere, *Li.10. Epiſt.82.*

Quare etiam benè conſulit Concilium Tridētinum,[Leuia delicta quæ in Sacerdotibus maxima eſſent,effugiant Sacerdotes,vt eorum actiones cunctis afferant venerationem,]&c. Spiritus ſanctus Concilio huic præſidens hic innuere volebat, Sacerdotes ab omni eſſe mundos peccato debere; quæ enim in alijs leuia & parui eſſe momenti videntur, in vita Religioſa & Eccleſiaſtica magna ſunt & enormia: cùm verò ſine peccato fuerint,ab omnibus coluntur, & honorantur, at cum vitioſi & ſceleribus ſe contaminant, omnium ſannis excipiuntur & contemnuntur. *Seſs. 22.c. 1. de refo.*

Idem quoq. Bernardus ait,[Mens Deo dicata, ſic caueat minora vitia vt maiora, quia à minimis incipiunt,qui in maiora currunt.] Cum verò,Deus meus,ad Sacerdotium vocaueris,præſta vt maiora non minùs,quàm minora euitem, peccata enim minora,& riuuli exigui maiorum delictorum origo ſunt & torrentium iniquitatis ſcaturigo. *De or. vit.*

Quod

immunda ſunt, viles & mechanici habentur; ſi vero honeſta & nitida, vt Prophetæ ſuſpiciuntur.

Dauid cilicium geſtabat. *Pſal. 68.* Denique Sacerdos vti nec ſordidam, ita nec ſplendidam ſuperbamque veſtem geſtare debet, neu eadem inſoleſcere, at regium Prophetam imitari, qui cum quotidie oſtro & purpura ſplendeſcere poſſet, cilicium ferre maluit; quare omnem mundi vanitatem peroſus dicebat, [Poſui veſtimentum meum cilicium.] O veſtem regiam, o paludamentum ſplendidum, cum Sacerdotes cilicium ad renes accingunt, in eoque glorianturi?

Hebr. 11. Apoſtolus veteris teſtamenti viros magnos & eximios dilaudans, a veſtium ſimplicitate imprimis eos deprædicat, quod pellibus caprinis & camelinis accincti per deſerta, ſolitudines, & ſpelúcas vagarétur, [Errauerũt in melotis, in pellibus caprinis.] Illi vero Sacerdotes laude digni ſunt, & veteres deſerti incolas imitantur, qui ſimplici induti veſte honeſta tamen, per mundi huius deſertum vagantur.

Bruſon. li. 3. c. 13. *Apocaly. 18.* Imperator Seuerus honeſta & modeſta contentus veſte, tantam modeſtiam demirantibus dicebat, Imperatoria maieſtas virtute conſtant, non corporis cultu.] Ita Eccleſiaſtica dignitas & Prælatorum ac Sacerdotum maieſtas in virtute, decoro, religione, non in vanitate et habitus ſplendore alijſque vanitatibus conſiſtit.

Meretrix Apocalypſeos ob veſtium delicias condemnata. In condemnatione meretricis Apocalypticæ dictum eſt, [Quantum ſe glorificauit, et in delicijs fuit, tantum date illi tormentum.] Hinc diſcant Sacerdotes mali et glorioſi, quantum hic in togis et veſtibus ſe iactarint ac ſuperbierint, tantum in altero ſæculo caſtigandos ſe, &

poni-

puniendos. Notate hoc delicatuli, voſque animi lubrici & laſciui.

Philippus Macedo cùm videret Antipatrum quem præfectum alicuius loci conſtituerat, capillos tinxiſſe, & barbam mentitum, à dignitate illũ amouit dicens, [Qui in capillis fidelis non eſſet, eum in rebus gerendis non videri dignum cui fideretur.] Quod Princeps ille de iniquo & corrupto præfecto, ipſe de nefario Sacerdote potiùs mihi dicere poſſe videor, illum ſcilicet, qui crines & barbam adulterat, & veſtem ſplendidam geſtat, dignum eſſe qui ab officio deponatur & beneficio priuetur. Qui enim in veſte fidus non eſſet & ſincerus, nec in animarum ſalute procuranda futurus videtur. [Præſules glorioſi deponi merẽtur. *Eraſm. lib.* 4. *Apophth.*]

Cæſar Octauius cum videret filiam Iuliam ſuperbis & ſplendidis indutam veſtibus, eam acriter corripuit; quare cum poſtridie ſepoſito luxu modeſtiam quadam in veſtitu prætuliſſet, ait; [Quãto probabilior eſt hic cultus tam honeſtus in filia Auguſti?] Imperatoris hoc apophthegma vt in rem meam uſurpem, dico, omnes non mediocriter offendi, cum Sacerdotes & paſtores tam ſplendidè veſtiti Eccleſiam ingrediuntur vt aulam redoleant, ideoque omnes ſcandolo eſſe: cum uerò ſine vlla vanitate & ſuperbia modeſtiam in veſtitu præferunt, veros ſe Dei filios & ſummi Patris amicos, quales omnes Sacerdotes ſunt, oſtendere. *Macrob. Saturn. c.* 73.

Idem quoque Imperator luxum omnem & vanitatem auerſatus dicere ſolebat, [veſtitus inſignis ac mollis ſuperbiæ vexillum eſt, nidusque luxuriæ.] Digna ſummo Imperatori ſententia, cui innitens aſſero, Sacerdotes & Eccleſiæ Præſules dum ſuperbire in veſtitu & inſoleſcere *Sueton. in vita. c.* 73.

Ff gestiunt

geſtiunt, ſuperbiā & faſtiū ſuū oſtendere, non niſi lubricitatem ſpirare, caſtitatem prodegiſſe & ſuperbiæ ſimul & libidinis vexillum præferre.

Diogenis lepidum reſponsū. *Laercius lib.6.* Quam ſcitè reſpondit Diogenes ad quæſtionē quā iuuenculus quidā cōptulus & calamiſtratus, & fucato vultu & peregrini muris olens pellicu-las proponebat, [Non tibi, inquit, prius reſponſurus ſum quàm ſublatis veſtibus oſtenderis vtrū maſculus ſis an femina.] Philoſophos hoc ad omnes omninò mortales mollitiem ſpirātes retulit, ipſe de ſacerdotibus duntaxat & Epiſcopis dicam, illos, cum calamiſtrati, cincinnati & compti in publicum prodeunt, effeminatum & abiectum, nō verò heroicū & virilē animū pręferre.

Lib.2.Paedag.c.10. Lacedæmoniorū inſtitutū. Lacedæmonios celebrat Clemens Alexandrinus, quod ſolis meretricibus & Lenis veſtes fucatas & elegantiores ferre permitteret. Recta profectò conſuetudo & laudabilis; nam veſtis lautior & exquiſitior virum honeſtum non redolet, ſed impudentiam & laſciuiam animi arguit.

Lib.12.c.6. Syracuſani lege etiā publica, teſte Athenęo cauerant, ne quis diſſolutionē aliquā aut luxū veſtitu oſtēderet, niſi ſe mœchum aut cinędum publicè declararet. An non Gētilium hæc inſtituta pudorem vobis incutiūt Sacerdotes? an non vos inquā pudeat ita veſte laſciuire, tā indecora indumenta geſtare? oſtenditis profectò infames vos eſſe, impudentes, effrontes, & omnem honorem pudoremque pedibus proculcaſſe.

Item Syracuſanorum.

Epiſt.42. Sanctus etiam Bernardus de hoc Sacerdotum in veſtibus luxu loquens, ait, [Cernitur in nōnullis Sacerdotibus veſtiū cultus plurimus, virtutū autē nullus aut exiguus.] Hæc mūdi dementia & ſuperbia eſt, verumtamen plurimos hodie Sacerdotes veſtibus magnatibus perſimiles videre eſt, virtute verò ſcurris.

Idem

Idem quoque,eodem loco hanc Eccleſię calamitatem deplorans ait,[Verum tu Sacerdos Dei Altiſſimi, cui ex his placere geſtis, mundo an Deo? ſi mundo,cur Sacerdos? ſi Deo,cur qualis populus,talis & Sacerdos &c.] Dicere vult pium Sacerdotem, qui ſoli Deo placere deſiderat, inſtar populi veſtiri non debere; qui verò mundo placere & ſuperbire in veſtitu voluerit,Sacerdotali dignitate abſtinere debere.

Sacerdos qui Deo placere velit, in veſte non ſit luxurioſus.

[Sacerdotes & Diaconi, inquit Pōtifex Zacharias,ſęcularem habitum non geſtent,neu ſine tunica vel veſte oblonga incedant: nam ſicut mulier orans in Eccleſia,non velato capite deturpat caput ſuum, iuxta Apoſtoli uocem: ita Sacerdos ſine operimento deturpat Sacerdotium ſuum:] Comparatio hęc & decretum Pontificium dicere volunt, Sacerdotem parùm cordatum numquam niſi ſacros & Sacerdotio conuenientes veſtes ferre oportere.

21.q.4.c. Epiſcopi.

Sacerdos numquā ſine tunica incedat.

Leo quoque Papa eumdem feriēs ſcopum,nefas eſſe,imo indecorum ait,Sacerdotes ſine Sacerdotali habitu extra domos apparere, ne quas ſæcularium iniurias patiantur. Eſt enim longè indecentiſſimū, & ſcandalum pariēs,Sacerdos aulico ritu veſtitus, & peregrinum ſchema præferens.

Leo.4.21.q.4.c.eod.

Iure etiam Canonico ſtatutum, vt ſi Sacerdos in veſtitu exceſſiſſe comperiatur, per ſex menſes à perceptione fructuum quos obtinet, ſit eo ipſo ſuſpenſus. Cum vero Eccleſia tam ſeuerè in luxum veſtium animaduertat, euidens argumentum eſt, non exiguum hic peccatum deliteſcere.

Clem. 2. de vita et honeſt. cler.

In Apolog.

Exterior ſuperfluitas ſignū vanitatis interioris.

Dixit olim Bernardus, veſtium luxum, pompā & ſplendorē, & omnē exteriorē ſuperfluitatē interioris vanitatis indicium eſſe. Et verū dixit,

nam quicumque in veſte ſplendidus & effuſus eſt, in moribus ſe etiam leuem, lubricum & inſolentem eſſe declarat; omniſque ille exterior ornatus & ſuperfluitas internam imperfectionē declarat.

Ad Nepotian. [Ornatus,] inquit Hieronymus, [& ſordes pari modo fugiēdæ; quia alterū delicias, alterū gloriā redolet,] Egregiū documentum, Sacerdotes, non eſſe vobis veſtes curioſè nimis & laſciuè componendas, imo nec veſtiū cultum negligendū, ſordeſque affectandas; virtus ſiquidē mediocritatē amat, in extremis vitiū ſitum eſt. Veſtis igitur veſtra chriſtiana ſit, honeſta, non verò exquiſita; luxum & vanitatē fugite, ac videte ne quod per diſſolutionem veſtitus mundo ſcandalum afferatis, ſimulque Eccleſiam deſtruatis.

CAPVT XIV.

Sacerdotes alijs ne ſint ſcandalo.

Exod. 21. Scandalū puteus in quē alij præcipitatur. IN lege Moſaica hòc decretum tulit Deus, [Si quis aperuerit ciſternam & foderit, & nō operuerit eam, cecideritque bos aut aſinus in eam, reddet Dominus ciſternæ pretium iumētorum,] &c. ſcandalum puteus eſt Sacerdotes, & vorago, inquam miſelli peccatores velut aſini præcipitant; quicumque verò ipſum aperit, neu quamprimum operit, omnium animarum quæ in eodem ſubmerguntur, & in idem peccatum delabuntur, rationem coram Deo reddet.

2. Reg. 12. Dauid corripitur quod peccando alijs ſcandalo fuerit. [Nathan Propheta cùm Dauidē de admiſſo peccato corriperet, eiuſque delictum caſtigaret, ſcandalum imprimis quod ſubditis & gentibus dederat, in eo reprehendit [Quoniam blaſphemare feciſti nomē Domini.] Sacerdotes, qui leges

quidam ſunt, cum peccatum aliquod committunt, et aliis ſcandalo ſunt, improbi ac nefarij dici queunt, à Deoque et prophetis corripi merentur.

[Si Sacerdos, ait in Leuitico Moſes, qui vnctus eſt peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato ſuo vitulū immaculatū Deo.] De ſcandalo hic ſermo habetur: cum enim Sacerdotes crimen aliquod incurrunt, omnibus fidelibus in cauſa ſunt, vt in eadem peccata præcipites ferantur, cum verò hoc acciderit, Deum mox orent veniam, ſcandalum aboleant, et ſacrificiis pœnitentiæ huiuſmodi delicta expient. Sacerdos peccans ceteros peccato inuoluit. *Leuit.* 4.

De homine qui ceteris ſcandalo foret loquens Propheta, lacrymans dicebat, [Aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.] Prophetia hæc de Sacerdotibus ſcandalum dantibus intelligenda eſt; et diſſoluti Sacerdotes ſunt, qui vitæ ſuæ inhoneſtate et improba agendi ratione fratribus ſuis Chriſtianis ſcandalo ſunt, et Eccleſiæ matris filios offendunt. Quare meritò de his omnes expoſtulant et indignantur. Prophetia Dauidis aduerſus Sacerdotes offēdiculum dantes. *Pſal.* 49.

Dauid, qui ex ouium paſtore totius Iudæ Rex conſtitutus eſt, preces ſuas Deo offerens nihil ab eo ardentius poſtulabat, quam ſe vt ab improborum ſcandalo tueretur; [Et a ſcandalis operantium iniquitatem.] Nihil enim periculoſius, nihil metuendum magis, quam iniquitatem et ſcandalum peccantium, ac præſertim clericorum et Eccleſiaſticorum. *Pſal.* 140.

Aduerſus ſæculi ſui Sacerdotes inſurgens Malachias Propheta ait, [Vos receſſiſtis de via & ſcandalizaſtis plurimos de lege, irritum feciſtis *Malach.* 2.

pactum Domini.] Idem de diſſolutis & dyſcolis æui noſtri Sacerdotibus ac Religioſis dicere licet: Vos receditis de via recta, irritum facitis pactum Domini, & præcepta illius violatis imò & plurimos ſcandalizatis.

Pſal. 129. Impij, ait alius quidam Propheta, varijs me affixere moleſtijs; omnis eorum iniquitas Martyria mihi & afflictiones fuere, [Iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi,] id eſt, ad ſingulos paſſus & greſſus meos, ſcandalo mihi & offendiculo fuerunt, & eorum nequitia in via me mea offendit. Propheticum hunc verſum de ſacerdotibus diſſolutis intelligo, illi enim ſunt, qui iuſtos & pios in huius vitæ itinere offendunt, iiſq. moleſtiam adferunt.

1. *Reg.* 2. *ex tranſlatione Sancti Greg. ibid. c.* 3. Libro primo Regum ſcriptum eſt, iuxta Magni Gregorii expoſitionem, [Sacerdos peccauerit quis orabit pro eo?] De peccato ſcandali hoc imprimis intelligendum, quod non in Sacerdotibus adeò graue eſt, nullus vt patronus & exorator reperiri queat, qui gratiam ei impetret & veniam obtineat.

Ierem. 23 Ieremias mundi calamitates & mala recenſens & deplorans, Scandala Sacerdotum imprimis ſugillat, [A Prophetis Ieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram &c.] Quod Ieremias de Ieroſolymitanis olim Prophetis dixit, ipſe de Eccleſiæ noſtræ Sacerdotibus dicere potius poſſe videor; ab ijs enim, proh dolor! omniſque hodie per mundum dominatur iniquitas ac pollutio, originem trahit: illorum peccata & ſcandala prima ruinæ regnorum origo ſunt & cauſa.

Deplorat Ieremias Sacerdotum ſcandala.

Idem quoque Ieremias ſuſpirans, & lamentans, & non ſine lacrymis admirans ait, [Quomodo

modo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij, in capite omnium platearum.] Tunc verò, Sacerdotes, aurum obſcuratur, cum vita veſtra diſſoluta & polluta eſt, tunc color & ſplendor immitatur, quando alijs non bono exemplo, ſed ſcandalo eſtis: tunc lapides ſanctuarij per compita & plateas diſperguntur, quando vos qui lapides Eccleſiæ, Deum publicè offendentes, & proximum ſcandalizantes, Sacerdotio infamiæ notam inuritis & ignominiæ maculam affricatis. *Thren.* 4.

[Commixti ſunt, inquit, inter gentes & didicerunt opera illorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum.] Eſt ſanè non mediocre ſcandalum, quando Sacerdotes inhoneſtè & diſſolutè viuunt, alijſque proinde ſcandalo ſunt, & offendiculo. *Pſal* 105.

Deus olim de ſcandalis & impietate Sacerdotum Iudææ agens, hoc modo locutus eſt, [Sacerdotes eius cōtēpſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea.] Quam verò te hodie grauius Deus meus, Sacerdotes offendunt, quantoque potius de illis cōquereris, quam de Ieroſolymitanis; hi ſiquidem legē tuam contemnunt, altaria tua polluunt, Eccleſiam profanant, atque adeo vniuerſo mundo ſcandalo ſunt. *Ezech.* 22.

Oſeas aduerſus Sacerdotum ſæculi ſui ſcandala detonans, hanc ad eos direxit apoſtrophem [Audite hæc Sacerdotes, & attendite domus Iſraël; & domus regis auſcultate; quia vobis iudicium eſto quoniam laqueus facti eſtis ſpeculatio ni, et rete expanſum] ad fidelium animas deſtruendas. O terribile vaticinium! vos hoc reſpicit Sacerdotes & docet, Deum vobis iraſci ac ſuccenſere, & illius vobis iudicia impendere, *Oſeas aduerſus ſæculi ſui ſcandala declamat.* *Oſee.* 5.

quòd impia et nefaria vita veſtra omnes deſtrua tis,et in peccatorum veſtrorum laqueos perductos quam plurimos in exitium trahatis.

Sacerdotum diſſolutorum peccata in ſcriptura profunda dicunt.

Idem et alio loco exclamat, O rem indignã! [Propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius, inſania in domo Dei eius. Profundè peccauerunt.] Equidem eodem etiam modo exclamo, et meritò; cùm hodie Sacerdotes et ſui ipſorum et cęterorum fidelium ruinæ cauſa exiſtant: cumque in Eccleſia nonniſi diſſolutio et inſolentia appareant, profundè enim peccant et peccata illorum horrenda ſunt.

Pſal. 50.

Dauid Iudæorum Rex cùm cognito peccato veniam a Deo poſtularet, veniamq. depoſceret, ei tamen in ſui purgationem ait, quod quamuis enorme ſuum peccatum eſſet, nemini tamen fuiſſet offendiculo; tam ſecretò enim ipſum commiſerat, vt præter ipſum ſolus Deus illius conſcius eſſet; dicens, [Tibi ſoli peccaui, et malum coram te feci,] nemoque ob delictum meum aliquod accepit ſcandalum. Sciebat ſcilicet pius ille Rex omnibus peccatis veniam deberi, ſed ſcandala miſericordia indigna eſſe; quamobrem Sacerdos facilius veniam ſperet delictorum, cum Deum dumtaxat offendit, quam dum diſſolutione ſua et laſciuia proximum offendit.

Matt. 18

Dixit in Euangelio Dominus, [Væ homini p quem ſcandalũ venit, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius et demergatur in profundum maris.] Sacerdotes, Religioſi, Epiſcopi huc oculos et mentem aduertite, et credite maledictionem vos diuinam promereri, quando ſcandalum datis, et ſatius fore vos in mare demergi, quam malum dare exemplum.

Eleazar°.

Maluit Senex Eleazarus mortem ſubire grauiſſi-

niſſimam,& cruciatibus effœtum & exhauſtum corpuſculum obijcere, bonum ſuis exemplum dando, quàm cum aliorum ſcandalo in libertate viuere, [Dicens præmitti ſe velle in infernum; non enim ætati noſtræ dignum fingere, vt multi adoleſcentes arbitrantes, Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum.] Strenuum hunc virum imitare anima mea, & vos Sacerdotes, collegæ mei chariſſimi, eumdem animum ſumite, ac cogitate, ſatius eſſe vitam perdere, & ad infernum vſq. deſcendere quàm fidelibus prauo exemplo & ſcandalo eſſe. maluit in infernum dimitti quàm dare ſcãdalum. *2. Mach. 6.*

Idcirco ſcripſit Chryſoſtomus, tantum Religioſorum in fidelium animabus ſcandalum poſſe, vt Sacerdote peccante cæteri omnes ſequantur,& eamdem viam inſiſtant, [Ideo,] inquit, [vnuſquiſque Chriſtianorũ pro ſuo peccato reddet rationem, Sacerdotes autẽ non ſolum pro ſuis, ſed & pro omnium peccatis reddent rationem.] Sacerdos igitur ſibi proſpiciat, cogitanſque ſe Deum offendendo, alios quoque offendere, meminerit, eſſe ſibi tum ſuorum tum aliorum peccatorum rationem reddendam. Sacerdotũ ſcãdalum cauſa sũt cur alij peccent. *Homil. 38. in Matth.*

[Qui vnum de minimis,] ait Hieronymus, Domini iudicio, [ſcandalizauerit, mola collo alligata præcipitabitur in profundum. quid his verò fiet, qui omnes ad peccandum pelliciunt?] Concludere igitur mecum vult, ſi is qui vnum etiam è minimis ſcandalizat, quamuis etiam Sacerdos non ſit, dignus ſit qui viuus in profundum demergatur; Sacerdotem & Religioſum, ſed vita ſua improba plurimos alios deſtruentem, longè grauius iudicium promereri, ac mortem crudeliorem. *In 17. c. Ezech.*

Dice-

Dicebat Magnus Papa Gregorius, maximum quod rebuſpublicis & regnis accidere infortunium poteſt, eſſe Sacerdotem alios ſcandalizantem; quod ruinam & interitum afferat præſentiſſimum. [Maior,] inquit, [metuenda eſt locis illis calamitas, vbi tales interceſſores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in ſe magis iracundiam prouocant, quam per ſemetipſos placare debuerant.] Et verè nihil accidere prouinciæ alicui deterius ac calamitoſius poteſt, quàm Sacerdotes improbi & ſcandaloſi; ab his enim calamitas & ruina, tum parochiarum, tum vrbium naſci ſolet: vulnerato enim paſtore, quis ouibus medicinam adferet? quis populum custodibus interfectis defendet? ecquis ex arbore, cuius radix putrefacta, ſperari fructus poteſt?

Maxima reip. peſtis Sacerdotes improbi. *Epiſt.* 114 *lib.* 7.

Hanc ipſam calamitatem exaggerans Bonauentura exclamat, [Heu, heu, heu, Domine Deus, egreſſa eſt de ſenibus iniquitas, è iudicibus ſcilicet ſenioribus, qui populum tuum regere videbantur: Heu Domine, ipſi ſunt in perſecutione tua primi, qui videntur in Eccleſia tua primatū dirigere & regere principatum.] Mihi exclamationes has cedo Bonauentura, tuas ego tua venia vlurpem interiectiones; hoc enim tēpore vſu veniunt, cùm hodie nonniſi ſcandala Sacerdotum, Religioſorum & Præſulum conſpiciantur, & illi qui dignitate primi ſunt, in peccando & perſecutionibus Eccleſiæ primi etiam eſſe comperiantur.

S. Bonauentura inuehitur in Sacerdotes ſcādaloſos.

Sicut, inquit Ambroſius, non adeo graue eſt in plano corruere, & in media area, quàm è ſummo montis vertice præcipitem labi; ita & caſus grauior, peccatum & ſcandalum Sacerdotū qui in ſummo Eccleſiæ gradu collocati ſunt,

De dignit. Sacerd. c. 3.

quàm

quàm aliorum ſæcularium in ſimili poſitorum, non enim ſæcularium ſcandala adeò pernicioſa & exitioſa ſunt, quàm Sacerdotum; illi enim in plano corruunt; hi è ſublimi præcipitio.

Bene quoque dixit olim Gregorius, [Nemo in Eccleſia plus nocet, quàm qui peruerſè agens nomen vel ordinem ſanctitatis habet.] Opinioni illius ipſe ſuffragator accedo & credo, Sacerdotem diſſolutum & religioſum ſceleratum, Eccleſiæ tantum afferre damnum ac perniciem, quantum qui maximè.

1.p.paſt.c. 2.diſt. 83. cap.

Nemo tã tũ Eccleſiæ nocet ac Sacerdos improbus.

Idem etiam aliò loco ſcripſit, à nullo peccatore Deum magis irritari quàm à Sacerdote & Religioſo vitæ inhoneſtæ, & à nullo grauius & maius præiudicium tolerare. Sententia rariſſima. Ecquæ enim Deo iniuria eſt, ecquæ offenſa, illos exemplum peccandi eſſe, qui ad alios corrigendos, & in viam reducendos conſtituti ſunt.

eod. Hom. 17 in c. 10. Luc.

[Nihil eſt,] ait Auguſtinus, [in hac vita & maximè hoc tempore facilius & lætius Epiſcopi aut presbyteri officio; ſed nihil apud Deum miſerius, & triſtius, & damnabilius, cum eodem non probe funguntur & alijs ſcandalo ſunt.] O ſtultitiam hominum! Quod vt felicitatem & bonum æſtimat mundus, coram Deo damnatio eſt & dedecus, quodque in hac vita magni fieri ſolet & honor reputari, apud Deum & opprobrium & miſerum habetur. Quare ſi Sacerdotes, qui hoc in mundo ab omnibus honorantur, inhoneſtè viuunt, æternæ damnationi in altero inuoluentur.

Epiſt. 28. diſt 40. ante omnia.

(·:)

CA-

CAPVT XV.

Sacerdotes ne ſint præuaricatores.

Num. 6.

VEtuit olim Deus Sacerdotes vinum, acetum, & quidquid inebriare hominem ſolet, bibere, [Acetum ex vino & ex qualibet potione, & quidquid de vua exprimitur, non bibent.] Docet myſterium, Sacerdotem Dei nullum admittere delictum oportere, etiam minima, ſunt enim acetum & potio animam inebriare nata.

Leuit. 4.

Sacerdotis peccatum æquipollet delicto vni' reip.

In Leuitico ſcriptum eſt, peccatum Sacerdotis adeo eſſe graue, ac totius populi & reip. ambo enim idem pro delicto ſuo ſacrificium offerebant, [Si Sacerdos qui vnctus eſt peccauerit delinquere faciens populum.] Vnde ergo Sacerdotem & Religioſum ab omni liberum eſſe peccato debere. Illorum enim peccata omnibus totius reip. peccatis æquipollent, & Sacerdos vitam improbam inſtituens tam grauiter Deum offendit, quàm reſp. quædam & communitas peccatum admittens.

Mat. 5.

In Euangelio Dominus ait, [Niſi iuſtitia veſtra abundauerit pluſquam ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.] Apoſtolos eorumq. ſucceſſores Sacerdotes monitos volebat, ab omni illos peccato exemptos eſſe debere, perfectioni ſtudere, virtutum exercitio incumbere, & cæteros meritis præcellere.

Sacerdos ſal mũdi.

[Si ſal euanuerit,] ait eodẽ loco, [in quo ſalietur Ad nihilũ valet vltrà, niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus.] Tũ verò ſal euaneſcit, cũ Sacerdotes peccatum committunt, & tum ad nihilum valent vltrà, niſi vt extra Ec-

cleſiam

Digitized by Google

cleſiam eijciantur,& omnium pedibus proteran tur,omnibus denique ludibrio ſint. Quare omni culpa vacent oportet & corruptione, cùm ſal ſint mundi.

[Nemini dantes vllam offenſionem,vt non vi tuperetur miniſterium noſtrum,] ait Apoſtolus. Tunc Sacerdos nemini vllam dat offenſionem, cùm ſine peccato viuit,ſola enim virtus Sacerdotium laudabile reddit;&peccatum,contẽptibile. *2. Cor. 6.*

[Non mediocris,] inquit Ambroſius, [virtus Sacerdotalis eſt:cui cauendum non ſolũ ne grauioribus vitijs ſit affinis, ſed ne minimis quidẽ.] Dicere vult,paucis vt complectar, Sacerdotẽ & religioſum omnia omnino peccata vitare debere,& vitam penitus innocentem traducere, *Li. 10. Epiſt. 82.*

Quare etiam benè conſulit Concilium Tridẽtinum,[Leuia delicta quæ in Sacerdotibus maxima eſſent,effugiant Sacerdotes,vt eorum actiones cunctis afferant venerationem,]&c. Spiritus ſanctus Concilio huic præſidens hic innuere volebat, Sacerdotes ab omni eſſe mundos peccato debere;quæ enim in alijs leuia & parui eſſe momenti videntur, in vita Religioſa & Eccleſiaſtica magna ſunt & enormia: cùm verò ſine peccato fuerint,ab omnibus coluntur, & honorantur, at cum vitioſi & ſceleribus ſe contaminant, omnium ſannis excipiuntur & contemnuntur. *Seſſ. 22. c. 1. de refo.*

Idem quoq. Bernardus ait,[Mens Deo dicata, ſic caueat minora vitia vt maiora, quia à minimis incipiunt,qui in maiora currunt.] Cum verò, Deus meus,ad Sacerdotium vocaueris,præſta vt maiora non minùs,quàm minora euitem, peccata enim minora,& riuuli exigui maiorum delictorum origo ſunt & torrentium iniquitatis ſcaturigo. *De or. vit.*

Digitized by Google

Ho.8. in epiſto. 1. ad Cor. & ſer. de lenium pecca. periculis.

Quod etiam ſimilitudine ponit Chryſoſtomus, [Veſtis quæ ſcindi cœperit, neglecta tota diſcinditur, & tectum paucarum tegularum caſu contempto totam domum diruit.] qua comparatione oſtendere vult, non eſſe leuia & minora negligenda, ne in maiora procidamus, atque ipſe hinc efficio, Sacerdotem & clericum minima etiam delicta, & commiſſa fugere oportere; ſæpe enim neglectum paruum, extremorum, & maximorum eſt cauſa, & è paruis initijs grauiſſima ſæpè naſci mala ſolent.

Lib. 2. de ſũ. bo. c. 23.

Parua ad maiora nos deducunt.

Iſidorus etiam huc reſpicit dicens, [Dum facta quædam non grauia liberè & ſine metu committimus, ad peiora ſcelera & horrenda peccati conſuetudine labimur.] Egregia hæc verba propoſito adaptans, aſſero, Sacerdotibus omne eſſe peccatum fugiendum, parua enim contemnentes ad maiora paulatim deueniunt, quique exiguum committere non veretur, paulatim aſſuefactus in maiora præceps ruet.

In norma viuẽdi. c. 6.

Idem quoque bene beateqûe viuendi regulam præſcribens, dixit, eum qui verba non moderatur, ad vitia ſenſim deſcendere, quique exiguas tentationes non repellit ac cohibet, grauiori conflictui parare viam; minores namque culpæ maiorem generant; particulatim creſcunt vitia, & dum parua non cauemus, in magna prolabimur, & quæ prius vincere poteramus poſtea ſuperare non poſſumus. verba egregia, atque ſuccinctè demonſtrant Sacerdotibus & Religioſis omne iniquitatum & flagitiorum genus maximè minimorum, fugere debere; à minimis enim ad maiora deuenimus, paruaque neglecta ad grauiora & enormiora viam paulatim ſternunt.

Noli-

[Nolite,] ait Auguſtinus, [contemnere venialia, quia minima ſunt, at timete potius, quòd ſuperent numero: ſæpè enim minima animalcula quia numeroſa, damnum adferunt, nunquid nō minutiſſima ſunt grana arenæ? ſed ſi arenæ mul tum in nauem mittatur, mergit illam?] Sacerdotes hæc memoriæ inſculpant, & quantum poſſunt à venialibus abſtineant; quamuis enim parua ſint tamen iterata frequentius, maximum damnum adferunt, & animas ſubmergunt.

Lib. de decē cor. c. 11

Sacerdos peccata et fugiat venialia.

Idem quoque alio loco ait, quod quemadmodum guttis pluuialibus torrentes intumeſcunt, & ipſæ flumina etiam magna conſtituunt, quæ domos euertunt, & ſolo omnia æquant, ità quoque peccata venialia & leuia, maiorum criminum ſunt cauſa, quæ generali quadam diluuione domum Dei, id eſt Eccleſiam deijciunt, & animabus fidelium perniciem adferunt. Egregia comparatio Sacerdotes, qua docemini, peccata venialia etiam minima fugere, quoniam guttæ ſunt, quæ ſenſim creſcentes, torrentes quoſdam conſtituunt, quæ diluuium quoddam rabidum & vniuerſale cauſantur.

De decem cord. c. 11. *& tra.* 12. *in Ioan.*

Peccata venialia guttis cōparatur quæ torrētes cōſtituūt

Idem propemodum Iſidorus Hiſpalenſis ait, [Non ſolum, inquit, grauia, ſed & leuia lugenda ſunt peccata, multa enim leuia vnum grande efficiunt, & guttæ torrentem.] Docere & hic voluit Sacerdotes, vnum vt peccatum veniale non ſecus deplorent & lugeant, quàm enorme, quod fomes & incentiuum ſit maximorum.

Lib. de sū. bon. c. 18.

[Si peccando tibi ipſi adularis,] inquit Auguſtinus, [& dicis. paruum eſt peccatum meum, quod & ſanctiſſimi quoque vix fugere poſſent, ac ſine quibus vix hęc vita traducitur, Con-

gere minuta,& facient vnum aceruum, nam & grana minuta ſunt, & tamen maſſam faciunt.] Minima igitur peccata ne negligatis Sacerdotes, nam iterata & frequentata,maſſam conſtituunt, quæ vos perdat, deſtruat, & animam obruat: Sanctè igitur vita & penitus mundè traducenda eſt.

Lib. 6. de Sacerd. Ante Prophetarum tempora oſtendere volẽs Deus,peccata grauiora eſſe, & maioribus digna ſupplicijs, quæ Sacerdotes committerent, [quã quæ alij; mandat vt tantumdem pro Sacerdotibus, quantum pro vniuerſo populo ſacrificium offeratur.] Quod euidens eſt argumentum, Sacerdotes penitus ſanctos eſſe debere,quod dum peccant,peccata eorum grauiora ſint, & cęterorum hominum delictis præponderent, nõ quod natura grauiora ſint, ſed propter Sacerdotis quĩ commiſit dignitatem & ſtatum.

25. queſ. 1. ca. Nulli. Dixit etiam Papa Hilarius, [Reatu maiore delinquit,qui potiore honore perfruitur,& grauiora facit vitia peccatorum,ſublimitas peccantiũ.] Dicere volebat, Sacerdotes & Religioſos, quo honore, dignitate & magnitudine magis cęteris præſtant,eò etiam peccare grauius, eorumq. delicta enormiora: peccati enim grauitas ad peccãtis dignitatem commenſuratur.

Lib. 2. de conſidera. Inter ſæculares,]ait Bernardus,[nugæ, nugæ ſunt,in ore Sacerdotum blaſphemiæ,] Sacerdotes docet peccare grauiùs,quam ſæculares, quia quod in ſæculari nonniſi veniale eſt,in illis mortale eſt & letale.

Lib. 11. cõment. Sacerdotes,]ait Pius Papa II.[quorũ vita velut ſpeculũ inferioribus eſt,non ſolum à malis operibus abſtinere,ſed oĩa declinare cõuenit,quę quoquo modo prę ſe ſpeciẽ mali ferunt.] Beatus

ille

ille Religioſus, hoc modo qui vitam inſtituit qui que ſibi proponit, multa eſſe licita ſæcularibus quæ Eccleſiaſticos fugere par ſit, quodque exiguum & parum in laico videtur, in ſtatu Eccleſiaſtico grauiſſimum & ſingulare eſſe.

[Tanto,] inquit Iſidorus, [maius cognoſcitur eſſe peccatū, quanto qui peccat maior habetur:] ad merita enim & ſtatum peccantis vitium commenſuratur; & ſæpè quod paruis facilè dimittitur, in magnis accerrimè vindicatur & caſtigatur. Hæc cogitate Religioſi & Sacerdotes; omnia vitiorum genera relinquite, virtuti incumbite, honori veſtro conſulite, ſanctéq; viuite, & cogitate veſtra delicta grauiora eſſe quàm aliorum, maiuſque promereri ſupplicium: quod enim in ſæcularibus nonniſi ſimpliciter peccatum eſt, maximum in vobis ſacrilegium dici poteſt. *Lib. 2. de ſummo bono. c. 18.*

CAPVT XVI.

De proborum & improborum Sacerdotū morte.

DE Iuſtorum morte & fine loquens Pſaltes, ait eam in oculis Domini pretioſam videri. [Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius.] Hæc de morte bonorum Sacerdotum cecinit vates, qui cùm Sanctorum & iuſtorum inſtar vixerint, dum Deo præſentabuntur, & hoc mundo egredientur, benignè ab eodē recipientur, & æterna beatitudine donabuntur. *Pſal. 118.* Mors iuſtorū pretioſa corā Deo.

Dicere ſolebat Sapiens, [Timenti Dominum benè erit in extremis, & in diebus conſummationis illius benedicetur.] De Sacerdotibus hoc ſine dubio prædixit, ac volebat oſtendere, eos qui vt iuſti viuunt, & Deum timent in hac vita, tandem benè habituros, & benedictionem illis circa vitæ finem reſeruari. *Eccleſ. 1.*

Iſa.57. [A facie malitię collectus eſt iuſtus, veniat pax & requieſcat in cubili ſuo, qui ambulauit in directione ſua,] ait Iſaias: Oraculū veraciſſimū & Sacerdotibus conſolatio, eos dum honeſtè vitam inſtituunt, à Deo mundi huius ærumnis educi; quoniam verò virtutem ſecuti ſunt, & vitium deteſtati, ideo quiete donandos, pace beandos & omnigena voluptate ac delicij complendos.

Apoſtolus Timotheo in vitæ huius labore & certamine omnium additurus, præmium quod *1.Tim.3.* in altera nos vita manet, proponit dicens, [Qui bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent.] Eſt hoc Sacerdotibus ſolatium, ſe ſi Deo fidele obſequium obtulerint, & obedierint, æterna mercede donandos; vita ſiquidem malis & calamitatibus referta, morte iucundiſſima & gaudijs repleta compenſabitur.

Li.10.Moral.c.21. [Ad veſperum,] inquit Gregorius Magnus, [oritur fulgor Sacerdoti iuſto, quia in occaſum ſuam cognoſcit claritatem: atque ideo dictum, Timenti Dominum bene erit in extremis.] Cum verò me Deus, ad ſublimem hanc dignitatem euocaris, fac vt iuſtus ſim Sacerdos, atque vt verus Eccleſiaſticus viuam, vt in die mortis, qui dierum meorū futurus eſt veſper & vitæ nox, egregium illud iubar & miſericordiæ tuæ fulgorem in anima mea exoriri videam.

Ceterum inſignis quædam punitio eſt & caſtigatio, dū boni Sacerdotes ex hoc mundo morte *In 3.c.Iſa.* auferuntur. Vnde Baſilius, [Inter ea quæ comminatur Dominus, eſt abiectio Presbyteri ſiue senioris, quod ex eius præſentia non mediocre emolumentum in alios reſiliat.] Veriſſimum enim eſt, quod quemadmodum ſanctorum Religioſorū & Sacerdotum præſentia mūdo imprimis eſt neceſſa-

neceſſaria, ita mors illorum & interitus noxius ſit, magnamq. Chriſtianæ reip. calamitatem afferens; atq. ideo cùm Deus pupulum aliquem caſtigare voluerit, iramq. ſuam exerere, Sacerdotes ſurripere ſolet & auferre.

Ieremias Propheta Iudeæ calamitatẽ & deſolationem deplorans, inter cetera conqueritur qđ ſuos illi Sacerdotes abſtuliſſet Deus; [Abſtulit magnificos meos Dñs de medio mei, vocauit aduerſum me tempus vt contereret electos meos.] De Sacerdotibus eo loco loquitur, mihique argumentum ſuggerit dicendi, nullum mundo accidere malum poſſe grauius, quàm bonorum Sacerdotũ mortem, quorũ mors omnibus lacrymas deberet excutere, & eſt reuerà deploranda. *Thren.1.*

Alius quoque Propheta Ieroſolymam deplorans, eiuſq. fortẽ lugens, deflet imprimis qđ Prophetas illi & Sacerdotes Deus auferret, [Ecce dominator Dñs exercituum aufert à Ieruſalẽ & à Iuda validũ & fortem omne robur panis & omne robur aquæ, fortẽ & virum bellatorẽ iudicem & Prophetã, & ariolũ & ſenem.] Et ſane inſignis quędam calamitas eſt & lacrymis expianda, cum Deus ad peccatorum noſtrorum caſtigationem, Sacerdotes & Religioſos ſuos aufert, tunc ſiquidem omnia direptioni & expilationi patent.: *Iſai.3.*

Sampſon de inimicis vltionem ſumpturus, columnas, quibus cęnaculum in quo conſidebant, innitebatur, magna vi concuſſit, vt domum vniuerſam ad terram deiecerit & omnes Philiſtinorum Principes ruina inuoluerit, [Concuſſiſq. fortiter columnis cecidit domus ſuper omnes Principes, & ceteram multitudinẽ quæ ibi erat.] Idẽ omnino Deus facere ſolet, inimicos enim ſuos id eſt, peccatores vlturus, Sacerdotes, id eſt co- *Iud:16.*

lumnas orbis, ad terram deijcit: quibus baſibus ſublatis, omnia quamprimum corruant ac peſſũ eant neceſſe eſt.

Eliſæus cum magiſtrum ſuum Eliam curru igneo abripi cerneret, quem verum, magnu & ſanctitate eximium, & vniuerſo Iſraeli vtilem nouerat, clamauit lacrymãs, [Pater mi, Pater mi, currus Iſrael & auriga eius;] itane te abire, itane ſurripi? quid mundo fiet. Tum verò Chriſtiani, dolendum dum Sacerdotes probi & Religioſi ex hoc mundo tolluntur, eorumque mors ploranda eſt, qui dum viuerent currus Eccleſiæ, vrbium directores, reip. capita, parochiarum paſtores, & diœceſium Præſules erant & regnum conductores.

4. Reg. 2.

De bono mortis. c. 8

Ambroſius de morte iuſtorum loquens, ait feralem illam Parcam tot cædibus infamem, hominum carnificem & nouercam, Sacerdotibus matrem eſſe, omnis tranquillitatis portum, tempeſtatibus & procellis eos ereptos recipientem. Dicere volebat, mortem bonos Sacerdotes, mundi tempeſtatibus & ſyrtibus educere; & inquietis portu collocare.

Homil. de Barlaam Mart.

Mors non niſi ſomnus eſt.

Baſilius quoq; dixit, [Somnus iuſtis mors eſt, imo magis migratio ad vitam meliorem.] Sumite igitur animos Sacerdotes, mortem nõ perhorreſcite & ſancto huic Præſuli credite aſſerenti mortẽ nonniſi ſomnũ quemdam eſſe, & ex vita ærumnoſa ad æternam & trãquillã profectionẽ.

Pſal. 33.

At ſicut bonorum Sacerdotum mors beata & felix eſt, ita improborum funeſta & miſera; teſtatur hoc Pſalmographus, [Mors peccatorum peſſima.] Quod vaticinium non tam ad omnes in genere impios ſpectat, quam ad Sacerdotes, qui iuſto Dei iudicio, ſicut impiam duxerunt vitam, ita

ſta eamdem morte infauſta & terra terminant.

In Apocalypſi de omnibus omnino iuſtis dictum eſt,] Beati qui in Domino moriuntur, amodo iã dicit Spiritus, vt requieſcãt à laborib. ſuis. Locũ hunc à contrario exponens, dico, Infelices Sacerdotes, qui in Dño & Dei gratia nõ moriuntur, ſed in exitiũ ruũt peccatis & vitijs cooperti. *Apoc.* 14.

Iob de perfidis quibuſdam impoſtoribus loquens ait, [Morietur in tempeſtate anima illorũ, & vita illorũ inter effæminatos.] Ad Sacerdotes illum hic crediderim reſpexiſſe, qui cum effeminate & in medijs delicijs vixerint, in tempeſtatibus & animi inquiete moriuntur, mors ſiquidẽ & exitus illorum nõniſi bellũ & tẽpeſtates ſunt. *Iob.* 36.

Nadab & Abiu duo veteris legis Sacerdotes Magni Aaronis filij, quòd ignem alienum & profanum in Sacrificio adhibuiſſent, & modeſtiam debitam non ſeruaſſent, igne cælitus dimiſſo deflagrarunt tã funeſto & ferali interitu tam improbæ vitæ iniquitates expiantes,] Egreſſuſque ignis à Domino deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino.] Horrendum exemplum, ſed notatu dignum, quo docemur, Sacerdotes & Religioſos, qui ſcelerarè vixere, iuſto Dei judicio morte violenta ſæpe hinc abripi, quo in altera puniantur & caſtigentur. *Leuit.* 10.

Chore, Dathan & Abiron, qui aduerſus Aaronis Sacerdotium conſpirarant & ſeditionem in populo concitarant, viuos terra abſorbuit & ad inferos demiſit. Moſaicæ legis Religioſorum hic feralis interitus ac tartarea ſepultura nos docet, Sacerdotes qui malè viuunt, ſæpe malum finem nanciſci, & inaudito mortis genere occumbere. *Num.* 16.

Heli quoque ob filiorum ſuorum improbitatem, omnẽ familiam ſuam euerſam vidit, [Hoc *1. Reg.* 2.

autem erit tibi ſignum,quod venturũ eſt duobus filijs tuis, Ophni & Phinees, in die vno morientur ambo.] Præſagiens hæc prædictio oſtendit Sacerdotes, cùm iniquè viuunt, Deum omnem eorum familiam extinguere, & horrendo ſæpe genere mortis in eos animaduertere.

Filiorum Heli ſiniſtra mors.

Iſai. 3.

[Væ impio in malum,] exclamat, Propheta; [retributio.n.manuum fiet ei.] Vaticinium hoc oẽs Sacerdotes reſpicit, ſed præſertim. Sacerdotes ſceleratæ vitæ qui ob laſciuiã & delicta ſua,filij ſunt maledictionis,& tandẽ aliquando operũ ſuorum mercedem recipient;maledicti à Domino, & finis eorum nonniſi ſiniſter & malus.

Hom. 3. in actu Apo.

Chryſoſtomus idcirco quodam loco horrendam;ſententiam pronuntiauit, [Non arbitror inter Sacerdotes multos eſſe qui ſalui fiant,ſed plures multò qui pereant.] Terribilis ſententia,probabilis tamen,quæ docet, quòd cùm Sacerdotij magnitudo & excellentia ſupereminens, & peccata eorum proinde etiam grauia ſint, plures eorum dãnati videantur, & vt diſſolutè vixerunt, ita etiam infeliciter moriantur.

In meditationi.

[O Durus & Durior caſus,]exclamat S. Anſelmus,[heu, perdidit Sacerdos beatitudinẽ ad quã factus eſt,& inuenit mortẽ ad quã nõ factus eſt,] quod peccatis ſuis aſcribat neceſſe eſt. Durũ eſt profectò & terribile felicitatẽ amittere, & in laqueos mortis incidere. Vos Sacerdotes,Religioſi & omnes Eccleſiaſtici, hæc reſpicite, infortuniũ hoc auertite,virtuti ſtudere, bonis operib. incũbite vitę honeſtatẽ ſectemini,ſtatus veſtri honori cõſulite,vitia,& diſſolutionẽ fugite;adeoq. ſãctẽ vitã inſtituite, vt ſanctè ac feliciter ẽt mori valeatis,qualis enim vita talis & mors eſſe ſolent.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM

A

Aron veſtibus ſacris indutus tempore ſacrificij. 134

Abſalone nemo pulchrior in Iſrael. 131

Achab ob veſtem mutatam occubuit in bello. 445

Agnus Paſchalis Euchariſtię typus. 85

Alexander arma quam lyrā habere maluit. 310

Alexander ſecretum ſeruandum oſtendit. 352

Ambitio radix omnium malorū. 401. generale quoddam diluuium. 403. quomodo proſcribi poſſit. 404

Ambitionis mala. 401

Ambitioſus communis hoſtis omnium. 402

Ambroſius excipiens confeſſiones plorabat. 117

Amici Dei tribulationib. probantur. 357

Amor Dei quietem, amor mūdi inquietudinem cauſatur. 246

Amor reuerentiam timor odium cauſatur. 326

Angeli orationes Deo offerunt quas lachrymę comitantur. 113

Angeli Sacerdotum, ſocij. 12

Animæ inquietudo iræ diuinæ ſignum. 242

Animarum zelus in quo ſitus. 166

Animal maculoſum Deo offerri vetitur. 134

Antiquorum Sacerdotum puritas. 142

Antichriſtus impudens futurus 333. blaſphemus. 435

S. Antoninus Sacerdotalem benedictionem magni faciebat. 45

Aſſueri aulam nemo lacer ingrediebatur. 302

Attentio in precibus neceſſaria. 129

Athanaſius horas recitabat. 115

Auaritia idolo Ezechielis perſimilis. 406. omnia in Eccleſia perdit. 407

Auguſtinus fleuit audiens cātum Eccleſiæ. 118. eius oratio. 138

B

Beatus qui ſine macula eſt. 137

Benedictio populi presbyter ſapiens. 147

Benignitas & humanitas Sacerdotis arma. 318

Benignitas amicitiam gignit. 319

Benignus ſit qui ſpiritus quie-

tem cupit. 245
Benignorum preces Deo gratæ. 320
S. Bernardi doctrina. 297
Blaſphemi morte puniendi. 432. maledicunt Deo. 434
Blaſphemia hominem polluit. 435
Biblia Sacerdoti ſępe legenda. 210
Bona vita prædicationi adeſſe debet. 217
Bonæ cōſciētiæ encomia. 248
Boni tribulationibus obnoxij. 360
Boni principis eſt honorare Sacerdotes. 42
Bonis Eccleſiæ ſapienter vtēdum. 198
Bonū exemplū Sacerdotū populi condimentum. 366. hominibus ſolatio eſt. 370
Breuiarium inter ambulandum non legendum. 129. quomodo recitādum. 128
CAndelabrum & lucernę tabernaculi ex auro erāt. 133
Caſtitas Sacerdoti & miniſtris Eccleſię neceſſaria. 168. 176
Caſtitas ab Ethnicis laudata 171. eius effectus. 177. nihil ea illuſtrius. 170
Caſtitas quænā nobilior. 178
Catonis ſententia. 269
Charitas decet Sacerdotes. 179. peccata abſcōdit. 181
Chriſtus Sacerdotium inſtituit. 1. ſacrorum ordinum author. ibid. cœli claues dedit Sacerdotibus non Matri. 34
Chriſtus Sacerdotes honore affecit. 46. lauit pedes ſuorum antequam Euchariſtiam porrigeret. 81. diſcipulis mundi contemptum pręcepit. 251
Chriſtianorum veterum conſuetudo. 499
Cilicium Sacerdoti neceſſarium. 280
Clerici & ſenatores Ro. ijſdē priuilegijs gaudēt. 61
Cogitationum varietas incōſtantiæ ſignum. 160
Cœli ad vocem Sacerdotis reſerantur. 38
Confeſſionis ſecretum violās mortis reus. 352
Conſcientiam veſperi examinare præclarum. 297
Conſcientiæ ſecreta non cuiuis aperienda. 359
Concionator gallo ſimilis. 217
Conſtantiæ uirtus quanta. 160. & ſeq.
Conſtans paſſionibus reſiſtit.

ſtit. 166. Soli cōparatur. 167.
Cōſuetudo iurādi noxia. 433
Communicare quotidie nec laudandum nec vituperā-dum. 90
Corpus noſtrum idolum eſt, cuius Sacrifici mundus & dæmon. 284
Crocodilus ſilentii ſymbolū. 355.
Crux fundamentum ſalutis noſtræ. 92

D

DAuid ob prudentiam laudatus. 149. petiit à Deo ſcientiam 201. mentis tranquillitatem. 242. peccatores non tolerabat. 263 ſingulis noctib. vigilabat 288. mane ſurgebat ad orā dū. 291. eius exercitia. 121
Delitiæ fugiendæ vt ſordes. 370.
Demetrii apophthegma de eloquentia. 97
Deus etiam malos Sacerdotes honorauit. 50. facit per eos miracula. ibid. eorum cauſam ſibi reſeruauit. 63. precibus importunis vult vrgeri 107. mente non ver bis orandus, 128. ſapientes amat. 144
Dei domus dēt eſſe sācta. 133
Detractio pernicies aīæ. 386
Detractores ſerpentibus ſimilés. 385. homicidæ. 387
Diaconi non ſedeant coram Sacerdote. 52
Diaboli turbant orātem. 105
Diogenis lepidum dictū. 450
Diſcretio in vigilando adhibenda. 296
Diſcrimē inter Epiſcopos & Sacerdotes exiguum. 14. inter Sacerdotes & alios homines. 17
Docere & non facere nil niſi damnum adfert. 216
Doctrina Sacerdoti neceſſaria. 199
Dormientes à diuinis iudiciis præueniuntur. 290
Dux imprudens ſuos diſperdit. 148

E

EBrietas libidinis mater. 373. facit Apoſtatas ibid. in Sacerdote ſacrilegium. 378. eius effectus. 376
Ebriorum commercium vetitum. 375
Eccleſia columbæ ſimilis. 413
Eccleſiaſtici aduocati eſſe nequeunt. 392
Eleemoſyna in veteri lege præſcripta 189. eius varia encomia. ibid. & ſeq.
Eleemoſynarij ditantur, in die iudicij. 189

Enco-

Encomia Sacerdotum. 9
Epiſcopus Colon. punitus ob horas vna vice recitatas. 130
Epiſcopi ſunt Eccleſiæ excubitores. 291
Epiſcopi honorent Sacerdotes. 50. eos benignè tractēt. 51. vt fratres habeant. 52
Epulo cur damnatus. 184
Eſther ieiunādo ſe humiliabat. 181.
Ethnici ſuos Sacerdotes honorarunt. 41.
Euangelium legem Moſaicā obfuſcauit. 5.
Euchariſtia ſacrificium & Sacramentum. 84. 89. eius typus agnus paſchalis. 85

F

FAcilitas nimia Sacerdoti noxia. 114
Fames oxoritur ex Eleemoſynæ raritate. 197
Fornicatio graue peccatū. 420
Fortuna menſam ſumptuoſam, ſobrietas frugalem inſtituit. 270
S. Franciſcus honorem Sacerdotum Angelico præferebat. 45. Sacerdotio ſe indignum iudicabat. 144

G

GArrulus ſimilis vrbi patenti 344. ſeipſum non agnoſcit. 351
Grauitas S. Ambroſij. 315.
Thomæ Cātuarienſis. 316
Grauitas Sacerdotibus conueniens. 308. 327. conſiſtit in verborum moderatione 316. ſi eam negligant riſui ſe exponunt. 309
Gula noxia, ſobrietas vtilis. 274

H

HAereditas Sacerdotum nobilis. 60
Heli Sacerdotium allegoricè expoſitum. 4
Heli ob peccata filiorum punitus. 224
Herba quædam in terra fertili moriens in ſterili luxurians. 283
Hinnitus equorum regi cuidam gratior Muſica. 311
Hiſtoria Miphiboſech allegoricè explicata. 96
Homo in tribus cognoſcitur. 299
Horæ Canonicæ in ſcripturis fundatæ. 121. collatæ cū lucernis tabernaculi & tubis Iericho. 122. cum ſeptē tonitruis Apocalypſis. 123. cū ſeptem gradibus templi Ezechielis. ibid. piè dicendæ. 126. ſingulæ dicendæ non ſimul. 129. earum vſus & ſignificatio. 126

Hoſpitalitas erga omnes exercenda. 186. eam commendat Apoſtolus. 180
Humilitas neceſſaria Sacerdotibus. 235. magni æſtimata à patribus. ibid. virtutũ theſaurus & fũdamẽtũ. 236. patiẽtiæ mater. ibi. perfectionis ſignũ. 237. iuuat in precibus. 240
Humiles à diabolo capi nequeunt. 237. eorum preces Deo placent. 241

I

IAcob Patriarcha bonorũ paſtorum exemplar. 262. 290. eius vocatio allegoricè expoſita. 95
Ianitores templi cur. 136
Ieiunium verum quod. 288
Ieiunium Sacerdoti neceſſarium. 280. eius effectus & encomia 278. per illud Niniuitæ ſalutem & veniam adepti. 282. necat dæmones. 283
Impiorum mens ſemper inquieta. 241
Improbi lites excitant. 389
Improbi ſilendo potius quam loquendo vincuntur. 350
Impudici ſuibus ſimiles. 172
Ignorãtia mater errorũ. 208
Ignorantiam Sacerdos fugiat vt peſtem. 207
Ignarus beſtiæ ſimilis. 111
Inconſtantia paruulorũ propria. 163. quantũ vitiũ. 162. eius ſymbolum luna. ibid.
Innocentia & ſcientia Sacerdoti neceſſaria. 205
Ira ſtultitia eſt. 414. vitæ noſtræ tortor. 415. ſpecies ebrietatis. ibid. cõſilio cõtraria. 416. perditionis initiũ. 417. blaſphemię mater. 436

L

LAcænæ cuiuſdã de pudicitia apophtheg. 172.
Lachrymæ prædiſtinationis ſignũ. 111. Sacerdotum arma 115. 383. Angelos lætificant. 118. Sacerdotum gẽmæ coram Deo. 119. ſpongia peccatorum. ibid. animam illuminant. 120. Dei Domini. ibid.
Lachrymæ attulerunt Ezechiæ ſalutem. 112
Laici Sacerdotes iudicare nõ debent. 62
Lacedæmoniorũ inſtitutum. 450
Lectio ſacra Sacerdotibus cõmendata. 211
Leones oculis apertis dormiunt. 291
Leuitarum erat taberna culũ curare. 241
Lex noua veterem ſepeliuit. 4

Lex vetus & noua Sacerdotibus ebrietatē prohibet. 371
Libido naturæ tyrannus. 421 Dei aduerſaria. 422. ignis infernalis. ibid. ſenibus probroſa. ibid.
Libri prophani vetiti Chriſtianis & cur. 210
Lites dedecēt Sacerdotē. 390
Litigare eſt ſanguinem alienum fundere. 389
Loculi auarorum ſepulchra pauperum 194
Loqui docent homines, ſilere dij. 346

M
Agnifica Sacerdotum nomina. 6
Malum exemplum ſubuertit omnia. 367
Manſuetis quanta promiſerit Deus. 313
Maledici auibus rapacibus ſimiles. 384
Manus operū ſymbolū. 353
Martinus Imperatoris Sacerdotem prætulit. 43
Melchiſedec Abrahamo benedicit. 20. eius ſacrificium figura ſacrificij Miſſæ. 85
Menander prudentes beatos vocat. 149
Menſa Sacerdotū qualis eſſe debeat. 275
Meretrix inferni ianua. 421
Mirabilis poteſtas Sacerd. 37
Miſſa omnium veterū ſacrificiorum complementum. 86 eius definitio. 87 per totum orbē celebratur. ibid. quando inſtituta. 88. ſacrificiorum omnium primum. 90. propria Chriſtianorum 91. propitiatorium. ibid. fundatur in cruce 92. prodeſt viuis & defunctis. ibid. conducit ad omniū bonorū genus obtinendum. 93. celebratur in Sanctorū memoriam. 94. teſaurus generalis. ibi. eam Chriſtus primus celebrauit. 88. eius eſſentia nunquam mutet. 89
Modeſtia theſaurus virtutū, 332. Dei donum. 333. fructus Spiritus ſancti. ibid.
Mundus Balthaſari collatus. 252 hoſtis Sacerdotū. 358.
Mundi contemptus ſpiritus quietem cauſatur. 245
Muſtela animal imūdū. 354
Murmuratores ranis Aegypti ſimiles 384

N
Abal ingratus erga Dauidis milites 185
Nazarçi vinū nō bibebāt. 372
Neceſſitate preſſis qui non ſuccurrit necat. 193
Nihil homine dignius ſapiētia. 150

Ni-

Niniuitæ per ieiunium ſalutem & veniam adepti. 282
Nox propria ad orandũ. 295
Nugę in ore Sacerdotis blaſphemiæ. 350
OCcupationes ſeculares reddũt Sacerdotes contemptibiles. 397
Oculus laſciuus nuntius cordis impudici. 341
Oculorum coſtodia prodeſt caſtitati. 341
Oculorum humilitas magnũ modeſtiæ ſignum. 341
Oculi populorum Sacerdotes. 368
Oleũ lenitatis ſymbolũ. 321
Oratio non ſit nimis timida 105. Sacerdotum terribilis. 106. eius laudes. 110
Ordines ſacros Chriſtus inſtituit. 1
Ordo Sacerdotalis ex homine Deum facit. 12
Origo precũ Eccleſiæ. 124
Ozias punitus quod Sacerdotibus inſultaret. 36
PArabolæ de nuptijs ſenſus moralis. 98
Pauperum eleemoſynam tollere prædonum eſt. 193
Peccata venialia guttis comparantur. 463
Percuſſores Sacerdotum abſolui poſsũt à ſolo ſummo Pontifice. 33
Percuſſores Sacerdotum excommunicati. 83
Peregrinũ qui ſuſcipit Chriſtum ſuſcipit. 180
Paſtor triplicem vocem habeat 219. prudens ſit & diſcretus 220. vanam gloriam fugiat. 221
Patientia quid ſit 227. fortitudini præualet. 229. hominẽ beat. ibid. iram Dei placat. ibid. magis decet Sacerdotes quam vindicta. 231. cæteras virtutes includit. 233. eius epitheta 218. ſymbola ibid. Sacerdotibus neceſſaria, eiuſque rei figura. 231
Pax Sacerdotibus neceſſaria. 241. ſemper cum iuſtitia graditur. 243. promiſſa amãtibus legem Dei. 244.
Pax & iuſtitia gaudium cauſantur. 245
Pax Spiritus quid ſit. 247
Pacis interioris laudes. 268
Petrus primus poſt Chriſtum Sacerdos. 3
Philoſophus verus ſpernit diuitias. 259
Pœnitentia eorum qui Sacerdotes necant. 84
Poteſtas Sacerdotum nihil timere. 333

Potus

Potus nimius multa mala tra hit ſecum. 372
Prælati negligentes mortem merentur. 290
Prælati dormientes Ionæ cõparati. 293
Prædicator charitatem habeat. 214
Præcipitantia perturbati animi ſignum. 338
Preces Sacerdotum quam efficaces. 98
Pudicitia Sacerdoti neceſſaria. 89
Puellarum Perſarum præparatio antequam ad regem ingrederentur. 97
Puritas magna Sacerdotibus neceſſaria. 94
Prudẽs vitã ſuã diſquirit. 150
Prudentia dux actionum humanarum. 148. virtutum magiſtra. 151. Sacerdotes ad Deum ducit. 152. eius defectus in Sacerdote ruinæ occaſio 143. effectus 153 varia vtilitas. ibi. & ſeq.
Pithagoras piſces non comedit & cur. 347
REbecca charitatis exemplum. 186
Religioſus diſcurrens reprobatũ ſe à Deo oſtendit. 441
Regni & Sacerdotalis dignitas collata cũm duobus luminaribus magnis. 2
Regum inſolẽtia cedere dẽ Sacerdotium poteſtati. 37
Ridere in Eccleſia diabolicũ eſt. 339
SAcerdotium Chriſtus inſtituit 1. vetus in nouum mutatum 3. abolitum per nouum 4. vetus lucernæ, nouum Soli comparatum 5. regno prẽferendum 15. auro ſimile. 16
Sacerdos mali exempli perſequitur Chriſtum pluſquam Iudæi. 369
Sacerdos non celebrans multis bonis ſe ſpoliat. 91. mundo iniuriam facit. ibi.
Sacerdos humilis ſit verbo et operibus. 241
Sacerdos Iudaicus nudis pedib. & capite ſanctuarium ingrediebatur & cur. 249
Sacerdotis concubinarij Miſſam audire non licet. 431
Sacerdotes debent eſſe ſancti 81. ſine macula humiles & ſapientes. 82. ſine peccato 83. caſti. 168. conſtantes 164. hoſpitales. 179. docti 199. prædicatores 212. ſeueri in peccantes 223. patientes. 227. humiles. 235. ſecularium rerum contemptores. 249. ſobrij. 267. in

veſtitu mundi. 305
Sacerdotes ſunt ſoles mundi 7. dæmonum iudices & angelis ſuperiores. 8. Dei coadiutores. 9. Eccleſiæ Apoſtoli. ibid. peccantium aduocati, ſpiritus ſācti oracula. 10. cōmiſſarij cœleſtes. 11. œconomi domus regię ibid. angeli 12. Chriſti vicarij. 13. regib. præferendi. 15. regum patres. 16. à militibus exempti. 61. quotidie è menſa Dei paſcuntur. 97. vitam debent pro aīarū ſalute exponere. 191
Sacerdotum nomen magnū. 6. tituli varij à prophetis collati 7. poteſtas ineffabilis 17. arma lectio & oratio. 95
Sacerdotes etiam indocti & mali honorandi 49. 50. pauci ſaluantur. 362
Sacrilegium eſt bonis Eccleſię abuti. 188
Salomon ſeptennio templū abſoluit. 96
Sancti multi ſacerdotii promotionem fugerunt. 13
Sanctitas Sacerdoti neceſſaria. 145
Scādalū dātes maledicti 427. puteus in quem Peccatores cadunt. 452
Scandalum Sacerdotū quam graue. 454
Scientia Dei donum. 210
Sacerd. neceſſaria 205.
Scurrilitas vitanda. 317
Sapientia ſignum prędeſtinationis 148. conſiſtit in Dei cognitione. 155
Senectus Schola ſapientiæ. 137
Secreta reuelare animæ laſciuæ ſignum. 355
Silentium animam à multis vitiis immunem præſtat. 344. hominem ſapientem oſtendit 345. primus diſciplinæ ingreſſus. 348. eius laudes. 343. ſymbolū crocodilus. 355
Sobrietas virtutum parens. 268. Sacerdotib. neceſſaria. 269
Socratis dictum de prudentia. 150
Sodoma punita ob tenacitatem. 191
Solitudo nutrix quietis. 246
Stultitiæ ſignum mentem habere turbatam. 242
Superb. abominatio coram Deo 409. vanus eſt. 410
Superbi mōtib. ſimiles. 417
Superbia Deo & hominibus inuiſa. 411

THemiſtocles nonniſi magnis rebus ſtudebat. 310
Theſauri Eccleſiæ pauperibus erogandi. 194
Tituli Sacerdotum varij. 7.
Tranquillitatem animæ Deus adfert. 243
Tria loquēti neceſſaria. 349.
VAgari ſignum animi laſciui 440. mulieris fallacis ibid.
Vas diſcoopertum immundum olim. 353
Venatio Sacerdotibus prohibita. 444
Veſperarum mentio in ſcripturis. 122
Veſtales lapſæ viuæ terra obruebantur. 172
Veſtes diſſutas habere olim lepræ indicium. 305
Veſtium vſus. 302
Vigiliæ & preces tentationes impediunt. 289
Vini vſus olim Sacerdotibus prohibitus. 371
Virtutes arma lucis. 379
Vita hominum a Sacerdotibus dependet. 36
Vita Sacerdotis improbi Sacramento nihil obeſt, 95
ZElus animarum in Paulo 262. in quo ſitus. 266
Zelo Dauidis erga honorem Dei 265. Moſis 264
Zeno laudatus ob taciturnitatem. 347

FINIS.

BIBLIOTECA

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.
Pſalm. 50.

Correctore Franciſco Galletti Prepoſito Fanenſi, apud Venetos.

Digitized by Google

6 – 3 – 1

Digitized by Google